Casa
Gab. R
Est.
Tab. 13
N.º 13

R
13
13

# LOGICA
## Aristotelis Stagiritæ.




Bibliotheca da Universidade
COIMBRA

CONIMBRICÆ.

*Nunc denuò diligenti emendatione excusa.*

*In Officina Antonij de Mariz.*

1561.

Antonio do Spirito Santo.

# LOGICA

## Aristotelis Stagiritæ.



COIMBRICÆ.

Hæc demum diligenti emendatione excusa.

In Officina Antonij de Mariz.

M. D. L. I.

# ¶ Porphyrij Ilagoge

## Argyropylo Byzantio interprete.

### ¶PRÆFATIO AD CHRYSAORIVM.



*VM neſſariũ ſit, Chryſaori, & ad Ariſtotelis prædicamentorum doctrinam, quidnam genus, quid differentia, quid ſpecies, quid proprium, & quid accidens ſit cognoſcere: cumque & ad diffinitiones etiam aſſignandas, ac omninò ad diuiſiones, demonſtrationesq; conficiendas, vtilis horum ſit contemplatio: breuius enitar tibi ea, quæ apud maiores noſtros de his ipſis ſunt, tradere, quaſi ingreſſum quendam tibi ad hæc omnia demonſtrando. Atq; ab altioribus quidem quæſtionibus abſtinebo: faciliores autem ſic afferam, qualiter nunc quidem tibi accomodatas eſſe coniecto. Protinus igitur genera quidẽ & ſpecies in rerum natura ſint necne, an in ſolis, nudisq; conceptibus collocentur: & ſi corpora ſint, an expertia corporis: & vtrum ſeparabilia ſint, an in ipſis ſenſibilibus, & circa eas ſubſiſtant, dicere nunc omittam: quippe cum altiſſima ſit talis tractatio, & alia maiore indigeat perſcrutatione. Vt de ipſis verò cæterisq; propoſitis magis diſſerendi modo veteres, horumque maximè Peripatetici tractauere, recenſere nũc, atque oſtendere tibi conabor.*

# PORPHYRII.

## DE GENERE.

### ¶ CAP. PRIMVM.



*Videtur itaq; neq; genus, neq; ſpecies dici ſimpliciter. Dicitur enim genus, & aliquorum hominum aggregatio, qui quidem ad vnum quippiam, & inter ſe habent reſpectum, qua ſignificatione Heraclidarum dicitur genus: quod quidem ex reſpectu, qui eſt ab vno, id eſt, Hercule, & multitudine eorum qui inter ſe eam habent coniunctionem, quę ab illo profluxit, ſic eſt nũcupatũ, vt ab alijs generibus ſit ſeiunctum. Dicitur & alio modo genus vniuſcuiuſq; principium ortus, tam ab eo qui genuit, quàm à loco, in quo eſt quiſpiam ortus. Sic enim Oreſtem quidem à Tantalo, Hylũ autem ab Hercule dicimus genus habere: & rurſus Pindarũ quidem Thebanum genere, Platonem autem Athenienſem dicimus eſſe: patria namq; principium eſt generationis cuiuſq;, perinde ac pater. Hoc autem ſignificatum vſurpatius eſſe videtur: Heraclidæ namque dicũtur, qui genere deſcendunt ab Hercule: & Cecropidæ, qui à Cecrope, & horum quoque ꝓpinqui. Atq; priũs ſanè genus, generationis cuiuſq; principium dicitur: poſteà verò multitudo eorũ qui ab vno principio, ceu Hercule, profluxerunt: quod quidem à cæteris ſeiungentes, ac ſeparantes, totum Heraclidarum diximus genus. Alio modo dicitur genus, id ſub quo ſpecies collocatur, accepta fortaſſe ſimilitudine à prioribus vocabuli eius ſignificatis. Nam & principiũ quoddam eorum, quæ ſubſe habet genus, tale eſt: & præterea videtur multitudinem omnem amplecti, quam, ſcilicet, infra ſeſe continet.*

His

Tex. ij.

His igitur tribus modis dicitur genus. De tertio verò genere philosophorum est sermo, quod & describentes sic assignârũt: Genus id esse dicentes, quod de pluribus specie differentibus, hoc ipso quid est prædicatur, vt animal. Eorum enim quæ prædicantur, alia de vno solo dicuntur, vt individua, veluti Socrates, & iste, & istud: alia de pluribus prædicantur, vt genera, species, differentiæ, propria, & accidentia communiter, sed non cuiquam propriè. Atq; genus est (exempli causa) animal: species, homo: differentia, rationale: proprium, risibile: accidens, album, nigrum, sedere. Genus igitur ab hisce quidem, quæ de vno solo dicuntur hoc sanè differt, quòd ipsum de pluribus prædicatur. Ab his autem quæ de pluribus prædicantur, hisce differre videtur. A specie quidem, quòd species & si de pluribus prædicatur, nõ tamẽ de pluribus specie, sed de pluribus differentibus numero prędicatur: homo namq; qui quidẽ est species, de Socrate & Platone dicitur, qui non specie, sed numero differũt. At animal, quod est genus, de boue, equo, atq; homine prædicatur, quæ & specie, non aũt numero solo differunt. A proprio verò, quod propriũ quidem de vna specie cuius est ppriũ, & de individuis hisce, quæ sunt sub illa specie prædicatur: vt risibile, de homine solo, & de singulis hominibus dicitur. Genus aũt non de vna specie, sed de pluribus differentibus q; prædicatur. A differentia quoq; cõmunibus q; accidentibus genus differt: Et enĩ differentię cõmuniâq; accidentia, quãquàm de pluribus ac differẽtibus specie dicũtur: non tamen ità ut quid sit quidq;, sed ut quale quidq; sit innuant, dicuntur. Rogitantibus enim quid nam illud sit, de quo hæc dicũtur, genus respõdemus: differẽtias & accidẽ

tia

tia non respondemus: nõ enim de subiectis illa in quid, sed magis in quale quid dicuntur. Interroganti namq; quale quid est homo rationale dicimus: et quale quid est corvus, nigrũ dicimus. Quorum rationale quidem est differentia, nigrum autem accidens. Sed cũ quid est homo interrogamur, animal respõdemus, quod quidẽ hominis genus est. Genus igitur, quod de pluribus quidẽ prædicatur, ab individuis, quæ de uno solo dicũtur, differt: quòd uerò de pluribus prædicatur specie differentibus, ab ijs, quæ ut species propriáue dicuntur differt. Denique quòd quid quidque sit dicit, à differentijs, uulgoque accidentibus differt, quorum vnumquodq; non quid sit, sed quale sit, quomodóue id de quo dicitur habeat, dicunt. Nihil igitur uero generis intellectu plus minúsue memorata generis descriptio habet.

## De specie. Caput. II.

SPecies autem dicitur quidem, & de unius cuiusque forma qua significatione dici solet, præstantissimam formam dignam esse imperio. Dicitur autẽ & de eo, quod sub assignato genere collocatur: qua significatione hominem quidem speciem animalis dicere consueuimus, quod quidem est genus, album autem speciem coloris, & triangulum figuræ speciem.

Tex. ij. Quòd si genus assignantes, mentionem fecimus speciei, genus id esse dicẽtes, qđ de pluribus differẽtibus specie, hoc ipso quid est prædicatur: & nũc id esse dicimus speciẽ, quod sub assignato genere collocatur, sciendũ est, cũm & genus alicuius sit genus, & species alicuius sit species, alterũ alterius, utrũq; utriusque definitionibus adhibere necesse esse.

Tex iij. Assignant igitur spe-

ſpeciem & hoc modo: Species eſt id quod ſubijcitur generi, & de quo genus hoc ipſo quid eſt prædicatur. Inſuper hoc etiã pacto, ſpecies eſt id, quod de pluribus differentibus numero, hoc ipſo quid eſt prædicatur. Verum hæc quidem aſſignatio ipſius erit infimæ ſpeciei, & quæ tantũmodò ſpecies eſt: cæteræ uerò & biſce competent, quæ non infimæ ſunt. Atque id quod dici- Tex. iiij.
mus, hoc pacto fuerit manifeſtum. In unoquoq; prædicamẽto ſunt quædam ſumma genera, & quædam infimæ ſpecies: & inter hæc media quçdam ſunt, quç genera eadem ſpecieſq; dicũtur. Eſt autem id quidem ſummum genus, ſupra quod nullũ omninò genus tranſcendit: infima uerò ſpecies ea, ſub qua nulla prorſus alia ſpecies collocatur. At inter hæc, ſummũ inquã genus ſpeciẽq; infimam, ſunt alia quç genera ſunt eadẽ ſpeciſq; nõ eiuſdem tamen, ſed diuerſorũ reſpectu. Explicetur autẽ id quod diximus uno in prædicamẽto dilucidumq; fiat, hoc pacto. Subſtantia eſt quoddam & ipſa genus, ut patet: atq; ſub ipſa quidem eſt corpus, ſub corpore verò eſt animatum corpus, ſub quo animal cadit. Sub quo rurſus animal particeps rationis eſt, ſub quod homo cadit: ſub hunc Socrates, Plato, ſinguliq; homines collocantur. Horũ igitur ſubſtantia quidem genus ſummũ, maximeq; patẽs eſt, ſolumque genus: Homo uerò ſpecies ima, & ſpecies ſolùm. At corpus ſpecies quidem eſt ſubſtãtiæ, genus autẽ corporis animati: Animatũ uerò corpus, ſpecies quidem eſt corporis, genus autem animalis: rurſus animal, ſpecies quidem eſt animati, genus autem animalis participis rationis. Homo uerò ſpecies quidem eſt animalis participis rationis, genus autem hominum ſingulorum non eſt, ſed ſpecies ſolùm. Atque

omninò

omninò id omne quod est ante indiuidua & de ipsis sine ullo medio prædicatur, species erit dumtaxat, nullo modo generis rationem subibit. Vt igitur substantia, quæ supremum est, propterea quòd nihil est ante ipsam, genus est summum, uti diximus: sic & hõ, quia species est, sub qua nulla species prorsus, nec quicquam eorum quæ diuidi in species possunt, sed indiuiduorum (in diuiduum enim Socrates, & Plato, atque hoc albũ est) species erit profectò solũ, ac ultima species, specialissimaq; species, ut diximus. Media verò species eorum quidem erunt, quæ sunt ante ipsa: genera autem eorum, quæ sub ipsa sunt collata.

Tex.v. Quare hæc quidem duos habent respectus, vnum ad ea quæ antecedunt, quo species: alterũ ad sequentia, quo genera illocorũ esse dicuntur. Extrema uerò unum habet duntaxat: summum enim genus ad ea quidem, quæ sunt sub se collocata respectum habet: est enim genus, vt patet: ad superiora verò nullum profectò habet: cùm supremum sit genus, & ut principium primum, atque (vt diximus) id, supra quod nullum inueniri genus omnino potest. Ima quoque species unum habet respectum. Habet enim ad supera, quorum species dicitur: ad infera uerò non diuersum habet, sed indiuiduorum species dicitur. Atque in diuiduorum quidem species dicitur: ut continens ipsa: superiorum autem rursus species appellatur, ut continetur ab illis.

Tex.vj. Definiunt igitur genus summum sic, quod genus cum sit, non est species, & rursus, suprà quod nullum aliud omnnò genus transcendit. Speciem verò imam hoc pacto, quæ species cũ sit, nõ est genus, & rursus, quæ species cùm sit, alias in species diuidi nequit. Et insuper, quæ de pluribus differentibus numero: ip

so quid est prædicatur. Media verò, quæ his inter iacent, alia aliorum alternis genera speciesq; vocant, atq; vnumquodq; ipsorum speciem esse genusq; statuunt, non respectu tamen eiusdem, sed diuersorum. Ea enim quæ ante speciem imam vsque ad summum genus ascendunt, & species & genera alternis dicuntur: vt Agamẽnon Atrides, & Pelopides, & Tantalides, ac tandem Iouis filius. Verùm in familijs quidẽ ad vnum velut Iouem, plerũque principium ipsum reducitur: in generibus autẽ non ità res sese habet. Non enim ipsum ens, vnum omniũ genus cõmune est, nec vniuersa generis eiusdem, supremo, scilicet in genere, vt Arist. inquit, euadũt. Sed vt in prædicamẽtis prima genera decẽ quasi principia decẽ prima ponãtur: Et si enĩ õnia quis ẽtia vocauerit, æquiuocè (inquit) & nõ vniuocè vocabit. Nã si ipsum ens cõmune õniũ genus esset, vniuocè vniuersa profectò entia dicerentur. Cùm autem sint decem prima, communicatio nomine tantùm, haud verò & ratione, ad id nomen accommodata est. Genera igitur sunt summa quidem decem: species autem imæ numero quidem sunt aliquo, at non infinito. Individua verò quæ sub imis collocantur, sunt infinita. Quapropter descendere à summis vsque ad ima Plato iubebat, ibique stare: descendere verò per media, differentijs specificis diuidentes, infinita autẽ omittere: neque enim cadere sub scientiam posse. Cùm igitur ad imas descendimus species, trãsire per multitudinem diuidendo necesse est, at cum ad summa ascendimus genera, in vnum multitudinẽ ipsã colligamus oportet. Species enim in vnam naturam multa congregat, & magis id etiam genus. Particularia verò ac singularia vnum è contra in

Tex. vij

multa semper diuidere videntur. Speciei quippe communicatione, homines complures homo vnus sunt: at vnus atque communis, ipsis particularibus plures. Singulare nanque diuisiuum semper est: ipsum vero commune, collectiuum, vnius suapte natura efficax. Assignato vero genere, specieque, quidnam vtrumque ipsorum sit, cum genus sit vnum, species vero plures (diuisio nanque generis in species plures semper est) genus quidem semper de specie prædicatur, omniáque omnino supera de inferis semper dicuntur: species vero neque de propinquo sibi genere, neque de vllo supero prædicatur: non enim conuertitur. Nam aut paria de paribus, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, vt animal de homine, prædicentur oportet: minora vero de maioribus non oportet: non enim animal hominem esse dixeris, qualiter hominem animal esse dicas. Atq; de quibus species prædicatur, de his & speciei genus, & genus etiam generis, vsque ad summũ genus necessario prædicatur. Nam si verum est dicere, Platonem hominem, & hominem animal, & animal substantiã esse: verum, & Platonem animal dicere, & substantiam. Cum enim supera semper de inferis prædicentur, species quidem de indiuiduo, genus autem de specie ac indiuiduo, summum vero genus & de genere, vel de generibus, si plura media subalternaque sint, & de specie atque indiuiduo prædicabitur. Sũmũ enim de generibus, & speciebus, ac indiuiduis omnibus prædicatur: illud aũt quod est anteimam speciem genus, de vniuersis imis ac indiuiduis dicitur: ea vero quæ est solum species, de õnibus indiuiduis prædicatur: indiuiduum autem de vno solo particulari. Indiuiduum.

duum autem dicitur Socrates, & hoc album: atque hic accedens. Sophronisci filius, si solus Socrates illi filius est. Individua igitur ex eo talia dicuntur, quia ex proprietatibus quidq; constat, quarum idem aggregatum nunquam in alio fiet. Socratis nanque proprietates nullo in alio particulari eædem fient. Hominis autem, communis dico, proprietates eædem in pluribus, imò verò in omnibus particularibus hominibus, quatenus homines sunt, fiunt atque inueniuntur. Individuum igitur à specie, & species à genere continetur. Genus enim est quoddam totum, individuum autem pars. At species & totum, ac etiam pars est: sed vt pars quidem ad aliud: vt totum autem non ad aliud dicitur, sed in alijs. Totum enim in ipsis partibus est. De genere igitur atque specie, & quidnam sit summum genus, & quid ima species, & quæ sint eadem genera specieue, quæ prçterea sint individua, & quot modis genus speciesq; dicantur, satis iam explicauimus.

## ¶ De differentia.
## Cap. III.

DIfferẽtia verò, & cõmuniter, & ꝓprie, & ꝓprijssime dicatur. Differre nãq; quippiã cõmuniter dicitur, cùm diuersitate aliqua quouis modo aut à seipso, aut ab alio differt. A Plat. nãq; Socrates diuersitate aliqua, atq; à seipso puero vir factus, & agẽte nõ agẽs differt. Et semper hæc differẽtia in ijs est sanè diuersitatibus, quæ consistunt in hisce, quæ cũ interrogamus quo modo res se habet, assignari reddique solent. Proprie verò aliqua differre dicuntur, cum in separabili differunt accidenti. Et inseparabile quidem accidens est, vt cæ-

ruleus oculorum color, vt ſimitas, vt cicatrix calo ex vulnere inducto. At propriiſſimè quippiam à quopiam differre dicitur, cùm ſpecifica diferencia differt: qualiter ab equis homi-

Tex. ij. nes ſpecifica rationalis differentia differunt. Omnis igitur in vniuerſum differentia, diuerſum alicui adiuncta facit: ſed cõmuniter quidem & propriè differentiæ, diuerſum per accidens faciunt: propriiſſimè verò diuerſum per ſe, quod quidem & aliud dicitur. Differentiæ igitur quæ diuerſum per accidens faciũt, tantum differentiæ: quæ verò aliud ac diuerſum per ſe, differẽtiæ ſpecificæ nũcupãtur. Animali nanque differentia rationalis adiuncta, aliud ſanè ac animalis ſpeciem fecit: motus autem additus, diuerſum à quieſcente tantummodò facit: hæc igitur aliud, illa diuerſum tantum fecit. Differentijs igitur hiſce quæ faciunt aliud, diuiſiones generum in ſpecies fiunt, & definitiones etiam aſſignantur, quæ quidem ex genere talibusue differentijs conſtant: cæteris verò diuerſitates per accidens tantùm emergunt, cuius quo de qualiter ſeſe habet interrogatur.

Tex. iij. Rurſus igitur à principio differẽtiam diuidentes, differentiarũ alias ſeparabiles, alias inſeparabiles dicimus eſſe. Mouêri nãq; quieſcere, & valère ac ægrotare, et quæ ſunt ſimilis generis, ſeparabilia ſunt: aquilinum autem eſſe vel ſimum, & rationa-

Tex. iiij. le & irrationale, inſeparabilia ſunt. Inſeparabilium rurſus alias per ſe, alias per accidens eſſe. Rationale nanque & mortale, & ſuſceptiuũ eſſe ſcientiæ, per ſe homini cõpetunt, at aquilinũ, vel ſimum per accidens, & nõ per ſe cõpetit. Quæ igitur per ſe competunt in ſubſtantiæ ratione ſumuntur, & aliud faciunt: quæ verò per accidens competunt, nec in ſubſtantiæ

rati-

ratione ſumuntur, nec aliud faciunt ſed per accidens diuerſum. Et hæ quidem, quæ per ſe competunt nec intendi nec remitti volunt: quæ verò per accidens, & ſi inſeparabiles ſunt, intenſionem remiſſionemue ſuſcipiunt. Neque enim genus magis minusue de eo cuius eſt genus dicitur: neque generis differentiç, quibus in ſpecies genera diuidũtur. Hç nanque ſunt, quæ cuiuſque rationem conficiunt. At vniuſcuiusque ratio vna eſt, eademque, nec intenſionem nec remiſſionem vllã ſuſcipiens. Aquilinũ aũt eſse aut ſimũ aut coleratũ, intẽditur atq; remittitur. Cũ igitur ſpecies differẽtiarũ tres ita appareãt & earum aliæ ſint inſeparabiles aliæ ſeparabiles: & inſeparabilium quidem aliç per ſe, aliç per accidens: differentiarum per ſe rurſus, aliæ ſũt per quas in ſpecies diuidimus genera: aliç per quas ea quç ſunt diuiſa conſtituũtur: Veluti differentiç per ſe animalis hç ſunt omnes, animatum, ſenſitiuum, rationale ac irrationale, & mortale ac immortale: atque animati quidem & ſenſitiui differentiæ, conſtitutiuæ ſunt ſubſtantiç animalis. Eſt enim animal, ſubſtantia animata ſenſitiua. Mortale verò ac immortale, rationale ac irrationale, animalis ſunt differentiæ diuiſiuæ. Per has enim in ſpecies genera diuiduntur. Verum hç quæ ſunt generum diuiſiuæ, conſtitutiuç ſunt ſpecierũ: nam animal per rationale ac irrationale, & per mortale rurſus ac immortale diuiditur: ſed mortalis quidem rationaliſue differentiæ conſtitutiuç ſunt hominis: rationalis verò ac immortalis, Deorum: irrationalis autem atq; mortalis, animalium expertium rationis. Sic & ſubſtantiç ſupremç, animatum atque inanimatum, ſenſitiuum atque inſenſitiuum differentiæ cùm ſint, a Tex. v

nimatum & sensitiuum vnà cum substantia sumptæ, animal confecêre: animatum atq; insensitiuum, plantam. Cùm igitur eædem differentiæ partim constitutiuæ sint, partim diuisiuę, vniuersæ specificæ nuncupantur. Atq; his opus est maximè ad generum diuisiones, & ad definitiones cõficiendas. Sed nõ

Tex. vj. illis alijs, quas separabiles esse aut inseparabiles diximus. Has itaq; definientes, differentiam inquiunt eam esse, qua species genus excedit. Homo nanq; supra animal, rationale mortaleq; habet. Animal enim neq; nihil istorum est (vnde enĩ differẽtias species haberent?) neq; omnes oppositas habet: idem enim opposita nimirùm haberet. Sed vt censent, potentia quidẽ omnes eas differentias habet quæ sub se sunt, actu aũt nullã. Atque hoc pacto neq; ex non entibus fit, neque circa idẽ opposita

Tex: vij: simul erunt. Definiunt aũt ipsas & hoc pacto: Differẽtia est id quod de pluribus & differẽtibus specie, hoc ipso quale quid est prædicatur. Ratiõale enĩ & mortale de hoĩe, hoc ipso quale quid est hõ? sed non hoc ipso quid est prædicãtur. Nãsi interrogabimur quid est hõ? accõmodate dicemus, aĩal. At si quale aĩal est interrogabimur? rationale mortaleq; accõmodatissimè respondebimus. Nã cùm res è materia formaq; cõstẽt aut ex talibus quę instar illarũ sint, vt statua ex ære quidẽ, vt ex materia cõstat: ex figura aũt vt ex forma: sic & hõ cõmunis, qui quidem est species, ex genere differentiaque constat, similitudinem rationis subeuntibus cum materia atq; forma. Totum aũt hoc animal rationale mortale, est homo, vti is est

Tex: viij statua. Describunt tales differentias & hoc modo. Differẽtia est id quod suapte natura ea, quę sũt sub eodẽ genere, sepa-

rat.

rat. Rationale enim atq; irrationale, equum & hominem quæ sub eodem, vt patet, genere, quod quidẽ est animal, collocãtur, separat. Insuper & hoc modo assignant: Differẽtia est id quo singula differunt. Homo enim & equus genere quidem nõ differunt, & nos enim animalia sumus, & ea quæ sũt expertia rationis: sed additum rationale, nos ab illis seiũxit. Dij quoq;, & nos rationis participes sumus, sed mortale adiunctum, nos ab illis distinxit. Exactius aũt ea, quæ ad differentiam pertinent pertractantes, differentiã inquiunt non quoduis eorũ esse, quæ separant ea, quę sub eodẽ genere collocantur: sed id quod ad substãtiã rationemq; confert, & quod pars eius est rei cuius differẽtia dicitur esse. Non enĩ aptum ad nauigandũ esse, hominis est differentia, & si eius propriũ est. Dicere nãq; possumus, animaliũ alia esse apta, alia non esse apta ad nauigandum, hominem à cæteris seiungentes. At aptum esse ad nauigandũ ad substantiam sanè non confert, neq; pars est ipsius, sed aptitudo solũ. Propterea quòd non est tale, quales sunt hę differentiæ, quas specificas appellamus. Erunt igitur eę specificę differentiæ, quæ diuersam faciunt speciem, & quæ in ratione sumuntur. Atq; de differentia quidem hęc satis sint dicta.

Tex. ix.

Tex. x.

## De proprio. Cap. IIII.

PRoprium autem quatuor diuiditur modis. Nam proprium est id, quod soli cuipiam accidit speciei, & si non omni: vt homini accidit medêri, aut metiri. Et id item quod vniuersæ accidit speciei, & si non soli: vt hominem bipedem esse. Et etiam id quod soli accidit, & omni, & quandoque: vt omni homini in senectute canescere. Quartum autem est id, in

uniuersæ. i. omnibus. indiui. Suponit pro.

quod omnia conuenerunt, vt soli, & omni, semperq; accidat, quale est risibile respectu hominis. Nã homo, & si nõ semper ridet, risibilis tamẽ dicitur: nõ ex eo quia semper rideat, sed quia aptus est ad ridẽdũ. Hoc autẽ ipsi semper est insitũ: quẽadmodum & equo ipsum hinnibile. Hęc verè propria inquiunt esse, quiam his ipsis fit & conuersio. Si est enim homo, est risibile: et si est risibile, est etiam homo.

## De accidente. Cap. V.

ACcidens autem est, quod adest atq; abest sine subiecti corruptione. Diuiditur aũt in duo. Aliud enim est separabile, aliud inseparabile: atq; dormire quidem accidens seprabile est: nigram aũt esse, coruo Aethiopiue inseparabiliter accidit. Mente tamẽ cogitationeue coruus albus, & Aethiops non niger, sine subiecti corruptione concipi potest. Definiunt etiam & hoc pacto. Accidens est, quod inesse ac non inesse eidem potest, Et quod neque genus, neque species, neque differẽtia, neque proprium est: semper autem est in subiecto.

## Quę communia, quę sua vnicuiq; vocum quinq; sint. Cap. VI.

DEfinitis autem vniuersis quæ erant proposita, genere inquam, specie, differentia, proprio, & accidente: dicendum est quæ nam communia & quæ propria vnicuique sint. Commune hocitaque omnibus inest, de pluribus prædicari, sed genus quidem de õni specie sua, & de induiduis: quę sũt sub vnaquâq; specie, prædicatur. Et differẽtia simili modo. Species autem de induiduis, quę collocantur sub ipsa. Propriũ verò de specie & induiduis speciei: & accidẽs de speciebus et ĩduiduis prędicatur. Animal enĩ de equis, bobus atq; hominibus

indicat modus prædicãdi.

bus, quæ quidem sunt species, prædicatur: & item de hoc equo, de hoc boue, atq; de hoc homine, quæ indiuidua constat esse. Irrationale aũt de boue, de equo, & de singulis similiter prædicatur. Homo verò qui quidẽ est species, de singulis solùm hominibus dicitur. Et propriũ de specie, cuius est propriũ, & de indiuiduis, quæ collocantur sub ipsa: risibile enĩ de homine, & de singulis hominibus prædicatur. Nigrũ aũt de coruorũ specie & de singulis dicitur coruis, atq; de Aethiopibus simili modo, quod quidẽ inseparabile accidẽs est, vt patet. Moueri quoque, quod accidens est separabile, de equo atq; homine, & de horum indiuiduis dici solet, verum primo quidem de indiuiduis, ratione verò secunda de speciebus etiam, quæ indiuidua cõtinẽt prædicatur. Cõmune est generi ac differentiæ, species continere. Continet enĩ & differentia species, etsi non õnes eas, quas genus continet. Rationale nãq;, etsi non expertia rationis, vt animal: Deum tamen ac hominem, quæ sunt species, continet. Præterea vt quæ de genere vt genus est prædicantur, & de speciebus quæ sub ipso sũt prædicantur: sic quæ etiam de differentia, vt differentia est dicuntur, eadem de specie, quæ ex ipsa constat, similiter prædicantur. De animali nanq;, quod qiudem genus est, & substantia, & animatum, & sensitiuum, vt de genere cùm dicantur, eadem & de vniuersis, quæ sub animali vsq; ad indiuidua sunt, prædicantur. De rationali quoque, quod quidem est differentia, hoc ratione inquam vti, identidem cùm prædicetur, idem non solùm de rationali, sed etiam de speciebus rationalis, atq; indiuiduis predicabitur. Commune insuper illud etiam esse patet, vt si genus tollatur vel differentia, vniuer-

Tex.ij:

vniuersa continuo, quæ posita sub ipsis sunt tollantur. Etenim vtsi non sit animal, homo non est, neq; etiam equus: sic si non sit rationale, nullum animal prorsus erit, quod particeps sit rationis. Proprium verò generis est, de pluribus quàm differẽtia species, proprium, atq; accidens, prædicari. Nam animal quidẽ de homine dicitur, equo, aue, atq; serpente: quadrupes autem, de hisce tantummodò dicitur, quæ quatuor pedes habent: homo verò de individuis solùm humanis: & hinnibile de solo equo, ac singulis equis: & accidẽs de paucioribus simili modo. Atq; sumẽ dę sunt eæ differentiæ, quibus diuiditur genus, non eæ ex quibus generis substãtia cõstat. Præterea genus quidẽ potẽtia differẽtiã continet, animal enim partim particeps, partim expers est rationis. At differentiæ non continent genera. Præterea genus prius est hisce differẽtijs quibus diuidi solet: id circo secũ ipsas tollit, sed ab ipsis non tollitur. Nam si animal tollatur, rationale simul irrationaleue continuò tollitur. Differentiæ verò genus non tollunt: nam si vniuersa quoq; tollãtur, substantia animata, sensitiua, mente cogitationeq; concipitur, quę quidem animale est, vt patet. Prętereà genus quidem hoc ipso, quid est: differentia verò hoc ipso, quale quid est, vt dictum est, prædicatur: Preterea genus quidem vnum in vnaquâq; specie est, vt est in homine animal, differentiæ verò plures, vt rationale, mortale, mentis atq; scientiæ susceptium, quibus ab expertibus rationis animalibus differt. Genus præterea simile materiæ est, differẽtiæ forma. Sũt & alia cõmunia propriaq; generis & differẽtię: hęc tamẽ quæ sunt enumerata, sufficiant. Genus & species hoc habent commune, de pluribus inquam, vti diximus, prædi-

prædicari. Species autem, vt species solum, nõ vt genus, quoque sumatur, si quidem sit idem species atq; genus. Commune est etiam ipsis, & ijs esse priora de quibus dicuntur, & insup vtrũq; totum quid esse. Differũt autẽ, quòd genus quidẽ species cõtinet, species autem continentur, & non continent genera. Genus enĩ ad plura quã species pertinet. Præterea genera prostrata oportet, vt quę quidẽ & differentijs specificis informata, species nimirum efficiant. Quapropter & priora genera sunt natura, & secum species tollunt, & ab illis nõ tollũtur. Nã si species quidem sit, erit & genus omninò: si verò sit genus, nõ protinus & species est. Et genera quidem de quaque specie sua vniuocè prędicãtur: species autem de generibus nõ dicũtur. Prę tereà genera quidẽ ãbitu specierũ, quæ sũt sub ipsis, speciẽ quã q; Species aũt genera differẽtijs suis exuperãt. Preterea neq; species sũmũ genus, neq; genus infima species vnquã fieri potest. Generi cõmune cum proprio est, species sequi. Nam si hõ est, animal est: & si hõ est, risibile est. Cõmune etiam est prædicatio æqua: æquè nãq; genus de speciebus, & propriũ de individuis, quorum est propriũ, prædicatur. Etenim æquè bos & homo est animal, & Socrates atq; Plato risibile. Commune insuper est & vniuoca prędicatio. Et genus enim de speciebus suis, & proprium de hisce quorum est proprium, vniuocè prædicatur. Differant autem: Genus enim est prius, proprium verò posterius. Esse enim animal, deinde diuidi differentijs, proprijsque oportet. Et genus quidem de pluribus speciebus, quarum est genus. Proprium autem de vna specie tantùm cuius est proprium, prædicatur. Præterea propriũ quidẽ

i esse priora. prædicare.

informata differẽtijs diuisiuis specifi.

ãbitu. i. ãplitudiẽ.

exuperat. i. excedũt.

Tex. iiij

fit

fit mutua prædicatio, generis autem nõ fit. Neque enim si animal est, homo est, neque si animal est, risibile est: sin verò homo est, risibile est, & econtra. Præterea proprium quidem omni speciei inest, cuius est proprium, & soli ac semper. Genus aũt omni quidem speciei, cuius est genus, & semper inest, non tamen soli. Præterea si propria tollantur, genera non tolluntur: sin verò genera tollantur, species continuò simul tolluntur: quibus peremptis, & propria simul pereunt.

Tex. v: Generi autem & accidenti commune est, de pluribus, vti dictum est, prædicari, siue accidens sit separabile, siue inseparabile. Moueri nanque de pluribus, & nigrum de coruis, Aethiopibusue, & quibusdam etiam expertibus animæ prædicatur. Pluribus autem genus atq; accidens differre videntur. Genus enim species, vt patet, præcedit: accidens autem posterius ipsis est, etiam si accidens inseparabile sumatur. Prius enim natura id cui accidit, accidente est. Et hisce, quidem quibus genus communicatur, æquè generis communicatio competit: hisce verò, quibus accidens communicatur, non æquè communicatio competit. Intensionem enim remissionemue communicatio accidentium suscipit: generum verò non suscipit. Et accidentia quidem in indiuiduis primò sunt: genera verò ac species in diuiduis substantijs natura priora sunt. Et genera quidem de hisce, quæ sunt sub ipsis, hoc ipso quid est prædicantur: accidentia autem hoc ipso quale quid est, aut quomodò se se habet res, prædicantur. Qualis enim est Aethiops, si interrogatus fueris? niger dixeris: & quomodò se se habet Socrates? ambulat responderes, aut sedet.

Genus

Genus igitur quonam pacto à cæteris differret, iam diximus. Fit aũt, vt vnũquodq; etiã cæterorum à cæteris quatuor differat. Quare cum hæc quinq; quidem sint, vnumquodq; verò à cæteris quatuor differat, fit vt viginti omnes ipsorum differentiæ sint. Quater enim quinq;, numerum dictum conficiunt. At non ita est, sed cũm si ordine numeres: quod secundo quidem loco numeras, vna deficiat differentia propterea quod est, ea iã sumpta: quòd tertio verò, duabus: & quod quarto, tribus, & quòd quinto, quatuor: decem istorum vniuersę profectò differẽtiæ sunt, quatuor, tres, duæ, vna. Genus enim quonam pacto à differentia, specie, proprio, accidenteq; differt, iam dictum est. Sunt igitur hæ quatuor differentiæ. Differẽtia verò quo pacto quidem differt à genere, dictũ est, cùm dicebatur quonã modo genus ab ipsa differret. Restat aũt, vt quonam modo differt â specie, proprio, accidenteq;, dicatur. Atq; tres hinc differentiæ emergunt, vt patet. Species rursus quo quidem modo â differentia differt, dictum est, cum quonã pacto differret â specie differentia dicebatur: quo verò modò â genere differt, dictum est etiam, cum quònam pacto genus differt ab ipsa specie, dicebatur. Restat igitur, vt quonam modo differt â proprio atq; accidente, dicatur. Atque duæ iam & hæ differentiæ hinc oriuntur. Proprium igitur restabit, vt quònam pacto differt ab accidente, dicatur: nam quo pacto à specie, differẽtia, genereq; differt, dictũ est antea, cum illa differre ab hoc dicebãtur. Cũ igitur generis ad cætera quatuor differentiæ sumantur, vt diximus, differentiæ tres speciei, duæ proprij, vnaque est accidentis, decem omnes istorum profecto differentiæ erunt. Quarum

rum quatuor, quæ sunt generis ad cętera, diximus nũc deinceps cæteras afferamus oportet.

Tex. vj ¶ Commune id itaq; differentiæ est cum specie, æquè esse cõmunicata. Singuli enim homines æquè sunt homines, atq; rationis participes. Est etiam & hoc cõmune, semper ijs adesse quibus communicatur. Sẽper enim Socrates rationalis est, semperq; homo. Proprium differentiæ quidem est, semper hoc ipso quale quid est prædicari: speciei aũt, hoc ipso quid est prædicari: nam si homo vt quale quid sumitur, non tamen est simpliciter quale sed ea ratione, qua differentiæ generi coniunctę ipsum cõstituerũt. Præterea differentia quidem in pluribus sæpe speciebus videtur esse: vt quadrupes pluribus animalibus specie diuersis ineſt. Species aũt indiuiduis solis ineſt, quæ sub ipsa sunt collocata. Præterea differentia prior est specie, quæ ex ipsa cõstat: tollit enim rationale hominem, si ipsum tollatur, at homo si tollatur, rationale non tollit: est enim & angelus. Prętereà differentia quidem cũ alia cõponitur differentia: rationale nanq; atq; mortale, ad constituendum hominem cõponũtur. Species aũt cum specie non componitur, vt alia quædam species oriatur: quidam enim equus cum quadam asina ad muli generationem concurrit: equus autem simpliciter cum asina cõ-

Tex. vij positus, non effecerit mluũ. Differentia & proprium cõmune quidem habent, æquè vt communicent his quibus communicantur: æquè enim rationalia sunt rationalia, & æquè risibilia risibilia. Et semper ac omni speciei ad esse: nã si diminutus etiã fuit bipes, ratione tamen aptitudinis semper dicitur bipes: quoniam & risibile per aptitudinem semper dicitur tale, non quia

semper

ſemper ridet. Propria autem hæc. Nam differentia quidē per-
ſæpe de ſpeciebus pluribus dicitur: rationale enim de angelo di-
citur, & de homine. Proprium autem de vna tantummodò
ſpeciecuius eſt proprium, prædicatur. Et differentia quidem
ſequitur ea, quorum eſt differentia, non tamen conuertitur. In
proprijs vero fit mutua prędicatio, propterea quod conuertun-
tur. Differentiæ cum accidente commune eſt de pluribus prę- Tex, viij.
dicari: & item ſemper ac omni adeſſe, ſi modo inſeparabile ſit
accidens. Nam bipes cum omni ſemper homini competit, cor-
uis idem, & nigrum eſſe, omnibus ſimiliter competit. Differre
autem hiſce videntur. Differentia namque continet ſpecies, &
non continetur: etenim rationale continet hominem & ange-
lum. At accidentia tum continent, ex eo ſcilicet, quia in plu-
ribus ſunt: tum continentur, propterea quod ſubiecta non vnius
accidentis ſunt, ſed ſuſceptiua plurium. Et differentia quidem
expers eſt intenſionis atque remiſſionis: accidentia autem gra-
dus ſuſcipiunt, ac magis talia minuſue dicuntur. Præterea con-
trariæ quidem differentiæ miſceri non poſſunt: accidentia ve-
ro contraria nonnunquam miſcentur. Et hæc quidem commu-
nia propriaque differentię cum cæteris ſunt: ſpecies autem quo-
pacto à genere differentiaque differt quidem, dictum eſt tum,
cum quo pacto genus & differentia à cæteris differrēt dicere
tur. Reliquum, vt à proprio accidenteque differat, cōſidere
mus. Speciei itaque cum proprio eſt commune, mutua prædi-
catio. Nā ſi homo eſt, riſibile eſt: & ſi riſibile eſt, homo eſt: atq;
riſibile, vt aptum eſt ad ridendum, ſumere, vt ſæpenumero
diximus, oportet. Aequè prętereà ſpecies aſſūt hiſce, quibus cō

muni-

Tex.ix. municãtur: & propria hisce, quorũ propria esse dicũtur. Differre aũt hisce videntur. Species enim & aliorum genus esse potest. Proprium vero aliorum propriũ esse non potest. Et species quidem proprium antecedit: proprium autem aducnit speciei. Sit enim homo oportet, vt & risibile sit. Præterea species quidem semper actu subiecto adest, proprium autẽ interdum & potentia inest. Socrates enim actu quidem semper est homo: non autem semper ridet, quamquam semper ad ridendum est aptus. Præterea quorum definitiones sunt diuersæ, ea etiam sunt diuersa. Denique speciei quidem definitio est, sub genere esse, & de pluribus differentibus numero, hoc ipso quid est prædicari, & quæ sunt similia: proprij vero, soli & semper atq; omni inesse.

Tex.x. Speciei vero & accidenti commune est, de pluribus prædicari. Per pauca autem sunt reliqua, quibus conueniunt: propterea quod plurimũ inter sese accidens, & id cui accidit, distãt. Propria autẽ vtriusque sunt hæc. Speciei quidem de hisce quorum est species, hoc ipso quid est, prædicari: Accidentis autem, hoc ipso quale est, aut quomodo sese habet. Et quæ q; substãtia vnius quidem speciei, plurium autem accidentium, tam inseparabilium quàm separablium particeps est. Deinde species quidem ante accidentia mente concipitur, etiam si inseparabilia sunt: (sit enim subiectum oportet, vt illi quippiam accidat:) accidentia autem posteriora sunt, & aduentitia natura. Præterea speciei quidem communicatio æqua est: accidentium autem, & si inseparabilia sunt, æqua non est. Aethiops enim magis aut minus niger. Aethiope esse potest. At

enim

enim restat, vt de proprio & accidente dicamus: quo enim modo proprium á genere & specie & differentia differt, ãtea diximus. Commune itaq; proprio cum accidente inseparabili est sine ipsis non esse ea, in quibus insunt. Vt enĩ sine risibili nõ est homo, sic & sine nigro Aethiops esse non potest. Et quẽadmodum omni semperq; proprium adest, sic & ipsum inseparabile accidens adest. Differunt autem hisce. Proprium enim vni soli speciei inest, vt risibile homini: inseparabile autem accidẽs, ceu nigrum, nõ Aethiopi solum, sed coruo etiam, & pici, & hebeno, cæterisque cõpluribus inest. Quapropter proprium quidẽ conuertitur cum eo, cuius est proprium, & est ipsi æquale: inseparabile autem accidens non conuertitur. Ac proprio quidem communicatio æqua est, accidentium aũt susciput gradus. Sunt & alia communia hisce quę dicta sunt, atque propria: verum & hæc ad ipsorum distinctionem communicationẽque demonstrãdam sufficiunt. Texi.

## ¶ Aristotelis stagiritæ prædicamenta: de æquiuocis, vniuocis, de nominatiuis. Cap. I.

AEquiuoca dicuntur ea, quorum nomen solùm commune est: ratio verò substantiæ nomini accommodata, diuersa: vt animal dicitur & ipse homo, & id quod est pictum. Horum enim nomen commune tantumodò est, ratio verò substantiæ nomini accommodata diuersa. Si quispiam enim, quænam sit vtriusque ratio animalis voluerit assignare, rationem vtrisque profecto propriam assignabit. Vniuoca ea dicuntur, quorum & nomen commune est, & ratio substãtiæ nomini accommodata eadem est: vt animal di-

citur & ipse hō, & equus: noīe nāq; cōmuni & homo & equus animalia nuncupantur, & ratio quoq; substantiæ vtriusq; eadē est. Si quispiam enim vtriusq; rationē voluerit assignare, quę nam sit vtriusq; ratio animalis, eandem rationē omnino reddet. Denominatiua ea dicuntur, quæ ab aliquo nominis apellationem habent, solo differentia casu: vt á Grammatica Grāmaticus appellationem habet, & a fortitudine fortis.

## De complexis & incomplexis. Cap. II.

EOrum quæ dicuntur, alia cum complexione, alia sine complexione dicuntur. Illa talia sunt, homo currit, homo vincit. Hæc isthiusmodi sunt, homo, bos, currit, vincit. Eorum quæ sunt, alia de subiecto quidem dicuntur, in nullo verò sunt prorsus subiecto: vt homo, de quodam homine dicitur, vt de subiecto, in nullo autem est subiecto. Alia in subiecto quidem sunt, de nullo verò subiecto dicuntur. Atq; id in subiecto esse dico, quod in aliquo quidem est: & nón vti pars, vt sit autē seorsum ab eo in quo inest, fieri nequit. vt quædam grammatica est quidem in anima, vt in subiecto de nullo vero subiecto dicitur: & hoc album in subiecto quidē est corpore (omnis enī color in corpore est) de nullo verò subiecto dicitur. Alia de subiecto dicuntur, & in subiecto etiā sūt, veluti scientia in anima quidem est, vt in subiecto: de grāmatica autem dicitur, vt de subiecto. Alia neque in subiecto sunt neque de subiecto vllo dicūtur, vt quidam equus: nihil enim talium aut in subiecto est aut dicitur de subiecto. Atq; individua simpliciter, & ea, quæ vna numero sunt de nullo quidem subiecto dicuntur, in subiecto autem nonnulla ipsorum nihil prohibet

esse

esse: quedam enim grãmatica ex ijs est planè, que in subiecto quidem sunt, de nullo verò subiecto dicuntur.

## De regulis. Cap. III.

CVm quippiam de quopiam prædicatur, vt de subiecto: ea quæ de prædicato dicũtur, dicentur etiam de subiecto: vt homo de quodã homine prædicatur, animal aũt de homine prędicatur: igitur animal de quodã etiam homine prædicatur: quidam enim homo, & homo est, & etiã animal. Eorũ quę sunt diuersa genere, & non ità se habent vt alterum sub altero collocetur, diuersæ sunt specie differẽtiæ: vt animalis atq; scientiæ. Animalis nanque differentiæ sunt, gressibilis, & bipes & volatile, degensq; in aquis, scientię verò nulla ex his est differentia: non enim hoc scientia à scientia differt, quod sit bipes. Eorum verò generum, quorum alterum sed altero collocatur, easdem esse differentias nihil obstat: superaenim de suis inferis prędicantur. Quare quotquot differentiæ prædicati sunt, totidem erunt & subiecti.

gressibilis et cætera sunt duæ proaccidens.

## De decem prędicamentis generatim. Cap. IIII.

EOrũ quæ nulla complexione dicũtur, singula aut substantiam significant, aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere, aut pati, Est aũt substãtia quidẽ, vt in sũma dicamus, velut hõ, equus: quãtitas aũt, vt bicubitũ, tricubitũ: qualitas: vt albũ, grammaticũ: ad aliquid, vt duplum, dimidium, maius: vbi verò in foro, in Lycio: quando autem, vt heri superiore anno: situm verò esse, vt iacet, sedet: habere autem, vt calceatum esse, armatum esse: agere verò, vt se-

situm esse dispositionem partium

care, vrere, pati, vt secari, vri. Singula igitur eorum quæ dicta sunt, ipsa quidem secundum se nulla cum affirmatione negationeue dicuntur, horum autem ad se inuicem complexione, aut affirmatio aut negatio fit. Videtur enim omnis affirmatio vel vera, vel falsa esse: eorum autem quę secundum complexionem nullam dicuntur, nihil neque verum neque falsum est: vt homo, album, currit, vincit.

## De substantia. Caput. V.

SVbstantia autem, quæ quidem propriè, inprimisque & maximè sic dicitur, est quę neque de subiecto aliquo dicitur necin subiecto aliquo est: vt quidam homo & quidam equus. Secundę verò substantiæ, species hę, in quibus quas in primis substantias appellabamus insunt, dicuntur: & hæquidem, & harum specierum genera, vt quidam homo, in specie quidem homine est: genus verò speciei animal est. Secundæ igitur substantiæ hæ dicuntur, vt est homo atque animal. Manifestũ aũt ex his quę diximus est, quòd eorũ quę de subiecto dicuntur, necesse & nomen & rationem de subiecto prędicari, vt homo de subiecto quodam homine dicitur. Prædicatur etiam & nomen, hominem enim de quodam homine prædicabis, & ratio quoque hominis de quodam homine prędicabitur: quidam enim homo, & animal rationale mortale est, quare & nomen & ratio de subiecto prædicabitur. Eorum verò quę in subiecto sunt in plurimis quidem neque nomẽ, neque ratio prędicabitur de subiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet de subiecto prędicari interdum, rationem verò est impossibile: vt album, cum in subiecto sit corpore, prędicatur de subie-

Tex. ij:

cto: dicitur enim corpus album: ratio vero albi, de corpore nunquàm prædicabitur. Alia verò omnia, aut de subiectis dicuntur primis substantijs, aut in subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum singula depromenti fuerit: vt animal de homine prædicatur: ergo & de quodam homine prædicabitur: nam si de nullo quorundam hominum, neque omnino de homine. Rursus color in corpore est: ergo & in quodam corpore. Nam si non in aliquo corporum singulorũ est, nec omnino in corpore: quare alia oĩa aut de subiectis primis dicuntur substantijs, aut in subiectis eis sunt. Non existentibus igitur primis substãtijs aliquid aliorũ esse est impossibile. Oĩa enim alia aut prædicantur de eis, aut in subiectis eis sunt: quare nõ existentibus primis substantijs impossibile est aliorum aliquid esse. Secundarum verò substantiarũ, magis substantia est species quàm genus: pro quinquior enim est primæ substãtię. Siquis enim prima substãtia quid sit ædat, euidentiùs conuenientiusque reddiderit, si speciem quàm genus reddat: vt hominem quendam manifestius assignabis hominem potius quàm animal assignans: illud enim proprium magis cuiusdam hominis, hoc autem communius. Et cum quandam arborem assignauerit, manifestius assignabit, arborem assignando quàm plantam. Præterea primę substãtię ideò quòd alijs omnibus subijciuntur, & õnia alia de ipsis vel prædicantur, vel in ipsis sunt, ea gratia primæ substãtiæ maxime dicuntur. Vt autem primæ substantiæ ad õnia se habẽt cætera, ita se species ad genus habet: subijcitur enim species generi: genera enim de speciebus prædicantur: species autẽ cũ generibus nõ cõuertũtur. Quare & ex his species genere substã

Tex. iij

tia magis est. Ipsarũ verò specierum quæcunque genera nõ sũt altera magis altera substantia nulla est. Nihilo enim accõmodatius assignabis de quodam homine hominem assignando, quã de quodam equo equum, Similiter autẽ & in primis substãtijs, nulla magis altera substãtia est: nihilo enim magis quidã hõ substantia est, quã bos quidã. Meritò igitur post primas substantias, solæ aliorum omnium species generaque secũdæ substãtiæ dicuntur. Sola enim hęc, eorum quæ prædicantur primam substãtiã indicant: quendam enim hominem si quis edisserat quid sit speciem aut genus accommodatè demonstrabit: & manifestius quid sit facies, hominẽ quàm animal attribuendo. Aliorum verò omnium quicquid attribuat quis, tribuet extranee velut albũ, aut currit, aut aliud quodcũque huiusmodi depromẽdo. Quare meritò hæ solæ aliorũ secundę substãtiæ dicũtur. Ad hæc primæ substãtię eò quod alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia de illis vel prædicantur, vel in ipsis sũt, propriissimè dicuntur substãtiæ. Sicut autem primæ substantiæ ad omnia se habent cętera, ita genera & species primarum substãtiarum ad reliqua omnia se habent: de his enim reliqua omnia prædicantur: quendam enim hominem dices grammaticum esse: ergo & hominẽ & animal grammaticum dices esse: similiter autem in alijs. Commune autem omni substantiæ est, in subiecto non esse. Prima namque substãtia nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur. Secundarũ verò substãtiarũ constat quidẽ etiã sic, in subiecto nullã esse. Hõ enĩ de subiecto quidẽ, hoĩe quodã dicitur, in subiecto verò nullo est: nec enim in quodã hoĩe hõ est. Similiter aũt & aĩal de subiecto quidẽ dicitur

Tex, iiij.

Tex: v:

quo

quodã hoĩe, non etiam est animal in quodã hoĩe. Prętereà eorũ quæ in subiecto sunt, nomen quidẽ de subiecto prædicari interdũ nihil ꝓhibet: rationẽ verò est impossibile: secũdarũ verò substãtiarũ de subiecto & ratio & nomẽ prædicatur: rationem enim hoĩs de quodã homine prædicabis, & animalis similiter: quare nõ erit eorũ substãtia, quæ sunt in subiecto. Non est aũt ꝓprium substantiæ hoc: quippe & differentia eorũ est, quæ in subiecto nõ sunt: bipes enim & gressibile de subiecto quidẽ homine quodã dicitur, in subiecto verò est nullo. Nec enim in homine bipes est, neq; gressibile. Ratio quoq; differentię de illo prędicatur, de quo cunq; ipsa differentia dicitur. Velut si gressibile de homine prædicatur, & ratio gressibilis de homine prædicatur: est enim homo gressibilis. Neq; nos verò substãtiarũ partes cõturbẽt, quæ ita in toto quasi in subiecto sint, ne fortè eas nõ esse substantias fatèri cogamur. Non enim sic in subiecto quippiã esse, quemadmodũ partẽ esse dicitur. Inest aũt substãtijs differẽtijsq́; õnes vniuocè vt prædicentur. Omnia enim quæ ab his prędicata sumũtur, aut de indiuiduis, aut de speciebus prędicãtur. A prima nãq́; substãtia, prędicatio nulla est, de nullo enĩ subiecto dicitur. Secũdarũ verò substãtiarũ species quidẽ de indiuiduo prędicatur: genus aũt & de specie prædicatur, & de indiuiduo. Similiter aũt & differẽtiæ, & de speciebus & de indiuiduis prędicantur. Iã verò & rationẽ primę substantiæ specierum generumq́; suscipiũt, & species generis: q̃ cũq; .n. de prędicato dicũtur, eadẽ & de subiecto dicẽtur. Similiter aũt rationẽ differentiarũ suscipiunt species & indiuidua. Vniuoca autẽ sunt quorũ & nomen cõmune est et ratio eadẽ: quare õnia quæ

Tex. vji.

Substãtijs.

nullo est prædicatio directa et vniuoca. sed identica.

facit silogismũ [illegible] ea quæ prædicãtur de aliquo nomine et ratione prædi. vniuocè. sed genera et cætera.

Tex. vij à substantiis differentijs q3 sunt, vniuocè prædicantur. Omnis autem substantia hoc aliquid significare videtur. Inprimis igitur substantijs indubitabile id verũ q3 est, hoc aliquid ipsas significare. Induiduũ enim vnumq3 numero est, quod significatur. In secũdis verò substantijs, similiter quidẽ propter appellationis figurã hoc aliquid significare videtur, cũ quis aut hominem aut animal dixerit: non tamẽ est verũ, sed quale quid potius significat: non est enim vnum ipsũ subiectũ, vt ipsa substantia prima: sed de pluribus ipse hõ & aĩal dicitur, verũ non quale quid absolutè significat, perinde ac albũ: nihil enĩ aliud albũ quã quale significat. At species & genus circa substãtiã quale ipsũ definiũt: qualẽ enĩ quãdã substãtiã sanè significãt. Genere tamẽ

Tex. viij ãplior definitio quã specie fieri solet, qui nã q3 aĩal dicit is plura cõplectitur quã is qui hoĩem dicit. Cõpetit prætereá substãtijs & nihil ipsis contrarium esse. Primę nanq3 substantię vt alicui homini, aut alicui animali quidnã cõtrariũ fuerit? nihil.n. prorsus his aduersatur. At neq3 ipsi homini vel animali contrariũ quicquam esse videtur. Non tamen hoc substantię proprium est & alijs.n. cõpetit, vt quantitati: bicubito.n. aut tricubito nihil cõtrariũ esse videtur: neque ipsis decem, neq3 taliumcuiquam quicquam aduersatur: Nisi quispiam multum pauco, aut magnum parvo dixerit esse contrarium: attamen nihil eorum quæ definitę sunt quantitates, cuiquam prorsus aduersari videtur.

Tex. jx At verò substantia non suscipere gradus videtur, vt sit magis minusue talis. Atque non dico substantiam substantia non magis substantiam esse: hoc enim iam diximus ita esse, sed quamque substantiam id ipsũ quod est, nõ dici magis ac minus esse ve-

veluti si substantia eadem hõ sit, non est magis ac minus, aut se ipso, aut alio, hõ: nõ enĩ alius alio magis hõ est, perinde atq; albũ aliud alio magis ac minus est albũ: corpus item albũ magis albũ nũc quã prius, & calidũ magis nũc calidũ ac minus dicitur esse: substantia ver ónõ magis dicitur, nec minus, neq; hõ magis nũc hõ quã prius dicitur esse, neq; cęterorum quicquã omnino quę substantiæ subeũt rationẽ, quare patet, substãtiã gradus suscipere non posse, vt magis sit vnquã id quod est, atq; minus. Maximè verò substantiæ propriũ hoc esse videtur idem inquã vnũq; numero permanẽs, cõtrariorũ esse susceptiuũ: quale nihil in ijs quæ substantiæ nõ subeũt rationẽ proferre possis: quod vnũ numero cum sit, recipere in se contraria possit: vt color vnus idemq; numero, albus idem ac niger: negotium ue idem numero, bonũ malumq; vt dicatur: ac in cæteris similiter, quæ cunq; substantia non sunt. Substantia autem vna eademq; numero contrariorum est susceptiua, veluti quidam homo vnus ac idẽ interdum fit albus, interdum niger, & calidus atque frigidus, & vitiosus ac studiosus. Ad alia verò nulla id ipsum accommodari videtur nisi fortasse quispiam instaret, orationẽ opinionemq; dicẽs contrariorum esse susceptiuas. Eadem enim oratio falsa veraque esse videtur, nam si vera est hæc oratio quempiam inquam, sedere, si ille surgat, eadem hęc oratio falsa erit. Idem & in opinione fieri videtur: Nam si quispiam opinatur quempiam sedere, si surgat ille, falsò nimirum opinabitur, qui de illo eandem habet opinionem. Enim verò si quispiam & hisillud accommodatum duxerit esse, in modo tamen habebit vtiq; differentiam: substantię enim ipsę sui mutatione contra-

Tex. x

trariorum sunt susceptrices: si fit enim ex calido quippiam frigidum, mutatur sanè, alteratur enim vt patet: & similiter si nigrum ex albo fit, & studiosum è vitioso, & in cæteris similimodo, vnum quidq; mutationem suscipiens, contrariorum est susceptiuum. In oratione verò atq; opinione non ita fit, sed ipsę quidem immobiles penitus manent: si res autem moueatur, ibi tum euadunt circa ea contraria: oratio nanq; eadẽ manet, quempiam inquam sedere: re autem mota, interdum vera, interdum falsa fit. Eadem circa opinionem etiam fiunt. Quare saltẽ hoc quidem modo substantiæ proprium erit, ipsam sui mutatione susceptricem contrariorũ esse. Quòd si quispiã & hoc acceptet, opinionem vt putet, orationemue susceptiuas contrariorum esse, scit id ipsum verũ non esse. Oratio namq; opinióue, nõ quia suscipiunt aliquid, ideo susceptiua contrariorum esse dicũtur: sed quia circa quippiam aliud accidit aliquid. Ex eo nanq; vera vel falsa oratio ac opinio dicitur esse, quia res ipsa est, aut non est: non quia ipsæ contrariorũ sunt susceptiuæ. Simpliciter enĩ à nulla re prorsus aut oratio aut opinio mouetur, quare non erũt susceptiuæ profectò contrariorũ si passio in ipsis nulla efficiatur. At substantia hoc susceptiua contrariorum dicitur esse, quòd cõtraria suscipiat ipsa. Morbum enim & sanitatẽ, nigredinem atq; albedinem suscipit: atq; vnumquodq; taliũ ipsa suscipiens, susceptrix contrariorum dicitur esse. Quare substantiæ proprium erit, ipsam vnum idemq; numero permanentem, mutatione sui susceptricem esse contrariorum. Sed de substãtia quidem hactenus.

## DE quantitate. Cap. VI.

Quan-

QVantum autem partim est contınuum, partim discretũ: & pm: artim ex habentibus positionem partibus, partim è non habentibus constat. Atq; discretum quidem est, vt numerus atq; oratio: continuum autem, vt linea, superficies, & corpus: & insuper prçter hæc tempus & locus. Partium enim numeri nullus terminus communis est, quo ipsæ copulantur, ceu quinque & quinq;, si sint denarij partes, nullo communi termino copulantur, sed sunt seiuncta. Similiter tria & septem communi termino nullo copulantur. Neque omnino fit, vt numeri partium terminus communis vllus sumatur, sed semper partes seiunctæ sunt. Quare discretum numerus est. Similiter & oratio discretum esse videtur: nam quantum ipsam esse, ex eo patet, quia longa breuiq; syllaba mensuratur. Eam verò orationem dico, qnæ fit cum voce: etenim nullo partes ipsius communi termino copulantur. Neq; enim terminus cõis vllus est, ad quẽ syllabæ coalescãt: sed quæq; per se sunt seiunctæ. Linea verò continuũ est, sumi nanq; cõmunis terminus, quo partes lineæ copulentur, punctũ potest, & itidem superficiei linea. Plani nanq; partes communi quodã termino copulantur. Similiter & in corpore sumere assignare q; lineam superficiemue cõmunẽ terminum potes, quo partes corporis copulantur. Porrò aũt & tẽpus & locus generis huius sunt, tẽpus enim præsens cum exacto futurò q; copulatur. Rursus et locus cõtinuus est: corporis enĩ partes, quç quidẽ aliquo cõmuni termino copulãtur, locũ occupãt. Igitur & loci partes, quas qnæque pars corporis occupat, eodẽ sanè termino copulãtur, quo copulantur & partes corporis. Quare locus etiã cũ tim-

Tex. ii.

ius erit, quippe cùm partes ipsius vno communi termino copulentur. Præterea à partim, vti diximus, ex habẽtibus positionẽ partibus, partim è non habentibus constat. Nam lineæ quidem partes positionem habent: quæque enim ipsarum alicubi situm habet: atque quâ in parte plani quæqꝫ sita est, quâqꝫ cum parte copulatur, sumere assignareqꝫ potes. Similiter & plani partes positionẽ quandã nimirum habent: simili namque modo quæqꝫ partiũ vbi iacet, quâqꝫ cũ parte copulata est, assignabitur. Partes etiam solidi lociue positionem idẽtidem habent. At in numero nemo demonstrare partes ipsius positionem quã habeant, aut vbi sint sitæ, aut quæ quibus cum copulentur, poteſt. Nec item in tempore: nulla enim pars temporis permanet: quod aũt non permanet, id quonam pacto positionem habebit? Sed ordinem habere potius dices, propterea à quòd hæc pars sit prior temporis, hæc posterior. Et in numero simili modo: ex eo planè, quia prius vnum quàm duo, & duo quàm tria, & tria quàm quatuor numerantur. Atque hoc quidem pacto ordinem quendam habent, positionem autem ipsarum non vtique sumas. Oratio quoque similiter sese habere videtur: nulla enim ipsius pars permanet: sed iã quæ dicta est, prehendi amplius non põt: quare partium ipsius positio sanè non erit, cum nulla prorsus permaneat. Quæ cùm ità sint, patet, partim ex habẽtibus positionẽ partibus, partim è non habentibus positionẽ cõstare.

Tex. iij.

Atqui hæc sola quæ dicta sunt, propriè quanta dicuntur: cætera verò vniuersa per accidens. Ad hæc enim aspiciẽtes, et cętera quanta dicimus: velut album, ex eo multum dicitur, quia multa superficies est: & actio longa, motusue, quia tempus est longum:

longum: non enim per se vnumquodq; horum dicitur quantum. Etenim si quispiam quantanam sit actio assignauerit, tempore sane ipsam definiet, biennem dicẽdo, aut triennem esse, aut alio simili modo. Et album etiam quantum sit si assignauerit, superficie nimirum definiet: quanta enim est superficies, tantum dicet & albũ esse. Quare ea sola quæ dicta sunt, proprie & p se quanta dicuntur: cæterorum verò nihil per se, sed per accidẽs dicitur quantum. Præterea quantitati nihil est cõtrarium. In definitis enim quantis nullam omninò contrarietatem esse patet, ceu bicubito, aut tricubito, aut superficiei, aut alicui tali: nihil est illorum omninò contrarium. Nisi quispiã pauco multũ, aut paruo magnũ dixerit contrarium esse. At horũ nihil est quantum, sed potius est ad aliquid. Nihil enim per se magnum vel paruum dicitur, sed ad aliud sanè refertur: ceu mons quidẽ paruus dicitur, milium autem magnũ: propterea quòd hoc maius, ille minor hisce quæ generis eiusdem sunt existat. Ad aliud igitur est ipsorum relatio: nam si paruum quicquam mãgnumue per se diceretur, nunquam mons quidem paruus, milium verò magnum vtiq; dicatur. Rursus in pago quidem multos homines, Athenis autem paucos dicimus esse, qui tamen longè sunt illis plures: & in domo quidẽ multos, in theatro verò paucos, qui quidem & ipsi multo sunt illis plures. Præterea bicubitũ quidẽ atq; tricubitum, & talium vnumquodq; quantum significat, magnum autem & paruum, quantum non significat, sed magis ad aliquid. Alterius enim contemplatione magnũ parũq; intelligitur. Quare patet, hæc ex his esse, quæ ad aliquid sũt. Præterea siue quãta hæc quispiã esse ponat, siue non ponat nihil

Tex. iiij.

sumi absolutè. cõtrariũ destruit cõtrariũ.

bil est ipsis contrarium: quod enim per se ipsum sumi nõ potest, sed ad aliud semper refertur, ei quo nam pacto contrarium quicquam fuerit? Præterea si magnum ac paruum contraria sunt, fiet vt idem contraria simul suscipiat, & eadem sibi ipsis contraria vt sint. Fit enim interdum, vt magnum atq; paruum sit idem. Est enim ad hoc quidem paruum, ad aliud verò magnum: quare fit, vt idem eodem tempore magnum sit atq; paruum. Quod si hæc contraria sint, idem profecto contraria simul suscipiet: at nihil videtur simul suscipere cõtraria posse: substãtia nãq; susceptrix quidẽ contrariorũ esse videtur, nõ tamen valet simul atq; ægrotat quisquam: neq; simul albũ est quicquam atq; nigrum, neq; cæterorum quicquam quod quidem contraria suscipiat simul. Fit etiam, vt ipsa sibi ipsis contraria sint. Nam si magnum contrarium paruo est, cùm idem corpus & magnũ sit & paruum eodem tempore: maximè sequẽs videtur, vt idem quoque ipsum sibi contrarium fateamur. Sed vt quicquam sit ipsum sibi contrarium, fieri nequit. Ergo nec magnum paruo cõtrarium esse potest, neque pauco multum. Quare etsi quispiam hæc non ad aliquid, sed quanta esse dicit, contrariũ tamen nullum prorsus habebunt. Maximè autèm quantitatis cõtrarietas versari circa locum videtur. Superum enim infero contrarium ponunt, locũ qui est in medio inferũ esse dicẽtes: propterea quòd medij ad fines ipsius mundi distantia maxima est. Cæterorũ quoq; definitionem contrariorum, ab his afferre ac assignare videntur. Quænam plurimum inter sese sub eodem genere distant, ea cõtraria esse dicunt. Porrò autẽ, quãto magis ac minus esse non cõpetit, vt bicubito. Nõ est enĩ aliud alio bicubitũ magis

gis: neque in numero, vt tria magis quam quinq̃, tria vel quinque e contraue dicantur. Neque tempus aliud alio magis tempus dicitur: neque in eorum vllo omnino quæ dicta sunt, magis minusue dicitur. Quanto itaq̃ non magis ac minus esse cõpetit. Proprium autem quantitatis est maximè ęqualitas & inæqualitas vt hãc æquale vel inæquale vnũquodq̃ eorũ quę ratione quantitatis subeũt dicatur, vt corpus æquale ac inęquale, & numerus & tempus æquale inæqualeue similiter dicitur, & de cęteris quę iã dicta sũt, simili modo. Reliqua verò, quę nõ sũt quãta, nõ omnino æqualia ac inæqualia videbũtur: veluti dispositio æqualis inæqualisue non omnino dicitur, sed similis potius, atq̃ dissimilis. Et album itidem æquale inęqualeue, non omnino, sed simile dici atq̃ dissimile solet. Quare, quantitati maximè proprium erit, ęquale ac inęquale vt dicatur.

## De his quæ ad aliquid. Cap. VII.

FEA verò dicuntur ad aliquid quæ id quod sunt aliorum esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: veluti duplum, id quod est cuiusp̃iam dicitur, duplum enim alicuius scilicet: & maius id quod est, alio dicitur maius: aliquo nanque maius dicitur. Similiter & cætera, quæ istiusmodi sunt. Sunt & hæc etiam ex hisce quæ ad aliquid sunt, vt habitus, dispositio, scientia, atque positio. Omnia enim hęc id quod sunt aliorũ esse, aut ad aliud aliquo alio modo dicũtur: & non aliud quidquã. Habitus enim cuiusp̃iã habitus, & sciẽtia alicuius sciẽtia, & positio alicuius positio dicitur esse, cęteraque simili modo. Ea igitur sunt ad aliquid quæ id quod sunt aliorum esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: ceu mons magnus

ad

ad aliud dicitur: ad aliquid enim mons ingens dicitur. Simile quòque cuipiam simile dicitur: & cætera etiam talia ad aliquid eodem modo dicuntur. Sũt aũt & recubatio, & statio, & sessio positiones quædã: positiones verò ad aliquid sunt: Recubare autem, aut stare, aut sedere, positiones non sunt: sed â dictis positionibus denominatiuè dicuntur. Est autem & contrarietas in hisce quæ ad aliquid sunt: virtus namque vitio contrarium est, quorum vtrumque ad aliquid est: & ignorationi scientia. Non tamen vniuersis contrarietas inest: duplo namque & dimidio & similibus, contrarium est nihil. Videntur etiam ea quæ sunt ad aliquid & gradus suscipere, vt magis minusue talia sint, simile namque & magis & minus dicitur simile & dissimile, & æquale & inæquale similiter: quorum vtraque ad aliquid sunt. Quippecùm simile cuidam simile, & dissimile cuidam dissimile, & inæquale cuidam inæquale dicatur. Non vniuersa tamen hanc subeunt legem. Duplum enim nonmagis minusue dicitur duplum, neque quicquã talium vllum. Atqui vniuersa quæ sunt ad aliquid, ad ea dicuntur, quæ cõuertũtur: seruus enim heri dicitur seruus, & herus serui dicitur herus: & duplũ dimidij duplũ, & dimidiũ dupli dimidiũ dicitur, & in cæteris simili modo: quanquâm interdum dictio casu differt. Scientia enim scibilis scientia, & scibile scientia scibile, & sensus sensibilis sensus, & sensibile sensu sensibile dicitur. Verũ interdùm conuersio fieri non videbitur, si id ad quod dicitur, non accommodatè fuerit assignatum, sed qui assignat errauerit: veluti si ala auis fuerit assignata, non conuertitur auis alæ, non enim primò accommodatè est assignata ala auis: nam non hoc ala ipsius dicitur

Tex. ij.

Tex. iij.

Tex. iiij.

citur, quod est auis sed quo est ales: complurium enim & aliorũ alæ sunt, quę aues non esse constat. Quare si accommodatè fuerit assignata, fiet conuersio sanè: veluti ala alitis ala, & ales ala est ales. Atqui interdum & nomen facere necesse est, si positũ nomen ad quod accõmodata fuerit assignatio, non sit: ceu si clauus nauigij assignabitur, non accommodata sit assignatio: non enim eò clauus ipsius dicitur, quo nauigium est, sunt enim nauigia, quorum claui non sunt. Sed forsitan accommodatior assignatio fuerit, si clauus clauati clauus, aut aliquo alio simili modo dicatur, non enim positum nomen est. Atqui conuertitur si accommodata fuerit assignatio: clauatum enim clauo est clauatum. Idem fuerit & in cæteris modus: veluti caput accommodatius fuit assignatum, si capitati caput, quâm si animalis esse dixerimus: non enim eo caput habet, quo animal est, complura nanque animalium capite vacant. Hoc autem pacto facilimè quispiam eorum nomina sumet, quibus nomina posita non sunt si à propositis primum vocibus, etiã his imponat nomina, quæ cum primis conuertuntur: vt in prædictis intueri licet, vbi ab ala ales, & à clauo clauatum assignabatur. Vniuersa igitur ea quæ sunt ad aliquid, si accommodate quis reddat, ad ea sanè dicuntur quæ conuertuntur. Nam si ad quoduis vnunquodque, & nõ ad id ad quod dicitur, assignetur, non fit sanè conuersio. Neque enim quidquã eorum, quę sine controuersia ad ea dicuntur, quæ conuertuntur, nomenque habent, conuertitur: si non ad id quod dicitur, sed ad accidentium aliquid assignetur. Veluti si seruus non heri, sed hominis, aut bipedis, aut cuiuspiam similiũ fuerit assignatus, non fuerit sanè conuersio: non enim accommo

indiferentur. et non ad id ad quod refertur.

fit mutua conuersio.

sed ad aliud quod accidit heruũ.

data est assignatio. Praeterea si accommodatè ad id quod dicitur fuerit assignatum, sublatis quidem cæteris õmbus quæ sunt accidentia, relicto autem eo solo ad quod est assignatum accommodatè, ad illud sanè dicetur: ceu si seruus ad herum dicatur, sublatũ quidem cæteris vniuersis quę accidunt hero, bipede inquam, scientiæ susceptino ac homine: relicto autem tantũmodò hero, seruus ad ipsum semper dicetur: seruus enim heri dicitur seruus. Quòd si non accommodatè ad id, ad quod tandem dicitur fuerit assignatum, cæteris quidem sublatis, eo verò solo relicto ad quod est assignatũ, nõ ad ipsum sanè dicetur. Assignatus enim sit seruus hominis, alaque auis: atque ab homine herus auferatur, non ad hominem sanè seruus dicetur. Nã cũ herus non sit, neque seruus est sanè. Similiter & ab aui ales auferatur, non vlterius ala profecto ad aliquid erit: si enim ales nõ sit, neque erit ala cuiusquam. Quare quodque assignetur ad id, ad quod tandem dicitur accommodatè, oportet. Atque si sit quidem positum nomen, facilis assignatio fit: sin verò non sit, nomina fortasse ponantur necesse est. Quòd si hoc assignentur modo, ea quę ad aliquid sunt, vniuersa ad ea sanè dicẽtur, quæ cõuertuntur, vt patet. Atvero ea quæ sunt ad aliquid, simul natura esse videntur. Atque in plurimis quidem vera est hæc sententia, in quibusdam autem vera non est. Simul enim duplum est, & dimidium: & si est dimidium, duplum est, & contrà: & si seruus est, herus est etiam: similiter & in cæteris. Quin & mutuò hæc interimunt sese. Nam si duplum non est, dimidiũ nõ erit: & si dimidium non est, duplum non erit. Idẽ est & in cęteris modus, quæ rationis sunt similis. Non tamen in vniuersis

Tex. v.

quæ-

quæ sunt ad aliquid, verum hoc esse videtur, simul inquam natura vt sint: scibile namque scientia prius esse videbitur. Plærunq; enim rerum, quæ anteà sunt, scientias nos accipimus. In paucis enim, aut nulla in re prorsus scientiam fieri quispiam cum scibili simul videbit. Præterea si scibile tollatur, tollitur & scientia: scientia verò si tollatur, non tollitur scibile. Nam si scibile non sit, scientia non est: nullius enim prorsus scientia erit. Scientia verò etiam si non sit, scibile esse nil prohibet: quadrationis enim circuli & si scibilis est, scientia quidem nondum esse videtur: est autem scibilis ipsa. Præterea animali sublato, scientia quidem non erit: cùm complura interim quæ scibilia sint existant. Sic & in sensu res sese habere videtur: sensibile enim antecedere sensum videtur. Si sensibile namque tollatur, tollitur: & sensus: at ipsum si sensus auferatur, non tollitur, sensus enim circa corpus & in corpore sunt. Itaque sensibili sublato, corpus è medio tollitur: est enim & ipsum corpus sensibile: si corpus verò non sit, etiam sensus aufertur. Quare fit, vt secum sensibile sensum auferat. At sensus secum sensibile non tollit. Nam si animal tollatur, tollitur quidem sensus, sensibile verò non tollitur. Est enim sensibile corpus: vt calidum, frigidũ, dulce, amarum, & cætera omnia, quæ sunt similis generis. Præterea sensus quidem cum sensituo simul emergit: nam vnà cum animali & ipse sensus efficitur. Sensibile autem est & anteà quàm sensus sit ortus: est enim ignis, & aqua cæteraque talia, è quibus animal constat, & ãte à quàm sit omninò animal, aut sensus. Quare sensibile prius ipso sensu videbitur esse.

Existit autem hoc loco dubitatio quædam, vtrum nulla Tex. vij.

substantia dicatur ad aliquid, quemadmodùm & videtur, an hoc in aliquibus substantijs secundis contingat. In primis nanque substantijs verum est: nam neque tota, neque partes ad aliquid sanè dicuntur: quidam enim hõ non dicitur cuiusdã quidã hõ, neque quidã equus cuiusdã quidã equus. Et itidẽ in partibus. Quædã enim manus nõ cuiusdam quædam manus sed cuiusdã dicitur manus: & quoddã caput, nõ cuiusdã quoddã caput, sed cuiusdã dicitur caput. Eadem & in pluribus secundis substantijs dici possunt. Homo nanque non cuiusdam dicitur homo, nec equus alicuius dicitur equus, nec lignum alicuius dicitur lignum: sed alicuius possessio dicitur. Talia igitur patet non ad aliquid esse. In quibusdam autem secundarum substantiarum est dubitatio: Caput enim alicuiuus dicitur caput, & manus alicuius dicitur manus, & vnumquodque tale eodem modo dicitur: quare hæc videbuntur ad aliquid

Tex.vii. esse. Si igitur eorum quæ sunt ad aliquid, definitio est assignata, aut omnino est difficile, aut impossibile, nullam substantiam ad aliquid esse ostendere. Sin vero non sufficienter est assignata, sed ea sunt ad aliquid, quorum esse idem est ei,

Texviij. quod est ad aliquid aliquo modo sese habere, fortasse ad hæc aliquid dici potest. Prior autem definitio sequitur quidem ea, quę sunt ad aliquid, omnia: non tamen idem est, quod ipsorum ad aliquid esse, id quod sunt aliorum esse dici. Ex his igitur patet, si quispiam aliquid eroum, quæ sunt ad aliquid, definitè scit, simul id ad quod illud dicitur difinitè sciet. Hoc autem patet quidem ex his ipsis. Nam si scit quispiam hoc aliquid esse, est autem eorum quæ sunt ad aliquid esse, idem ei quòd

est

est ad aliquid aliquo modo se se habere: & illud ꝓfectò sciet, ad quod hoc aliquo modo se habet. Si enim nescit omninò id, ad quod hoc aliquo modo se habet, neque si ad aliquid hoc modo se habet sciet. Patet autem & ex singulis: nã si quispiã hoc sit definitè duplum esse, & id cuius duplum est continuò definitè scit. Nam si nullus definitè duplum scit illud esse, neque si est duplum omninò scit. Similiter & hoc si scit prçstabilius esse, & quo præstabilius est definite ob hæc eadem ipsum scire necesse est. Nec indefinitè sciet, hoc prçstabilius esse deteriore: hæc enim opinatio est, nõ sciẽtia: Nõ enĩ exactè iã deteriore prçstabilius esse scit. nã si forte sic accidit, nihil est deterius ipso. Quare patet necessarium esse, vt quicquid eorum quæ sũt ad aliquid quispiam definite sciat, & id idẽtidẽ ad quod illud dicitur vt sciat. Fit autem, vt caput & manus, & quæcunque talium, quæ substantiæ sunt, id quod est ipsum definitè sciatur: at nõ fit necessariò, vt id ꝙd ad dicitur definitè sciatur. Cuius enĩ hoc caput aut cuius est manus, nõ fit vt definitè sciatur. Quare hæc nõ ad aliquid erunt. Quòd si hæc nõ sũt ad aliquid, verè dicere licet, nullam substantiam ad aliquid esse. Difficile autem est fortasse, de talibus vehementer asserere eum, qui non persæpe cogitationem in his posuerit: circa tamen vnumquodque ipsorum nõ est inutile dubitasse. Text. ix.

## De quali, & qualitate. Cap. VIII.

QValitatem verò dico, qua quales quidam dicuntur. Est autem qualitas ex hisce, quæ multis modis dicuntur. Atque vna quidem species qualitatis, habitus dispositoque vocetur. Differt autem habitus à dispositione: nam

gis permanet, atque diuturnior est. Tales sunt ipsæ scientiæ & virtutes. Scientia nanque ex eorum numero videtur esse, quæ permanent, & cum difficultate dimouentur: etiam si quispiam mediocriter scientiam acquirat, nisi magna mutatio vel à morbo vel à re quapiam alia simili fiat: similiter & virtus vt iustitia, temperantia, & quæcunq; tales, haud facile dimoueri mutariue videntur. Dispositiones autem eæ sunt, quę faciliter dimoueri mutariq; possũt, vt caliditas, frigiditas, sanitas morbus & quę sũt hisce similia. Nã his ipsis homo aliquo modo disponitur, & facile quoque mutatur, ex calido frigidũ subiens, & ex valetudine morbum, & in cæteris etiam similimodo. Nisi & harum ipsarum aliqua ob diuturnitatem versa iam in naturã sit, dimoueriq; nequeat, aut summa cum difficultate mutari possit: quam quidem hac ratione quispiã vt habitum iam nuncupauerit. Patet autem, ea homines habitus dicere velle, quę sunt diuturniora, neq; dimoueri facile possunt. Eos enim qui scientias non admodum tenent, sed eas amittere facile possunt, habitum habere non dicunt, ea licet scientia aliquo modo deterius melius ne dispositos videant. Itaq; sic à dispositione habitus differt, vt illa facile dimoueri possit: habitus autem diuturnior sit, & cum difficultate moueatur. Sunt autem habitus quidẽ, & dispositiones: dispositiones verò haud necessario habitus sunt. Qui nãque habent habitus, ij aliquo modo etiam disponuntur: at qui disponuntur, ij non omninò & habitus habent. Aliud autem qualitatis genus est, quo ad luctam aliquos, aut ad cursum, aut ad sanitatem, aut ad morbum aptos esse dicimus: & simpliciter ea, quæ per potentiam naturalem impotentiamue dicuntur. Non enim

Tex. ij.

quid

quidquam horum ex eo dicitur tale, quia aliquo disponitur modo: sed quia naturalem potentiam habet, vt facile quippiam aut faciat, aut non patiatur: Vt ad pugilatum cursumue apti dicũtur ideo, non quasi rerum earum facultatem iam aliquam teneant: sed tantum quia naturalem, aut vim aut imbecillitatem facile aliquid faciendi habent. Sic apti sanitati, quia vim naturalem haud facile obnoxiam: morbidi contra, quia obnoxiam facile seu quia vi non facile obnoxia careant, dicuntur. Eiusdẽ generis est & durum ac molle. Durum enim ex eo dicitur, quia potentiam habet vt non facile diuidatur: molle autem ex eo, quia eiusdem habet impotentiam. Tertium qualitatis est genus, qualitates passiuæ ac passiones: quę quidem talia sunt: vt dulcedo, amaritudo, acerbitas & ea quæ sunt generis similis: caliditas prætereá, frigiditasq́; & albedo, atq́; nigredo. Has igitur qualitates quidẽ esse, perspicuũ esse videtur. Ea nãq́; quæ hæc susceperũt, qualia sanè dicũtur: vt mel ex eo dicitur dulce, quia dulcedinem suscepit, & corpus etiam album, quia suscepit albedinem. Similiter & in cęteris res se habere videtur. Qualitates autem passiuę dicũtur, nõ ideo quòd ea, quæ susceperunt, passa aliquid sũt. Neq́; enĩ mel ex eo, quia passũ aliquid est, dulce dicitur: neq́; cęterorũ taliũ quicquã. Similiter & caliditas & frigiditas, non ex eo passiuæ qualitates dicuntur, quia ea quæ susceperũt aliquid passa sũt, sed quia quęq́; qualitas dicta passionis in sensibus est efficax. Dulcedo nãq́; passionẽ quãdã in gustu facit, & caliditas in tactu: cęteręq́; simili modo. Albedo aũt & nigredo, cęteriq́; colores, nõ eodẽ modo qualitates passiuę dicũtur: sed quia â passione sũt factæ. Nã quòd ꝑ passionẽ mu-

quia facile habent subiectã imbecilitatẽ. positiuẽ. s. nõ priuatiuẽ.

Tex. iij.

pertinẽtes ad gustũ.

tationes cõplures colorũ fiãt, certũ est. Puduit enim quẽpiã, atque erubuit: & timuit quispiã, atq; palluit. Quare si quispiam etiam natura talium passionũ incursuũue aliquid subijt, similẽ colorem verisimile est illũ habere. Quç nanq; nunc dũ pudet dispositio circa corpus emersit, eadem & in naturali constituti one dispositio fieri potest, vt & color natura similis fiat. Quç cũq; igitur affectionum talium initium ab aliquibus sumpserunt passionibus, quæ permanent, dũ difficultateque dimouentur, passiuæ qualitates dicũtur. Siue enim in naturali cõstitutione pallor aut nigredo sit orta, qualitas dicitur. Nã circa eadẽ quoq; dicimur quales: siue ob diuturnũ morbũ, aut calorẽ hęc eadẽ acciderint modo nõ facile dissoluãtur, aut per vitã permaneãt, qualitates sanæ passuç & ipsæ dicuntur, cum hisce similiter quales dicamur. Quæ verò ab hisce fiunt quæ facile dissoluũtur, passiones dicuntur, non qualitates. Nõ enim per hasce quales dicuntur. Neque enim erubescens, ob verecundiam rubeus: neque pallens ob timorem pallidus appellatur, sed aliquid passus potius dicitur esse. Quare passiones hç res, & non qualitates dicũtur. Similiter & in aĩa qualitates passiuç, passionesq; dicũtur: Quæ enim in generatioue continuò à passiònibus quibusdã ipsa quç sine difficultate dimoueri nõ possunt, sũt orta, qualitates dicuntur: vt insania, iracundia, & quæ sũt similis generis. Quales enim ob hæc ipsa dicuntur, vt iracũdi, atq; insani. Similiter & quæcũq; mentis egressiones non naturales: sed à quibusdam alijs casibus factæ sunt, quæ aut sine difficultate dimoueri non possũt, aut omninò immobiles sunt, qualitates itidem & hæ dicũtur: quippe cum hisce quales dicantur. Quæ verò ab hisce fiunt

quæ

quæ facile dissoluuntur, atque expirant, passiones dicuntur: veluti si turbatus quispiam, iracundior fuerit. Nõ enim iracũdus dicitur, qui tali in perturbatione iracundior est: sed potius aliquid passus dicitur esse. Quare passiones talia non qualitates dicuntur. Quartum qualitatis genus est figura, & ea quæ circa vnumquodq; est forma, & insuper rectitudo & curuitas, & quicquid est hisce simile, horum enim vnoquoque quale quippiam dicitur. Ex eo nanque quia triangulus, aut quadratum quippiam est, quale quid dicitur. & quia rectum identidem est, aut curuum. Forma eitam quodq; dicitur quale: Rarum autem & densum, & asperum atque læue, quale quidem significare quid videbuntur, à qualitatis tamen diuisione remota esse videntur. Partium enim potius positionem videntur quandam significare. Etenim densum buidem ex eo quippiam est, quia partes ipsius sibi ipsis propinquæ sũt: rarum autẽ ex eo, quia à sese distãt. Læue etiã est ex eo: quia rectè partes sunt sitæ: asperũ verò ex eo quia quędam partium eminentes, quædam humiles sunt. Atque forsitan buidem & alius quispiam qualitatis modus videbitur esse: qui tamen maxime dici solẽt, tot fere sunt. Ea igitur quæ diximus, sunt qualitates, vt patet. Qualia verò sunt ea, quæ denominatiuè ab ipsis, aut alio aliquo modo dicuntur. In plęrisq; igitur, quin potius ferè in omnibus, denominatiuè dicuntur: vt ab albedine albus, à musica musicus, & à iustitia dicitur iustus: & in cęteris simili modo. Sed in quibusdam ex eo, quia nõ sũt nomina qualitatibus posita: non fit vt ab ipsis denominatiue dicantur: vt aptus ad luctam, aut ad cursum, qui quidem naturali potentia talis dicitur, à nulla qualitate dicitur denominati-

Tex. iiij.

Tex. v.

nè

uè. Potentijs enim hijce quibus hi quales dicuntur, nõ posita nomina, sicut artibus, quibus militares aut cursores ob dispositionẽ dicuntur, sunt. Militaris enim dicitur ars, & cursoria, atque ab his ij qui disponuntur denominatiuè dicuntur. Interdum etiam est positum & qualitati nomen, non tamen id quod ipsa quale dicitur, nomine illius denominatiuè dicitur. A virtute nãque honestus quispiam dicitur, ex eó sane, quia virtutem habet, sed non denominatiuè dicitur à virtute. Non tamen in multis idipsum fit. Ea igitur qualia dicuntur, quę à dictis qualitatibus denominatiue, aut aliquo alio modo dicuntur. Atqui contrarietas in qualitate esse videtur: iustitię nanque contrarium est iniustia, & albedini nigredo, & cętera eodem modo. Ea etiam quæ ab ipsis qualia dicuntur, contraria esse videntur: vt iniustum iusto, & nigrum albo. Non tamen in omnibus hoc esse videtur. Flauo enim, aut fusco, aut talibus coloribus, quæ quidem sunt qualia nihil est cõtrarium. Ad hæc, si contrariorum alterum qualitas est, & reliquum omnino qualitas erit. Hoc autem ità esse patet ex singulis prædicamentis: nam si iustitia contrariũ est iniustitiæ, atque iustitia qualitas est, est & iniustitia. Nam cæterorũ prædicamentorum, neque quantum, neque ad aliquid, neque vbi, neque aliorum quicquam omnino, nisi qualitas iniustitiæ accommodatur. Eadem & in cæteris, quæ sunt in qualitate, contrarijs dici possunt. At vero qualia ipsa gradus suscipiunt, ac magis talia minusue dicuntur: album enim aliud alio magis minusue dicitur, & iustum alio magis minusue. Et ipsa etiam intensionem suscipiunt: fit enim, vt album albius se euadat. Non tamen omnia, sed plurima conditionem hanc subire videntur.

Tex. vj.

Tex. vij.

Nam

Nam dubitauerit quispiam, si magis minusue iustitia dici possit, & de dispositionibus etiam cæteris simili modo. Sunt enim qui de talibus contendunt: iustitiam namque iustitia, aut sanitatẽ sanitate magis minusue dici debere, haud omnino dicunt. Sed aliud sanitatem, institiâmue, aut grammaticen, aut id genus dispositionem magis, aliud minus habere concedunt admodum. At tamen ea quæ hisce qualia dicuntur, gradus sine controuersia suscipiunt, magisq; talia atq; minus dicuntur: Iustior enim & sanior alius alio dicitur, & in cęteris simili modo. Triangulus aũt & quadratũ, cæteræq; figurę nõ videntur talẽ cõditionẽ subire nã ea quidẽ quę triãguli rationẽ circuliq; suscipiũt, triãguli similiter aut circuli sunt õmia. Eorũ verò, quę rationẽ hanc nõ suscipiũt, nihil alio magis minusue tale dicetur: nõ enim quadratũ magis quàm altera ex parte lõgius, circulus est: quippe cũ neutrum circuli subeat rationem: atque simpliciter, si non subeant propositi rationem, alterum altero magis tale minusue minime dicetur. Non ergo omnia qualia gradus suscipiunt, vt magis talia minusue dicantur. Eorum igitur quæ dicta sunt, neutrum proprium qualitatis esse videtur, similia autem dissimiliaque per qualitates solas dicuntur. Simile enim quippiam cuipiam nulla alia profecto ratione esse videtur, quàm ea qua quale est. Quare proprium qualitatis erit hoc, ipsa simile atque dissimile dici. Nõ autem perturbari oportet, si quispiam nos duxerit de qualitate tractantes complura eorum quæ sunt ad aliquid cum qualitatibus ipsis enumerasse. Habitus enim et dispositiones ad aliquid esse dicimus. Etenim in omnibus ferè talibus genera quidem ad aliquid esse dicuntur, singularium verò nihil.

Tex. viij

Tex. jx

bil. Scientia nãq; quę quidẽ est genus, hoc ipsum quod est alicuius dicitur esse: cuiusdã enĩ scientia dicitur: singularũ verò scientiarũ nulla id ipsũ quod est alicuius dicitur esse: vt grãmatica nõ dicitur alicuius grãmatica, neq; musica cuiusp̃iã musica, nisi generis ratione ad aliquid & ipsæ dicantur. Grãmatica enim alicuius scientia dicitur, nõ alicuius grãmatica: et musica cuiusdã scientia nõ cuiusp̃iã musica. Quare singulæ nõ sũt, vt patet, ad aliquid at quales singulis his dicimur: quippe cũ et has ipsas habeamus. Scientes enĩ ex eo dicimur, quia singularũ aliquas scientiarũ habemus. Quare singulę erũt qualitates, quibus & quales qui eas habent, dicuntur. At hę nõ sunt ad aliquid, vti diximus. Præterea si quid idem, & quale & ad aliquid sit, in vtrisq; ipsum generibus collocari enumerarique, haud absurdum erit.

## De actione & passione. Cap. IX.

SVscipit & ipsũ agere patiue contrarietatem. Calefacere namq; & frigefacere, & calefieri & frigefieri, & voluptate ac dolore affici, cõtraria sunt: quare contrarietatem suscipiunt. Gradus quoq; suscipiũt, vt magis atq; minus dicãtur. Fit enĩ vt magis quippiã minusue calefaciat, & itidẽ calefiat et doleat magis minusue: quare agere patiue gradus suscipiũt, vti diximus. De his igitur tot à nobis sint dicta. Dictum est autẽ, & desitum esse, in hisce quę diximus de ijs quæ sunt, ad aliquid, denominatiuum ipsum â positionibus dici. De cæteris verò, vt de quando, de vbi, & de habere: quia sunt manifesta, nil aliud dicitur quâm ea quæ in principio diximus: habere quidẽ indutũ atque armatum esse significare: vbi verò, in Lycẽo esse, & cæteraquæcunque de ipsis sunt dicta. De generibus ergo propositis ea quæ sunt dicta, sufficiunt.

De

DE oppositis autem quot modis opponi soleant, deinceps dicendũ esse videtur. Opposita nanq; modis quatuor opponi dicuntur: aut vt ea quę sunt ad aliquid: aut vt cõtraria, aut vt habitus & priuatio, aut vt affirmatio atq; negatio. Atq; vt in sũma dicam duplũ & dimidiũ, vt eo quæ sunt ad aliquid: bonum & malum, vti contraria: cęcitas atque visus, vt habitus & priuatio: sedere & non sedere, vt affirmatio atque negatio, opponuntur. Quæ igitur vt ea quæ sunt ad aliquid opponuntur, ea id quod sunt, oppositorum esse, aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: vt duplum dimidij, id quod est, alicuius dicitur duplum: & scientia scibili eodem opponitur modo: atque ipsa id quod est scibilis dicitur esse. Et scibile etiam id quod est, ad oppositum ipsam inquam scientiam, dicitur: scibile nanque aliquod, id scientia, dicitur scibile. Quæ igitur vt ea quę sunt ad aliquid opponuntur, ipsa id quod sunt aliorum esse, aut aliquo alio modo vicissim dicuntur. Ea verò quæ vt contraria opponuntur, nullo pacto legem hanc subeunt: neque enim bonum mali dicitur bonũ sed contrarium, neque album nigri dicitur album, sed contrariũ quare oppositiones hę differunt. Atqui contraria quidem quæ talia sunt, vt ipsorum alterum necessariò rebus ijs insit in quibus aptum est fieri, aut de quibus prędicatur, ea nullũ prorsus medium habent: quorum autem alterum inesse non necesse est: inter hæc aliquid omninò medium cadit: veluti sanitas ac morbus in animalis corpore fieri apta sunt, atque alterum insit animalis in corpore, sanitas inquam aut morbus, necesse est: & de numero par atque impar prædicatur, & alterum par aut impar insit numero necesse est: atq; nullum inter hęc, aut inter par

Tex. ij.

Tex. iij.

&

& impar, aut inter sanitatem ac morbum, medium cadit. At quorum alterum ineſſe necesse non est, horum medium est aliquid: vt album & nigrum in corpore aptum est fieri, & non necesse est in corpore alterum horum ineſſe: non enim ōne corpus aut album aut nigrum est. Vitiosum quoq; studiosumq; de homine quidem cęteris q; pluribus prædicatur: at non necesse est alterum illis ineſſe, de quibus hæc prędicari possūt: nō enim omnia aut vitiosa sunt, aut studiosa: atq; est inter hoc medium sanè: fuscum quidem & flauum, cęteriq; tales colores, inter albū & nigrum: id autem quod neq; vitiosum est, neq; studiosum, inter vitiosum ac studiosum. In quibusdam igitur media nomen habent, vt fuscum, pallidum, rubrum, cæterique tales colores qui media sunt inter album & nigrum in quibusdam verò nomine quidem non est facile medium assignare, vtriusque tamen extremorum negatione ipsum medium definitur: vt id quod neque bonum est neque malum, neque iustum, neque iniustum.

**Tex iiij.** Priuatio autem atq; habitus dicitur quidem circa quippiam idē vt visus & cęcitas circa oculum: vt simpliciter autem dicam in quo solet habitus fieri, circa id vtrūq; ipsorum dicitur. Atq; priuatum esse dicimus vnumquodq; eorum, quæ susceptiua sunt habitus, cum nō est habitus non quouis modo, sed in eo, vel in quo consueuit esse, vel quando illud consueuit ipsum habere. Edentulum enim non ex eo dicimus, quia dentes non habet: & cęcum itidem non ex eo, quia visum non habet: sed quia non habet, cum est aptus habere. Sunt enim, quę orta non continuo visum deteſq; habent: at non edentula aut cæca dicuntur. Priuatum antē esse, habitumq; habere, non est priuatio atque habitus: nam visus

sus quidem est habitus, cęcitas verò priuatio At habere visum non est visus, neq; cęcum esse cęcitas est: etenim cęcitas, est priuatio quędam: cæcum autem esse, est priuatum esse, & non priuatio. Præterea si cęcitas idem esset ac cęcum esse, vtraque profecto de eodem prædicarentur: at homo dicitur quidē cęcus, cęcitas autem nullo dicitur pacto. Et ipsa tamen, priuatiū inquam esse, habitumq; habere, perinde vt priuatio atq; habitus opponi videntur: modus enim oppositionis idem est. Nam vt cæcitas & visus, sic & cęcum esse ac habere habitum opponuntur.

At enim neque etiam id quod sub affirmatione negationeque est, affirmatio est atque negatio, Affirmatiōem nanque negationemque orationem esse constat: alteram affirmatiuam, alteram negatiuam: at nihil eorum quę sub affirmationem negationemue cadunt, oratio est, vt patet. Dicūtur tamen & hæc ipsa perinde opponi, atque affirmatio negatioque opponūtur: in his enim idem oppositionis est modus. Nam vt affirmatio, veluti sedet, negationi, ceu non sedet, opponitur: sic & res quæ sub vtrūque cadunt, sedere inquam & non sedere, sibi mutuo aduersantur. At verò priuationem ac habitum non esse opposita sic, vt ea quæ sunt ad aliquid patet: non enim ipsum id quod est, oppositi dicitur esse. Visus enim non est cęcitatis visus, neque vllo alio ad illam dicitur modo, similiter neq; cæcitas visus cæcitas dicetur: sed cæcitas ipsa, priuatio quidem dicitur visus: cæcitas autem visus non dicitur, neque visus dicitur cęcitatis. Præterea vniuersa quæ sunt ad aliquid, ad ea sanè dicuntur, quę conuertuntur: quare si cæcitas ex ijs esset quę sūt ad aliquid, & illud ad quod ipsa dicitur profecto conuerteretur. at

Text. vi.

Text. vij.

Tx. vij. non cõuertitur: non enim visus cęcitatis dicitur visus. Atqui neque perinde atque contraria priuationem ac habitum oppositionem subire, ex eo perspicuum fore videtur, quod contrariorum quæ medio vacant, alterum in his quibus apta sunt esse, aut de quibus prędicantur, inesse semper necesse est: inter enim ea medium nullum cadere diximus, quorum alterum inesse susceptiuo necesse est: vt in sanitate ac morbo: in pari ac impari intueri licet. Quorum autem est aliquid medium, nunquam horum alterum omni inest necessario. Neque enim album aut nigrum, neque calidum, aut frigidum esse, omne quod horum susceptiuum sit, necesse est: Nam vt inter hęc medium aliquod cadat, nihil sane prohibere videtur. Et insuper ea diximus medium habere, quorum alterum non necesse est esse in susceptiuo, nisi in hisce in quibus vnum inest natura: vt igni caliditas inest, & niui albedo. In his enim alterũ definite, nõ vtrumuis susceptiuo inesse necesse est. Non enim aut ignem frigidum, aut niuem esse nigram contingit. Itaque non omni susceptiuo inesse alterum contingit, sed illis tantum quibus vnum natura inest, atque vnum definite, non vtrumuis. In priuatione autem atque habitu neutrum dictorum est verum: neque enim alterum ipsorum semper inesse necesse est, quod enim nondum aptum est visum habere, id neque cæcum dicitur neque visum habere: quare nõ ex ijs erunt contrarijs, quæ medijs vacant: sed nec ex ijs, quæ medium habent, quoniam omni susceptiuo, ipsorum alterum insit necesse est: cum enim est aptum visum habere, tunc aut cæcum aut visum habere dicetur: atque horum alterum non definitè sane, sed vtrumuis sine discrimine vllo dicetur

cetur: at in hisce contrarijs quæ medio non vacant, nunquam fit vt alterum insit omni, sed quibusdam: atque hisce alterum definitè, & non vtrumuis. Quare patet, neutro modo priuationem & habitum, perinde atque contraria oppositionem subire. Præterea inter contraria quidem, sit modo quod ipsa recipere possit, fieri cõmutatio potest, nisi vnum ipsorum natura cuipiã, vt igni caliditas insit. Potest enim sanum ægrotationem subire, & frigidum calidũ, & album effici nigrum: ex studioso quoq; vitiosus, & è vitioso studiosus euadere potest. Vitiosus enim si moribus præstabilioribus pręceptisq; instituatur, aliquid saltẽ in probitate incrementi suscipiet. Quod si parum licet incremẽti semel susciperit: patet aut penitus illum mutari, aut ingentia incremẽta, suscipere posse. Semper enim habilis magis ad consequendã ipsam virtutem, sumpto paruo etiam incremento fit: quare verisimile est, maiora, quoque illũ incrementa suscipere: quòd quidem si semper ita fiat, in contrarium penitus habitum deducetur, nisi tempore fortasse excludatur. In habitu verò priuationeue fieri non potest, vt commutatio vnquã efficiatur. Ex habitu nanque quanquam ad priuationem mutatio fit, ad habitum certè ex priuatione fieri nequit. Nõ enim quisquã cęcus factus visum vnquam recuperauit, neque caluus factus comam, neque edentulus vllus dentes emisit. Atqui patet, & ea quæ vt affirmatio negatioq; opponũtur, nullo dictorum modo oppositionem subire. In his enim solis alterum verum, alterum falsum esse necesse est, quod neq; in cõtrarijs neq; in relatiuis neq; in habitu priuationeue necesse est, sẽp alterum verũ alterũ falsũ vt sit: Sanitas enim ac morbus contraria sunt, & neutrũ ipsorum ve-

qui laudẽ nõ appetit, ne cõtumeliã sentit.

Tex. viij.

rum est aut falsum: similiter & duplum & dimidium relatiue quidem opponuntur, neutrum tamen uerum est aut falsum: cæcitas etiam atque uisus, habitus quidem & priuatio sunt, ut patet: at neutrum uerum est, aut falsum. Omnino autem nihil eorum, quæ nulla cum complexione dicuntur, uerũ est aut falsum. At vniuersa quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Equidẽ id ipsum in hisce cõtrarijs maximè accidere uidebitur quæ cũ cõplexiõe dicũtur. Valere enim Socratẽ, & ægrotare Socratẽ, contraria sunt. Atneque in hisce necessariũ est, alterũ uerũ, falsum alterũ esse: nã si existat quidẽ Socrates, alterũ uerũ, alterũ falsum erit: si uero non existat, ambo falsa erũt, vt patet. Si enim Socrates ŏnino nõ sit, neutrũ erit uerũ, neq; ægrotare ipsum, neq; ualere. In priuatione quoq; ac habitu si Socrates omnino nõ sit, neutrum uerum erit: sin sit, nõ semper alterũ uerum erit, alterum falsum. Visum enim habere Socratem, & cæcum Socratem esse, ut habitus atq; priuatio opponũtur: & si sit Socrates, non necesse est alterũ verũ, alterum falsum esse. Quo enim tempore nondũ est aptus habere, utrũque est falsum. Sin omnino non sit, falsum etiam erit utrumque, & uisum ipsum habere, & cæcũ esse. In affirmatione uerò negatione ue, semper siue sit, siue non sit, alterum erit falsum, alterũ uerũ. Horũ enim, ægrotare inquam Socratem, & non ægrotare Socratem, siue sit siue non sit Socrates, alterum uerum, alterum falsum esse patet. Si enim non sit, ægrotare illũ est falsum, nõ ægrotare verum: quare hisce solis hoc competit, alterum inquam ipsorum verum esse, alterum falsum, quæ vt affirmatio, atque negatio opponuntur. At verò malum quidem bono ne-

Text. ix.

cessario

ceſſario contrariũ eſt: quod quidẽ eſſe, patet inductione. Morbus enim ſanitati, & iuſtitiæ iniuſtitia, & fortitudini timiditas aduerſatur, & in cæteris ſimili modo. At malo interdum bonũ, interdũ malũ contrariũ eſt: defectui enim, qui quidẽ eſt malũ exuperatio, quæ quidẽ & ipſa malũ eſt, contrariũ eſt: ſimiliter & mediocritas, quæ quidẽ eſt bonũ, utriq; aduerſatur, ut patet: In paucis tamen id ipſum eſſe uidetur, ſed in plurimis malo bonũ ſemp cõtrariũ eſt. Præterea nõ neceſſariũ eſt, ſi cõtrariorũ alterũ ſit, et reliquũ eſſe. Nã ſi oẽs ſint ſani, ſanitas quidẽ erit, morbus uero nõ erit: ſimiliter ſi ſint õnia alba, albedo quidẽ erit, nigredo uerò nõ erit. Præterea ſi Socratẽ ualère cõtrariũ eſt huic, Socratẽ ægrotare (fieri uerò nõ poteſt, ut ãbo ſimul eidẽ inſint) impoſſibile eſt, ſi cõtrariũ alterũ ſit, & reliquũ etiã eſſe. Nã ſi ſtat ualere Socratẽ, ægrotare Socratẽ ſtare non poteſt. Patet etiam, & circa idẽ aut ſpecie aut genere cõtraria fieri ſolère, ut morbum quidem & ſanitatem in animalis corpore, albedinem autẽ & nigredinẽ in corpore, abſolutè, iuſtitiam verò & iniuſtitiam in hominis anima. Contraria inſuper omnia, aut eodẽ in genere, aut cõtrarijs in generibus eſſe, aut ipſa genera eſſe neceſſe eſt: nam album quidẽ & nigrũ eodem in genere ſunt: color enim ipſorum eſt genus: iuſtitia uerô ac iniuſticia, ſub generibus cõtrarijs collocantur: alterius enim uirtus, alterius uitium eſt genus, ut patet. At bonum & malũ non ſunt in genere, ſed aliquorum ipſa genera ſunt.

## DE MODIS PRIORIS. CAP. XI.

PRius quippiam alio quatuor dicitur modis. Primo quidẽ & proprijſſimè tempore, quo pacto quippiã antiquius

vetustius dici solet: quia nanque plus est temporis, ideo antiquius atque vetustius dicitur. Secundo verò, id quod non conuertitur essendi consequentia: quo pacto vnum duobus est prius: nam si sint duo, & vnum continuò sequitur esse: at si vnum sit, nõ necessario sequitur duo esse. Quare hoc posito nõ cõuertitur consequentia, vt illud sit. Prius autem id esse videtur quod essẽdi consequentia non conuertitur. Tertio modo, ordine quodã dicitur prius, vt in scientijs, atq; oratioĩbus intueri licet. In demonstratiuis enĩ sciẽtijs, prius est nimirũ atq; posterius ordine: elemẽta nanq; designatioĩbus ordine priora sunt, quippe cũ principia priora sint ordine cõclusioĩbus cõtẽplandis: & in grãmatica syllabis priora sũt elemẽta, in oratioĩbus etiã exordiũ simili modo narrationẽ ordine ãtecedit. Prçtereâ id quod est præstabilius honorabilinsue, prius natura esse videtur. Vulgus etiam eos qui sũt honorabiliores, quosq; magis amãt, vocare priores cõsueuerũt: quã q; hic modus penè õnium alienissimus esse videtur. Tot igitur ferè sunt modi prioris, qui dici solent. Videbitur aũt & vltra iam dictos, alius quidam esse prioris modus. Eorum enim que essendi consequentia cõuertuntur, alterum quod est causa quouis modo, vt alterum sit, prius natura non incongruè dici potest: atq; esse quædam talia patet. Esse enim hominem, ad orationem de ipso veram, essendi consequentia sanè cõuertitur. nam si sit homo, vera est ea oratio, qua homo dicitur esse: & e cõtra homo profecto est, si vera est ea oratio, qua hominem dicimus esse. Atq; oratio quidem vera, vt res sit nullo pacto est causa: res tamen aliqua ex parte vt sit oratio vera, causa esse videtur. Ex eo nanq; quia res est, aut non est, oratio vera dicitur

aut

aut falsa: quare fit, ut qinq̃ modis ipsũ prius dicatu, ut patet.

## De modis simul. Cap. XII.

SImul autem ea simpliciter proprijssimeq; dicũtur quorũ generatio est tẽpore in eodem: neutrum enim ipsorum prius, aut posterius est. Atq; hæc tempore simul dicuntur: natur auerò ea dicuntur simul, quæ essendi quidem consequentia dum conuertantur, neutrũ tamen ut sit alterum causa est: ut in duplo dimidioque intueri licet. Hæc enĩ cõuertũtur. Nam si duplũ est, dimidiũ est: & si dimidiũ est, duplũ est: neutrum tamẽ est causa ut alterum sit. Ea prçtereà quç eiusdẽ generis diuisione sibi opponuntur, simul esse dicuntur natura. Dicuntur autem eiusdem generis diuisione oppositа sibi, quç in eadẽ sunt diuisione: qualia sunt, uolatile, gressibile, atq; in aquis degens. Hçc enim sub eodem genere cõtra se sunt diuisa: quippe cũ animal in hæc. Vt patet, distribuatur, nihilq; horum aut posterius aut prius sit, sed natura talia simul esse uideantur. Diuisi etiam unũquodque talium in species rursus potest, ut uolatile, terrestre, aquaticum: quæ quidem & ipsa simul natura erunt, quæ sub eodẽ genere collocatia, in eadem sunt diuisione. Genus tamẽ specie prius est semper: non.n. in consequentia fit ab illo conuersio. Nam si uolatile est, animal est: atsi animal est, non necesse est uolatile esse. Simul igitur dicuntur natura, ea quç in essendi quidem consequentia conuertuntur: nullo tamen pacto alterum causa est ut alterum sit: & ea quæ sub eodem genere collocata contra sese sunt diuisa. Absolutè autem simul sunt ea quorum generatio eodem in tempore est, ut prius est dictum.

## DE SPECIEBVS MOTVS. C. XIII.

MOtus species sunt sex, generatio, corruptio, accretio, decretio, alteratio, & ea mutatio quæ loco accommodatur. Atque cæteri quidem motus, vt patet, diuersi sunt. Non enim corruptio est generatio, neque accretio est decretio: neque ea mutatio, quæ loco, accommodatur: cæterique motus similiter. De alteratione verò dubitatio quædam existit, ne forsitan necessarium sit id quod alteratur, aliquo reliquorum motuum alterari. Hoc autem verum non est. Ferè enim omnibus in passionibus, aut plurimis, nos accidit alterari, nullo motuum cæterorum cõmunicante. Neque enim incrementa, neq; decremẽta suscipere necesse est, id quod passione mouetur: & simili in cæteris modo: quare alteratio diuersus est à cæteris motus. Nã si esset idẽ, continuo id quod alteratur crescere aut decrescere, aut aliquo alio moueri cęterorum motuum oporteret. At nõ est profecto necessariũ. Similiter & id quod augetur, aut aliquo alio motu mouetur, alterari oporteret. At sũt quædã quę augẽtur, nõ alterãtur aũt. Quadratũ enim gnomone circumpositio creuit quidem, at non est alteratũ. Similiter & in cæteris rebus huiuscemodi fit. Quare diuersi sunt hi motus omnes, vt diximus. Simpliciter autem motus quidem cõtrarius quieti est, singulis autẽ singuli aduersantur, generationi quidem corruptio, acretioni verò decretio, & mutationi accõmodatæ loco quies in loco: & maximè vt videtur, ea mutatio qua contrariũ ad locũ itur, vt ei motui quo sursum itur is motus quo deorsum itur, & ecõuerso opponitur. At reliquo assignatorum motuum quidnam contrarium sit, non est facile assignare: nihil autem ipsi contrarium esse videtur, nisi quispiam & in

hoc quietem in qualitate dicat opponi ei mutatiõi q̃ ad qualitatẽ est, mutationẽq; eam quę est ad qualitatẽ cõtrariã perinde atq; in mutatione loco accõmodata quietẽ in loco, & mutationem qua ad cõtrariũ locũ itur, contraria diximus esse. Alterationẽ nanq; mutationẽ esse in qualitate cõstat: quare motui in qualitate, quies in qualitate opponitur: aut ea mutatio, qua ad qualitatem contrariã itur, quo pacto albũ quippiã fieri, & nigrũ quippiam fieri, inter se opponuntur. Alterantur enim hęc, atque in qualitatis contrarios terminos mutatio fit.

## De modis habere. Cap. XIIII.

HAbere pluribus modis, aut vt habitum dispositionemq; vel aliquam aliam qualitatem dicitur: scientiam enim habere aliquam dicimur, & virtutem: aut vt quantum, velut eam quam quispiam magnitudinem habet: nam cubitorum trium vel quatuor habere magnitudinem dicitur: aut vt ea quæ circa corpus ponuntur, vt vestem, tunicam, & gladium, & similia: aut in parte, velut in manu anulum: aut vt partem, vt manum vel pedem: aut in vase, vt modium habere triticum dicimus, aut dolium vinum: hæc enim habere, vt in vase dicuntur, aut possessionẽ: habere enim dicimus domum, fundumue. Dicitur & vir vxorem, & vxor virum habere: quiquidem remotissimus omnium habendi modus esse videtur: nihil enim aliud dicendo virum habere vxorem significamus, quam virum una cum uxore habitare. Forsitan & alij quidam habendi modi esse uidebuntur, sed quidici solent, omnes ferè sunt nunc â nobis enumerati.

FINIS.

# PERIHERMENIAS ARISTOtelis libri duo: Ioanne Argiropylo, Byzantio intreprete:

## De signis. Cap. Primum.



Rimò definire oportet, quid nã sit nomen, & quid verbum, deinde quid negatio, quid affirmatio: quid enũciatio: quid demq; oratio sit. Ea igitur, quæ in voce cõsistũt signa sunt affectuum qui in aĩa sunt: & ea, quæ scribuntur, notæ sunt eorum, quæ in voce consistunt. Atq; vti non eædem sunt apud omnes homines literæ, sic neq; voces eædem sunt. Affectus tamen quorũ hæc signa sunt primo: ijdem apud omnes homines sunt: res quoq; quarum hi similitudines sunt easdem, itidem esse constat. Verum de his in libro de Anima dictum est: ad aliam enim facultatem huiuscemodi consideratio pertinet. Quemadmodum autem in anima conceptus est interdum sine veritate, aut falsitate: interdũ vero est talis, vt horum alterũ ei necessario cõpetat: sic & in voce esse videtur. Nã verũ falsumq; in compositione, diuisione q; cõsistit. Ipsa igitur nominaet verba similia sane sũt ei cõceptui, qui sine compositione, diuisioneq; est: velut hoc nomen album, vel homo, cum nihil additur ipsi: nondum enim verum est, aut falsum: cuius quidẽ hoc iudicium est: hippocentaurus enim aliquid quidẽ significat: at nondum verum est, aut falsum, nisi esse, aut nõ esse additum: aut simpliciter, aut respectu temporis fuerit.

## De Nomine. Capu. II.

Nomen

NOmen igitur vox est significatiua ex instituto siue tempore: cuius nulla pars significat separata. Nam hoc in nomine equiferus nihil per se ipsum equus significat: sicut hac in oratione, equus ferus uerũ, non vt est in simplicibus nominbus: sic & in compositis est. In illis enim nullo pacto pars est significatiua: in compositis vero, videtur quidem: nihil tamen separata significat: ut in exẽplo patet antea dicto. Ex instituto autem diximus, quia nullum nomẽ est signum natura: sed cum est positum. Nã significant et ij soni qui scribi non possunt: ut bestiarum quorum nullum est nomen. Hoc autem non homo, non dico esse nomen. Atneq; nomẽ est positum quo ipsum appellare oportet: neq; enim est oratio, neq; negatio: sed infinitum nomẽ uocetur: quoniã & quod est, & quod non est in ratione rerũ sine discrimine ullo significat. Hoc etiã Philonis, aut philoni, & bisce similia nomina nõ sunt: sed nominis casus. Atq; ratio eius in cœteris quidem est eadẽ, illo autem differt. Si enim addideris, est, uel erat, uel erit, hoc quidem neque uerum, neq; falsum euadet. Nomen autem semper: ueluti Philonis est, aut non est: nondũ enim uerum est, aut falsum.

## De uerbo. Capit. 3.

VErbum autem est id, quod insuper tempus significat, & cuius nulla pars seorsum significat: atque semper eorum, quæ de alio dicuntur, est signum. Dico autem ipsum insuper tempus significare: quia ualetudo quidem est nomen, ualet autem uerbum. Significat enim insuper nunc esse, atque semper eorum, quæ de alio dicuntur, est signum, ut eorum, quæ de subiecto dicuntur, aut eorum, quæ in subiecto

dicimus

dicimus esse. Non valet autem, & non ægrotat, non dico verbum esse, nam insuper quidem tempus significat, semperque de aliquo dicitur. At differentiæ nullum nomen est positum, sed verbũ infinitum vocetur. Quoniam de quocunq;, & de eo quod est, & de eo, quod non similiter dicitur. Simili modo valuit, atque valebit non verba, sed verbi casus appello. Quoniã illud quidem præsens significat tempus, illa autem id, quod est circa præsens, exactum, inquam, atque futurũ. Ipsa igitur verba, cum per se dicuntur nomina sunt, & aliquid sane significãt, nam qui dicit mentem vtique affirmat, & qui audiuit, quieuit. Sed si est, aut non est, nondum sane significant, nec enim esse, aut non esse, signum est rei, neq; si ipsum, quod est per se dixeris nudũ. Ipsum enim nihil est. Significat aũt insuper cõpositionẽ quandã, quæ quidem sine compositis intelligi nequit.

## De oratione. Cap. IIII.

ORatio est vox significatiua cuius partium aliqua separata significat, vt dictio, sed non: vt affirmatio, vel negatio, vt homo significat quidem aliquid, at non significat esse, aut non esse, sed erit affirmatio, aut negatio si aliquid ipsi addideris. Vna vero syllaba hominis nihil significat, nec enim hac in dictione musica, mu significat aliquid: sed vox tantum est. In compositis autem significat quidem: sed non per se, vt antea diximus. At vero omnis oratio significatiua quidem est, at non vt instrumentum, sed vt institutio quemadmodũ dicimus. Non omnis oratio est enuntiatiua, sed ea tantũ, quæ vera est, aut falsa. Quod quidẽ nõ omnibus orationibus cõpetitã, n fit quidẽ oratio, cũ quispiã optat, non tamẽ

vera

vera est, aut falsa: oratiões igitur cæteræ omittãtur. Ad oratoriã enim artẽ, aut poesim, illarũ magis consideratio pertinet. Enũtiatiua vero præsentis est propria cõtẽplationis. Est itaq; vna prima enũtiatiua oratio, affirmatio, deinde negatio. Cæteræ vero oẽs cõiunctiõe sunt vna. Necesse est aũt enũtiatiuam omnẽ orationẽ ex verbo, aut casu verbi cõstare. Etenim & ipsa hominis ratio nisi, vel erat, vel erit, aut aliquid tale addideris, nondũ est enũciatiua sane oratio, quia vnũ quid est, & nõ multa animal gressibile bipes. Nõ enim, quia partibus coniunctis pronũciata est, erit vna, verũ id pertractare ad aliã pertinet facultatẽ. Est aũt enũtiatiua vna oratio, aut ea, quę vnũ significat: aut ea quę cõiunctiõe est vna. Plures vero eæ, q̃ plura, & nõ vnũ significãt, aut eæ, q̃ carẽt coniũctiõe. Nomẽ igitur, aut verbũ dictio tantũ nocetur, quippe cũ fieri neq̃at, ut is, qui aliquid noĩe, vel verbo significat, sic dicat, ut enũtiet, siue interrogatus fuerit, siue nõ, sed ex se se voluerit dicere. Harũ autẽ alia erit enũtiatio simplex, veluti aliquid inquã, dicẽs de aliquo, aut aliquid ab aliquo remouẽs, alia aũt ex his cõpositа, veluti cõpositа iã est oratio quædã. Atq; simplex enũtiatio est vox significatiua ẽs sendi quippiã, uel nõ essendi, uti tẽpora sũt distincta. Affirmatio uero est de aliquo alicuius enuntiatio. Negatio autẽ enũtiatio qua aliquid ab aliquo dimouetur. Quoniã autem fieri potest, ut qđ cõpetit enũcietur, ut nõ cõpetẽs, & cõtra: qđ nõ cõpetit uti cõpeteret, & quod cõpetit ut cõpetẽs quod: et nõ cõpetit uti nõ cõpetẽs: et circa ea tẽpora, quę sũt extra præsẽs similiter: fieri sanè põt, ut õne, quod affirmant quispiã, negetur: et qđ negauit quispiã, affirmetur: quare patet cuilibet affirmatiõi negationẽ

(et cuilibet

negationi affirmationem esse oppositam. Atq; hoc sit cõtradictio affirmatio, inquam, & negatio, quæ opponũtur. Opponi autẽ eam dico, quę eiusdem de eodem, & non æquiuocè: & quæ cunq; alia determinauimus ad sophistarũ molestias euitandas.

De subiectis, & prædicatis enunciationum. Cap. V:

CVm autem rerum aliæ sint vniuersales, alio singulares. Vniuersale dico, quod de pluribus aptũ est prædicari, quale est hõ. Singulare aũt id, quod illã legẽ subire nequit, quale est Callias: sitq; necesse interdum vniuersaliũ interdum singularium cuidam aliquid inesse uel non inesse enunciare. Si quispiam vniuersaliter quidem de vniuersalibus enũciat competere, inquam, aut non competere quippiã, erũt enũciationes istę contrariæ: atq; de vniuersalibus vniuersaliter enũciare quẽpiã dico hoc modo, vt est omnis hõ albus, nullus hõ est albus. Quãdo aũt in vniuersalibus nõ vniuersaliter, nõ sunt cõtrariæ. Quæ autẽ significãtur, est, esse aliquãdo cõtraria. Dico autem non vniuersaliter enunciare in his, quæ sunt vniuersalia hoc modo: homo albus est, homo albus non est, homo quidẽ est vniuersale: at ille non vtitur, vt vniuersali ipsa enunciatione. Omnis enim non significat ipsum vniuersale: sed vniuersalis prædicationis est nota. Eiverò, quod viuersaliter prædicatur si vniuersalis prędicationis addideris notam enunciationẽ nõ efficies veram. Nulla enĩ erit affirmatio vera, in qua prędicationis nota uniuersalis ei adiũgitur, quod uniuersaliter prædicatur: ut omnis homo est omne animal. Affirmationem igitur, & negationem opponi contradictorie quidem dico, cũ uniuersaliter altera significat altera non uniuersaliter de eodem:

ut

vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est: nullus homo albus est, quidam homo albus est. Contrariè verô cũ vniuersaliter vtraque significat de eodem: vt omnis homo albus est, nullus homo albus est.

## De regulis oppositionum. Cap. VI.

QVa propter fieri quidẽ non potest, vt hę simul sint verę. At fit, vt his oppositæ veræ non nunquam sint de eodẽ: veluti nõõnis hõ albus est, & aliquis hõ albus est. Contradictiones igitur eę quæ vniuersaliũm vniuersaliter sunt, ita sese habẽt, vt altera pars earũ sit necessario vera, altera falsa: eãdẽ conditionẽ & in singularibus esse cõstat: vt Socrates est albus, Socrates non est albus. At eę, quæ vniuersaliũ nõ vniuersaliter sunt, nõ ita se habẽt, vt sẽp altera pars ipsarum sit vera, altera falsa. Hæ nãq; simul sũt veræ hõ albus est, hõ albus nõ est: hõ pulcher èst, hõ pulcher nõ est. Si enĩ turpis sit hõ pulcher nõ est: & si quippiã fit, id profecto nõ est. At enim absurdũ illico cuipiã hoc esse videbitur: ꝓpterá quod hæ, hõ albus nõ est, & nullus hõ albus est, idẽ significare vidẽtur. At nec idẽ sanè significãt: nec sũt simul necessario verę. Patet autẽ & vnius affirmationis vnam esse negationem: id enim oportet negationem negare, quod affirmauit affirmatio ipsa: & ab eodem siue singulare sit, siue vniuersale, aut vniuersaliter, aut non uniuersaliter sumptum, vt est Socrates albus, non est Socrates albus. Quod si quippiam aliud ab eodem negauerit, aut idẽ ab alio: non erit hæc illi, sed alia sane opposita. Huic verò omnis homo albus est illa non omnis homo albus est. Et item huic aliquis homo albus est, illa, nullus homo albus est: & huic rursus

homo

+ aut subiectũ aliaq; accipitur uniuersaliter de subiecto cõi

neget simpliciter id, quod ipsa affir. simpliciter affirmauit.

prædicatũ ab eodem subiecto.

manifestat maiorẽ per alia exempla

homo albus est, illa, homo albus non est. Dictum est igitur vnã affirmationẽ vni contradictoriè opponi negationi: & quæ nã sint illæ, & contrarias alias esse: & quę sint etiã illæ: & itẽ nõ õnis contradictionis alterã partem veram, alteram falsã esse: & cur ita sit: & quando rursus vera est aut falsa.

## De affirmatione, & negatione. Cap. VII.

FA autẽ vna est affirmatio, & itẽ vna negatio, quę vnum de vno significat: siue sit, siue non sit vniuersaliter vniuersale: vt õnis hõ albus est, nõ oĩs hõ albus est, hõ albus est, hõ albus nõ est, nullus hõ albus est, quidã hõ albus est: modo albũ vnũ significet. Quodsi duobus nomẽ est vnũ positũ, ex quibus vnũ non constat, non est vna affirmatio, nec vna negatio: veluti si quispiã equo & homini, posuerit nomen tunicam, hæc oratio tunica est alba, non erit vna affirmatio, nec etiam vna negatio. Hæc enim homo equus est albus, nihil ab illa differre videtur: at hæc nihil ab hisce differt, equus est albus, homo est albus: quodsi hæ plura significant, & sunt plures: patet & primã illam, aut plura, aut nihil significare: non est enim aliquis homo equus. Quare nec in his affirmationibus, negationibusue necesse est alteram contradictionem veram, alteram falsam esse.

## De futuris contingentibus. Cap. VIII.

IN his igitur, quæ sunt, & fuerunt: necesse est affirmationem, aut negationem veram, vel falsam esse, atque earum quidem, quæ vniuersales vniuersaliter sunt, semper necesse est alteram veram, alteram falsam esse: & singularium etiam uti diximus: nam earum, quæ dictæ sunt non uniuersaliter uniuersales

sales nõ necesse est alterã uerã, alterã falsam esse. Atq; de his aũt antea diximus. In singularibus aũt atq; futuris, nõ similiter res se se habet. Nã si õnis affirmatio, uel negatio uera est: aut falsa, & õne necesse est esse, aut nõ esse. Nã si quispiã quidẽ dixerit quippiã fore: alius autẽ illud idẽ non fore dixerit: necesse est, ut patet alterũ ipsorũ dicere uerũ: si omnis affirmatio, uel negatio uera est, aut falsa: in talibus enim non simul ambæ fuerint verç. Nã si uere quispiã dicit hoc albũ, aut non albũ esse, necesse est albũ, aut non album esse. Et si est albũ, aut non album, verum utiq; dicit affirmando, aut negãdo: & si omnino non est: falsum dicit, & si falsum dicit, non est. Quare necesse est affirmationem aut negationem ueram, uel falsam esse. Nihil ergo aut est, aut fit à fortuna, neq; est quidquã quod æque fieri, ac non fieri possit, neq; erit, aut non erit quidquã, sed omnia necessario eueniunt, & nihil est quod æque fieri, ac non fieri possit, nam aut is dicit uerum, qui affirmauit, aut is, qui negauit, quare non est quidquam omnino talis naturæ. Etenim etiam æque fieret, uel non fieret: id enim quod æque fieri, atque non fieri potest: non magis sic, aut sic se se habet, aut habebit. Præterea si est nunc aliquid album, uere quispiam prius asseruisset, si fore illud dixisset. Quare semper esset uerũ si diceretur, quoduis eorũ, quæ facta sũt esse aut fore: Quod si semper esset uerũ, si diceretur hoc esse, uel fore: fieri nõ potest, ut istud non sit, aut non oriatur. At quod fieri non potest, ut non oriatur, id impossibile est, ut nõ fiat: sed quod impossibile est, quod non fiat, id fieri necesse est, uniuersa ergo futura necesse est fieri. Quare nihil est omnino, quod æque fieri, atque non

fieri

fieri potest. Nec à fortuna quidquam eueniet: Sed omnia necessario fiunt. Nam si fortuna quippiam euenerit, id non necessario erit. At vero neque dicere quisquam potest neutrum esse verum: veluti neque fore, neque non fore, primo namque cum affirmatio vera non est, negatio vera non erit: & cum hæc est falsa, fit, ut affirmatio non sit vera. Et insuper si vere quispiam dicit album quippiam esse simul & magnũ, necesse esse vtrum que & si uere dicit cras fore, oportet illud cras fore, quod si neque erit cras, neque non erit id in ratione rerum, quod æque fieri, atque non fieri potest, veluti naualis pugna, oportet enim neque fieri, neque non fieri pugnam nauale. Ea igitur absurda, quę eueniunt, hæc sunt, & istiusdimodi cętera. Si necesse est enunciationum oppositarum, tam in vniuersalibus vniuersaliter, quàm in singularibus alteram veram, alteram falsam esse, nihil inquam, in his esse, quæ fiunt, quod æque fieri, atque non fieri possit, sed esse, ac fieri necessario cuncta, quare nec consultare opus est, nec aggredi res agendas, veluti si hoc quidem fecerimus, eueniet hoc, si hoc vero non fecerimus, non eueniet hoc. Nihil enim prohibet & annos vsq; centum vnum hoc fore, alterum nõ fore dicere, vt necessario ipsorum eueniat alterum, quod quidẽ vere tũc diceretur. At uero neq; quicquam refert quippiam dicere cõtradictionem, uel nõ dicere. Patet enim ita res ipsas sese habere, & si non alter quidquam affirmabit, alter negabit. Non enĩ quia affirmatio dicta est, aut negatio: ideo res erit, aut non erit: neq; magis si ad annos vsq; centies centum, quàm quanto tempore fore, aut non fore dicatur. Quare si in omni tempore cõtradictio sic se habebat, ut altera pars ipsius sit uera, necesse erat

erat hoc fieri. & vnum quodque eorum, quæ fuere sic semper sese habebat, ut necessario fiat. Nam si vere quispiã dixit hoc fore: fieri nequit, ut non oriatur ipsum, atq; eueniat: & si euenit, atq; est ortũ, semper antea uerũ erat ipsum dicere fore. Siquidem hæc esse nequeunt: uidemus enim principium futurorũ esse & deliberando, quippiam, atq; agẽdo, & omnino id, quod similiter esse, atque non esse potest in ijs, quæ nõ semper sunt actu, in quibus vtrunq; & esse, inquam, & non esse contingit: quare & fieri, & non fieri: & rerũ complures ita se se habẽtes ipsis oculis cernimus. Nam, vt hoc exemplo percipiatur, uestimentum hoc possibile est scindi, & non scindetur, sed tempore post cõteretur: similiter & non scindi possibile est: nõ enim posset tẽpore post contritũ fore, nisi non scindi posset. Quare & in alijs ita est rebus quæcunq; talem potentiam subeũt. Manifestũ est igitur non omnia necessario vel esse, uel fieri: sed quædam talia esse, vt æque fieri, atque nõ fieri possint: de quibus nõ est magis affirmatio, quãm negatio vera, uel falsa quçdam esse huiusmodi, ut ipsorum magis quidem, & plerunq; alterũ eueniat, possit tamen & alterum euenire, alterum vero non euenire. Necesse est igitur id, quod est, quando est esse, & id, quod non est, quãdo non est non esse, non tamẽ aut omne, quod est esse, aut õne, quod non est non esse, necesse est: non enĩ idẽ est õne, qđ est necessario esse cũ est, & simpliciter necessario esse, & de eo, qđ nõ est simili modo. Et in contradictione etiã ratio eadẽ est, õne nãq; necesse est esse, aut non esse, & item fore, aut nõ fore, nõ tamen necesse est distincte alterũ fore, veluti necesse est quidẽ pugnã naualẽ cras fore, aut nõ fore, nõ tamẽ fore pugnã naualẽ cras

neceſſe eſt, neq; rurſus nõ fore, attamẽ fore, aut nõ fore neceſſe eſt. Quare cũ orationes ita ſint ueræ quẽadmodũ ſe ſe habẽt res ipſæ, patet & contradictionẽ ipſam, quæ circa res eas efficitur, quę ſic ſe habent, ut æq; fieri, atq; nõ fieri, & eſſe, atq; nõ eſſe poſſint, neceſſario perinde ſe ſe habere, atq; res tales ſe ſe habẽt, et eandẽ cum illis legẽ ſubire, quod quidẽ in hiſce fit, quę nõ ſemper ſunt, aut non ſemper nõ ſunt, cõtradictionis enim rerũ ipſarũ alterã quidẽ partẽ neceſſe eſt uerã eſſe, uel falſam: nõ tamẽ hãc uel hãc, ſed utraq; contingit, fitque, ut altera magis ſit uera, non tamen uera, uel falſa diſtincte ſicuti diximus. Quare patet non omnium affirmationum, & negationũ oppoſitarum alteram neceſſario ueram eſſe, alterã falſam: non enim in hiſce, quæ ſunt, ſic res ſe habet, & in ijs, quæ non ſunt quidem eſſe uera, aut non eſſe poſſunt ſed uti diximus.

FINIS.

## LIBER SECVNDVS

### De enunciationibus infinitis. Cap. I.

id quod ſubijcit.

QVoniã autẽ affirmatio enũtiatio eſt quippiã de quopiã ſignificãs, hoc aũt nomẽ eſt, aut id, quod nomine caret, unũ uero id eſſe, atque de uno dici, quod eſt in affirmatione oportet. Dictũq; eſt ãtea quid nã ſit ipſum nomen, & quid etiã id, quod nomine caret. Ipſum enim non homo non nomen, ſed infinitũ nomen appello. Infinitũ enim nomen unũ quodãmodo ſignificare videtur, quẽadmodum, & non ualet non uerbum, ſed infinitum nũcupo verbum.

bũ. Omnis affirmatio profecto, & negatio, aut ex nomine, & uerbo, aut ex infinito nomine, verboq; constabit: nanq; absq; verbo nulla est affirmatio sane, neq; ulla negatio. Etenim uel erat, uel fuit, uel erit, & quæ cunque alia sunt huiuscemodi uerba ex numero sunt eorũ, quæ posita sunt: significãt enim insuper tempus. Quare prima est affirmatio, atque negatio, homo est, homo non est. Deinde non homo est, non homo non est. Rursus omnis hõ est, nõ omnis hõ est, omnis non hõ est, nõ omnis nõ hõ est. Eadẽ est ratio, & de tẽpore exacto, atq; futuro. Cũ aũt ipsum est tertiũ insuper prędicatur hoc pacto, homo iustus est. Vbi ipsum est tertiũ dico componi nomen, aut uerbũ in affirmatione, dupliciter iã ipsę oppositiones dicũtur. Quare quatuor ob id ipsum erũt hæc, quorũ duo quidem sic se habebũt ad affirmationẽ negationẽue similitudine rationis, ut ipsę priuationes. Duo uero non. Nã ipsum est, aut iusto addetur, aut non iusto: quare & negatio similiter addetur, quatuor igitur erũt. Intelligamus autem id, quod dicitur ex hisce, quæ hic subscribũtur. Homo iustus est, huius negatio est, homo iustus nõ est: hõ nõ iustus est: huius negatio est, hõ non iustus non est. Hic enim ipsum est: & itẽ non est, iusto, & non iusto adiũgitur. Hęc igitur sic ordine posita sunt, ut in resolutiuis dictũ est. Simili modo sese habebit oppositio et si nominis uniuersaliter sit affirmatio: ueluti omnis hõ iustus est, huius negatio est, non õnis hõ iustus est. Omnis homo nõ iustus est: huius etiã negatio est, nõ omnis homo non iustus est. Attamen non fit, ut similiter eæ, que per diametrũ collocantur simul sint veræ: sed fit nonnũquã. Omnis homo iustus est. Non omnis homo iustus est.

prædicato finito et in. s. ipsũ negatũ. potest coniũgi. prædicato finito et infi.

Non omnis homo iniustus est. Omnis homo iniustus est.

Non omnis homo non iustus est. Omnis homo non iustus est.

Hæ igitur duę sunt oppositæ: aliæ uero duę sunt rursus cũ non hõ tanquã subiectũ quoddã accipitur: ut non hõ iustus est, non hõ iustus non est: non hõ non iustus est, non hõ non iustus nõ est. Atq; plures his oppositiones nõ erũt. Hę uero seorsum ab illis: ipsę per se ipsas erunt cũ, non hõ, tanquã nomine utãtur, ut patet. Quibus aũt non accõmodatur, est ipsum, ut cum hæc ponuntur, ualet, ambulat, & istiusmodi cætera: in ijsdẽ facit hoc pacto positũ: ac si est ipsũ adiungeretur: ut ualet omnis homo, non ualet omnis hõ: ualet omnis non hõ, non ualet omnis non homo. Non enim dicendũ est nõ omnis hõ: sed negationis nota: ipsum, inquam, non: addenda est huic termino homo. Omnis enim non significat ipsum ꝟniuersale: sed uniuersalis prędicationis est nota: quod quidem exhisce patet, homo ualet, hõ non ualet: nõ hõ ualet, nõ hõ nõ ualet: hæ enim ab illis ex eo differunt, quia non dicunt uniuersaliter. Quare omnis, uel nullus nil aliud significare uidetur, quàm affirmationem, aut negationem uniuersaliter dici: cætera igitur eadem sunt addẽda. Cum autem huic affirmationi, omne animal iustum est: eà negatio sit contraria, quæ significat nullum animal esse iustũ, patet has quidem nunquam esse simul ueras: oppositas autem his ueras simul nonnunquam esse, ut non omne animal est iustum, & est aliquod animal iustum. At hæc nullus est homo iustus: sequitur hanc, omnis homo non iustus est. Hæc etiã nõ omnis homo

mo non iustus est: quæ quidem est illi opposita sequitur illam, est aliquis homo iustus: necesse est enim aliquẽ esse. Patet etiã in singularibus quidem si verũ est interrogatum negare: affirmare etiam uerum esse: ueluti, est ne Socrates sapiens? nõ Socrates, ergo non sapiẽs est. In vniuersalibus autem nõ est ea uera, quæ similiter dicitur: sed est negatio vera, velut, est ne omnis homo sapiens? non, ergo omnis hõ non sapiẽs est, hoc enim est falsum: sed illud est verũ, ergo non omnis homo sapiens est: atq; hæc quidem est ea quæ opponitur: illa vero est ea, quæ est contraria: Ea autem, quæ infinita sũt nomina, uerbaq; sunt q; opposita uocibus hisce, quæ sunt nomina, atq; uerba: ut non homo, non iustus: et huiuscemodi voces, sine nomine, verboq; videbuntur esse negationes: at non sunt, semper enim necesse est negationem esse veram uel falsam. At hisce, qui dixit, nõ homo, non magis, quàm is, qui protulit homo: sed minus potius uerũ, uel falsum aliquid dixit: nisi quippiã ipsi addiderit. Hæc autem, est omnis non homo iustus nihil idem, quod nulla illarũ significat: nec item ea, quæ est ipsi opposita: non est, inquam, omnis non homo iustus. At hæc, omnis non homo non iustus est, idẽ quod illa significat, nullus nõ hõ iustus est. At cni nomina & uerba transposita idem significant: ueluti albus homo est, homo albus est. Nã si ita nõ sit eiusdem affirmationis plures erunt negationes: at demonstratum est unam oppositam esse vni: huius enim albus homo est, negatio est, albus homo non est, huius autem, homo albus est, si non est idem, quod ista, albus homo est: aut hæc erit negatio, non homo albus non est, aut ista, homo albus non est, at altera quidem negatio huius est, non homo

albus est, altera verò negatio huius, albus hõ est. Quare affirmatiõis vnius duę erũt negationes. Patet igitur eãdẽ affirmationem fieri negationemue, si nominis positio, verbiq; mutetur.

## De enunciationibus coniunctis, & diuisis. Cap. II.

VNum autem de multis, aut multa de vno, aut affirmare, aut negare: mi si sit vnũ quippiã id, quod ex pluribus illis significatur non est affirmatio, neq; negatio vna. Atq; vnũ dico, non si nomen vnũ sit positũ: non fit aũt quid vnũ, ex illis velut hõ est forsitan, & animal, & bipes, & mute: at ex his etiã fit vnũ quiddam: ex albo vero, & homine, & ãbulante non fit vnũ Quare neq; si vnũ quippiã, de hisce quispiã affirmauerit, vna erit affirmatio: sed vox quidem vna plures autem affirmationes, neq; rursus econtra si de vno dixerit hæc, sed similiter multę. Quodsi disserendi interrogatio responsionis est postulatio, vel propositiõis, vel contradictionis alterius partis: propositio verò contradictionis vnius est pars, non erit ad hoc vna profecto responsio: neq; enim est ipsa interrogatio vna, & si est etiã vera. Sed de his est dictũ in Topicis. Patet etiã insuper neq; quid est: interrogationẽ esse disserendi: nã vt detur, ex interrogatione oportet, vt eligat vtrã velut ipse cõtradictionis partem enũciare: sed oportet interrogantẽ distinguẽdo interrogationẽ proferre hoc pacto: vtrũ hoc sit hõ an non hoc. Cũ aũt eorum, quę seorsum prędicantur, alia composita prędicentur: vt vnũ omnia prædicatũ: alia non prædicentur, quæ nã sit differentia? de homine nãq; vere dicitur animal seorsum, & bipes, seorsum, & hæc eadem simul, & vnũ, & homo rursus & albũ seorsum, & hęc eadem simul & vnũ: sed non si quispiã est sutor, &

& bonus, sutor dicendus est bonus. Nam si quia verũ est seorsũ vtrunq; : ideo & vtrunq; simul verum esse oporteat, multa sequentur absurda. De homine nãque quopiã verum est dicere & quod est homo, et qđ est etiã albus: quare & totũ, rursus si albũ verũ est dicere, & totũ, quare erit hõ albus, labus, atq; hoc in infinitũ abibit. Et rursus musicus albus ambulãs, & hæc sæpius cõiũcta dicẽtur, quorum in infinitũ erit abitio. Præterea si Socrates Socrates dicitur atq; hõ, Socrates Socrates hõ dicetur. Et si ipse hõ seorsum & bipes dicitur: & simul hõ bipes, & homo homo bipes dicetur. Patet igitur, si quispiam simpliciter complexiones ipsas fieri dixerit, multa absurda inde emergere, verum dicendum est nunc, quonam sint pacto ponendæ.

Quę igitur per accidens prædicantur, a t de eodem, aut alterũ de altero, ea non erunt vnum: velut homo, & albus quidem & musicus est, sed non vnum est album ipsum & musicũ : accidunt enim ambo eidem: neque si vere dicetur album musicum esse: albũ musicum vnum quid erit: album enim per accidens musicum est, quare album musicum non erit quid vnum. Quo circa neque sutor bonus dicetur simpliciter: sed animal bipes: quippe cum non per accidens hæc de illo dicantur: præterea nec simul ea dicẽtur quorum alterum alteri inest. Quapropter nec album sæpius dicetur neque hõ, homo animal est, aut bipes. Insunt enim hæc homini animal, atque bipes. At fit, vt eadem vere coniunctim dicãtur, atque seiunctim: nam aliquem hominem, hominem, aut aliquem album hominem: hominem, atque album dicere licet: non tamen semper. Sed cum in eo, quod est adiunctũ, oppositorũ quippiam inest, ad quod sequitur contradictio, tunc non vere, sed fal-

so dicetur: ut si mortuum hominem, hominem dixeris esse. Cũ uero non inest, uere. An cum inest quidẽ semper non uere: cũ uero non inest, non semper uere dicetur? ut Homerus est aliquid, uelut poeta. Est ne igitur an dicendum nõ est? per accidẽs enim ipsum, est, prædicatur de Homero: nã quia est poeta, sed nõ per se de Homero ipsum, est, prędicatur. Quare in quibus prædicationibus, neque contrarietas inest, quod quidem facile discernetur: si pro nominibus rationes dicãtur: & per se, & nõ secundùm accidens prædicantur: in hisce coniunctim et seorsum uera prædicatio fiet. Id autem, quod non est, non ex eo uere dicetur ens quippiam esse: quia est opinabile: non est enim ipsius opinio ipsum esse, sed ipsum non esse.

## De enuntiationibus modorum possibilis contingentis impossibilis, & necessarij. Cap. 3.

His autem determinatis considerandũ est deinceps quomodo se se habent affirmationes, & negationes ad inuicẽ huiusce generis: possibile est esse: non possibile est esse, cõtingens est esse: & non cõtingens est esse, & de impossibili simili modo, ac necessario. Sunt enim de ipsis dubitationes nõnullæ. Nã si complexionum, eæ inter sese contradictorie opponũtur: quæ per esse disponuntur, atq; nõ esse. Huius enim hominẽ esse, negatio est hoc, hominẽ non esse, sed nõ illud, non hominẽ esse. Et item huius hominem esse, albũ, hoc est negatio hominẽ albũ non esse, sed nõ illud hominẽ nõ albũ esse. Alioquin uere quispiã dixerit lignũ hominẽ non albũ esse, cũ de quolibet affirmatio sit, aut negatio uera. Et nõ solũ in his ita fit, sed in illis etiã, in quibus esse non additur: idẽ facit id, quod pro ipso sumitur esse,

niam

nã huius,hõ ambula,tnõ est hæc negatio, non hõ ambulat,sed hæc hõ nõ ambulat,nihil enĩ refert hominẽ ambulare dicere: uel hominẽ ambulantẽ esse. Si hçcinquã,ita sũt,atq; ubiq; dictus modus seruatur:huius etiã nimirũ affirmationis possibile est esse,hçc erit negatio,possibile nõ esse:sed nõ illa nõ possibile est esse. At idẽ uidetur et esse,& nõ esse posse,õne nãq;,qđ possibile est secari,uel ãbulare,possibile est & nõ ambulare, et nõ secari. Atq; causa huius hçc est:õne enim,qđ hoc pacto possibile est,nõ semper est actu. Quapropter ipsi cõpetet & ipsa negatio. Potest enim & nõ ambulare,quod ãbulare potest,& nõ uideri,quod potest uideri. At fieri nequit,ut enũciatioẽs oppositç de eodẽ sint uerç,non ergo affirmationis huius possibile est esse,hçc est negatio,possibile est nõ esse. Fit enĩ ex his,ut aut idem de eodẽ affirmetur simulatq; negetur,aut nõ per esse,atq; nõ esse ea,quç addũtur affirmatiões fieri,negationesue. Quod si illud fieri nequit,hoc erit utiq; expetendũ. Huius igitur possibile est esse,hoc est negatio nõ possibile est esse,sed nõ illud possibile est nõ esse. Huius etiã cõtingẽs est esse hoc est negatio nõ contingẽs est esse,eadẽ & de cæteris ratio de ĩpossibili, inquã, & necessario. Namq; ut in illis esse atq; non esse sunt additiones:cætera uero res sunt subiectæ,alia albũ,alia homo,sic & in istis esse quidem,aq; non esse fiunt,ut subiecta: Posse uero & cæterç additiones distinguentes,uerũ & falsum in ijs ipsis perinde atq; in ipsis ipsum esse,atq; nõ esse facere solent. Huius autem possibile est non esse,negatio est non illud,non possibile est esse:sed hoc non possibile est nõ esse. Et huius possibile est esse,non hoc possibile est non esse,sed illud nõ possibile est esse.

Qua

Quapropter hæ possibile est esse, & possibile est nõ esse, se se mutuo sequi videtur. Idẽ enim possibile est esse, atq; non esse: nõ enĩ hæ possibile est esse, & possibile est non esse cõtradictorię opponuntur: sed istæ possibile est esse, & non possibile est esse, nũquã de eodẽ sunt simul veræ, oppositæ nanq; sunt. Hę quoq; possibile est non esse, & non possibile est non esse, numquã de eodẽ sunt uerę. Similiter & huius affirmationis necesse est esse, non hæc necesse est non esse, negatio est, sed hęc non necesse est esse. Huius autem necesse est nõ esse, negatio est, nõ necesse est non esse: huius etiã impossibile est esse, non hęc impossibile est non esse, sed illa non impossibile est esse, negatio est: at illius impossibile est non esse, hæc sane non impossibile est non esse, negatio est. Omninò autẽ quemadmodũ dictũ, est: esse quidẽ, ac non esse ponere oportet uti subiecta. Hęc autẽ ad ipsum adiungere esse, atque non esse affirmationẽ faciendo negationẽue. Atq; has oportet existimare oppositas esse: possibile, nõ possibile: contingens non contingẽs: impossibile, non impossibile: necessarium, non necessarium: verum, non verum. Consequentiæ quoq; cũ ratione fiunt, si hoc pacto ponãtur, nam illam quidem possibile est esse, sequitur hæc contingẽs est esse, atq; cum illa conuertitur. Et item hæ non impossibile est esse, non necesse est esse. At has possibile est non esse, contingẽs est non esse, hæ sane sequuntur, non impossibile est, non esse, & non necesse est non esse. Illas etiam nõ possibile est esse, & nõ contingens est esse, hæ porro sequuntur impossibile est esse, & necesse est nõ esse. Et illas insuper non possibile est non esse, & non contingens est non esse, hæ nimirum sequuntur impossibile est nõ esse,

& necesse

& necesse est esse. Atque id, quod dicitur ex hisce, quæ hic ordine ponuntur perspiciatur.

| I | II |
|---|---|
| Possibile est esse. | Possibile est non esse. |
| Contingens est esse. | Contingens est non esse. |
| Non impossibile est esse. | Non impossibile non esse. |
| Non necesse est esse. | Non necesse est non esse. |
| III. | IIII. |
| Non possibile est esse. | Non possibile est non esse. |
| Non contingens est esse. | Non contingens est non esse. |
| Impossibile est esse. | Impossibile est non esse. |
| Necessarium est non esse. | Necessarium est esse. |

Hæ igitur impossibile est esse, & non impossibile est esse, has contingẽs est esse, & possibile est esse: & non contingẽs est esse & non possibile est esse: contradictorię quidẽ: sed verso modo sequuntur. Affirmationem enim possibilis, possibile, inquam, est esse negatio sequitur impossibilis, negationem autẽ affirmatio. Hanc enim non possibile est esse, sequitur hęc impossibile est esse: nam impossibile est esse, affirmatio est: non impossibile autẽ esse negatio. Atvidendum est, quomodo sese habent necessarij enunciationes: atque patet non eodem modo sese habere, sed contrariæ quidem sequuntur. Contradictiones autem seorsum sunt collocatæ: huius enim necesse est non esse, non est hæc negatio, non necesse est esse. Fieri enim potest, vt de eodem ambæ sint veræ: quod enim necesse est nõ esse, id non necesse est esse. Causa autem dissimilitudinis huius, hæc esse videtur, impossibile enim idem potest quod necessarium cum cõtrario assigna-

tur

tur modo: quod enim impossibile est esse, id non necesse est esse, sed necesse est non esse: & quod impossibile est nõ esse, id necesse est esse. Quamobrem si illæ perinde sese habẽt, atq; possibilis, & non possibilis enunciationes eæ non eodẽ modo, sed cõrario modo sese habebũt. Quippe cũ necessariũ, ac impossibile nõ idẽ significent: nisi verso modo fuerint assignata: quemadmodum diximus. At fieri non potest, vt hoc pacto collocẽtur necessarij cõtradictiones: quod enim necesse est esse, id possibile est esse: nã si ita non sit, sequetur sanè negatio: quippe cum necesse sit affirmare, aut negare: Quare si non possibile est esse, impossibile est esse: impossibile est igitur id esse, quod necesse est esse: quod quidẽ absurdissimum esse cõstat. Atq; hãc possibile est esse, sequitur hæc, non impossibile est esse: at hanc sequitur illa, non necesse est esse: quo fit, vt quod necesse est esse, id non necesse sit esse, quod absurdum est. At verò neq; hæc necesse est esse, neq; illa necesse est non esse: sequitur illã possibile est esse: ei namq; quod possibile est ambo accidere possunt, vtrauis autem istarum sit vera, illa non erunt profecto vera: simul enim possibile est & esse, & non esse. Si verò necesse est esse, aut non esse, non erit possibile vtrũq;: restatigitur, vt hæc non necesse est non esse, hãc, possibile est esse sequatur: Hæc enim est vera profecto si de hac quoque dicatur necesse est esse. Hęc & contradictoriè ei opponitur, quæ sequitur illã: non possibile est esse. Illã nãq; sequitur hæc, ĩpossibile est esse & necesse est non esse, cuius negatio est hęc, nõ necesse est nõ esse. Sequũtur igitur & hę cõtradictiões perũde atq; cæteræ. Atq; nullũ prorsus absurdũ videtur emergere si hoc pacto põatur Ambiget aũt quispiã si hãc

necesse

neceſſe eſt eſſe, illa: poſſibile eſt eſſe, ſequatur. Nã ſi nõ ſequatur, ea ſanè ſeq̃tur, quæ cõtradictorie illi opponitur, quæ quidem eſt, non poſsibile eſt eſſe, quod ſi quiſpiã nõ hãc dixerit contradictorie oppoſitam illi eſſe, neceſſe eſt illum hanc eſſe dicere, poſſibile eſt non eſſe: quarũ vtraq; falſa eſt, ſi de hac dicatur, vt patet, neceſſe eſt eſſe, quare illa poſſibile eſt eſſe, ſequitur hanc neceſſe eſt eſſe. At verò idem rurſus videtur eſſe poſſibile ſecari, ac non ſecari: & eſſe, atq; non eſſe. Ex quo fit, vt id, quod neceſſe eſt eſſe: ſit contingens nõ eſſe, quod quidem eſt falſum. Patet igitur non omne, quod poſsibile eſt vel eſſe, vel ambulare: illa etiam oppoſita poſſe, ſed eſſe non nulla, in quibus illud non eſſe verũ videtur: vt in hiſce, quæ ſine ratione poſſunt, quo pacto ignis calefacere poteſt, & potentiam habet rationis expertẽ: potentiæ igitur hæ, quæ ſunt participes rationis eçdem plurũ ſunt cõtrariorũ: at hæ, quæ ſunt rationis expertes nõ õnes: ſed ignis vt dictum eſt, non poteſt calefacere, & non calefacere: neq; cætera oĩa, quæ ſemper ſunt actu. Aliqua tamẽ eorum, quę potẽtias habent rationis expertes ſimul oppoſita ſuſcipere poſſunt: verum hoc quidem huiuſce gratia dictum eſt, vt oſtendamus non omnem potẽtiam oppoſitorum eſſe ſuſceptiuam, nec omnes eas, quæ ſub eadem ſpecie collocantur. Non nullę autem potẽtię equiuocę ſunt. Poſsibile enim non ſimpliciter dicitur: ſed aliud quidẽ ob hoc dicitur: quia verũ eſt, propterea quod actu eſt: veluti poſsibile eſt quempiam ambulare, quia ambulat: & omnino poſsibile eſt eſſe, quia iam id eſt actu, quod dicitur poſſe. Aliud aũt ex eo, quia erit actu: vt poſsibile eſt quempiam ambulare, propterea quod ambulabit. Et hæc quidẽ potentia in his

eſt

est solum, quæ mobilia sunt. Illa verò, & in his est, quæ immobilia sunt. Atq; horum vtrunq; & id, inquam, quod iam ambulat ac agit, vel est: & id, quod ambulandi, vel essendi quidem potentiam habet, sed nondum ambulat, aut est, vere dicere licet posse ambulare, aut etiam esse. Quæ cum ita sint, id quod hoc modo possibile est, non vere dicere simpliciter de necessario possumus: alterum autem vere dicere licet. Quare cum ad particulare sequatur vniuersale, ad id, quod necessario est, sequitur hoc profecto possibile est esse, non omne tamen, vt patet. Atq; forsitan hæ necesse est, & non necesse est, aut esse, aut non esse, omnium principium sunt. Et cæteras ad has sequẽtes considerare oportet. Patet autẽ ex his, quæ diximus, id, quod est necessario esse etiã actu. Quare si perpetua sunt priora, actus etiã est potentia prior. Atq; eorũ, quę sũt, alia quidẽ actus sũt sine potẽtia, quales sunt ipsæ substãtiæ primæ: alia verò cũ potẽtia actus, quinatura quidẽ priora sunt, tempore verò posteriora sunt, insuper & quæ nunquã sũt actus, sed potentiæ tantum.

## De oppositione enuntiationum, quæ magis apte contrariæ dicantur. Cap. IIII.

CVm autẽ affirmationi negatio, ac affirmatio aduersẽtur, nã huic omnis hõ iustus est, hæ, nullus hõ iustus est, et omnis hõ iniustus est, aduersantur: & itẽ huic Callias iustus est, hę Callias iustus non est, & Callias iniustus est: considerem⁹, oportet, vtraistarũ sit illi contraria. Atq; cũ ea, quę sũt in voce sequantur ea, quæ sũt in mẽte. Si illic opinio contrarij sit contraria, vt opinio, quę dicit omnis homo est iustus, huic opinio ni: omnis homo iniustus est, necesse est rẽ similiter sese habere, et

in

in affirmationibus hisce, quę in uoce consistũt. Sin vero contrarij opinio non sit ibi contraria: nec affirmatio affirmationi, sed dicta negatio contraria est. Quare cõsiderandũ est qualis nã opinio falsa opinioni ueræ contraria sit, utrũ negationis opinio, an ea, quæ contrarium opinatur. Dico aũt hoc pacto, est vna opinio vera de bono, bonũ esse, alia uero falsa de eodẽ bonũ non esse, & insuper alia, malum esse: harum igitur duarum vtra sit contraria ueræ, etsi sit una, utra sit ipsa contraria. Existimare itaq; contrarias opiniones ex eo definitas esse, quia sunt contrariorum falsum profecto est. Nam opinio, qua quispiã opinatur bonum esse bonum: & opinio, qua malum opinatur esse malum: eadẽ est fortasse: ac uera siue plures sint siue vna. Contraria uero sunt hęc. At non ex eo, quia contrariorum sunt, sed ex eo potius, quia contrario modo se habent. Quod si sit opinio de bono ipsum bonum esse: alia uero ipsum bonum non esse: & item alia, quę bono tribuit id, quod ipsi non competit, neque competere potest: cæterarũ quidem nulla est ponenda contraria: nec earum, quibus competere quod non inest: nec earum quibus non inesse, quod competit, creditur: nam infinitę sunt ãbæ: & quibus competere quod nõ inest: & quibus non cõpetere quod inest, existimatur. Sed illæ sunt ponẽdæ in quibus inest ipsa deceptio. Hæ autem sunt illę, ex quibus generationes proficiscuntur: ex oppositis namque sunt: quapropter & deceptiones ex ipsis proficiscuntur. Quod si bonum, & bonum est & non malum: & alterum quidem per se alterum vero per accidens competit. Accidit enim ipsi non malum esse: atq; ea uniuscuiusq; opinio uera est magis, quę est per se: & itẽ falsa magis, quę est per se. Quippe cũ et ea uera sit magis, quę

conditionem hãc ſubit: & horum vtraq; falſa eſt: & ea, inquam, quę bonum, bonum non eſse: & ea quę bonum malum aſſerit eſſe: Illa quidem reſpectu veræ per ſe: hęc vero reſpectu veræ per accidens. Magis erit ea opinio falſa profecto, quæ eſt negatio boni: quã ea, quæ eſt contrarij affirmatio. Atq; is circa vnũquodq; maximè opinatur falſo, qui contrariã habet opinionẽ. Contraria nãq; circa idem genus plurimũ differunt. Si igitur harum opinionum contraria quidem eſt & èa, quæ eſt contrarij: magis autem eſt ea contraria, quæ eſt negationis, patet hãc porrò ſine controuerſia, contrariã eſſe. Prętereâ quæ bonũ malũ aſſerit eſſe, connexa eſt. Etenim neceſſe eſt forſitã eandẽ, bonũ non eſſe bonum putare. Prętera ſi in cæteris etiã rẽ ſimiliter ſeſe habere oporteat: & hoc pacto videbitur de his ce dictum bene fuiſſe. Aut enim adſit vbiq; contradictionis oppoſitio, aut nuſquam oportet. Quibus autem non ſunt contraria ea de his eſt falſa, quæ opponitur veræ. Nam qui hominem hominem non eſſe putat, is falſo nimirum opinatur. Si igitur hæ contrariæ ſunt, & in cæteris ſimilimodo cõtrariæ erũt hę, quę ſunt opiniones contrariç. Prętereâ opiniones hę, quarum altera quidem bonum bonum eſse: altera vero non bonum eſſe aſſerit bonum non eſse. Similiter ſeſe habent & inſuper hæ, quarũ altera bonum, bonum non eſse: altera non bonum bonum aſſerit eſſe. Ei igitur quæ dicit non bonum bonum non eſse: quæ quidẽ eſt vt patet, vera opinio, quæ nam erit contraria? nõ enĩ ea quæ malum aſſerit eſſe, hęc erit nonnunquam ſimul cum illa vera, nunquam autẽ fit vt vera verę contraria ſit. Etenim eſt quippiam nõ bonum malum. Quare fit vt iſtę ſint ſimul verę: nec

item

item ea quę non bonum dicit non esse malum, est enim & ipsa vera: nam erit nonnunquam & ista simul. Restat igitur, ei quæ dicit non bonum non esse bonum: contrariam eã esse: quę non bonum bonũ asserit esse. Hæc enim est falsa: quo fit ut ea etiã quæ bonum, bonum non esse dicit: sit ei contraria quę bonum, bonum asserit esse. Atqui perspicuũ est nihil interesse: etsi affirmationem ipsam ponamus vniuersalem. Nã vniuersalis negatio contraria erit sane. Opinioni enim quæ omnino, quod est bonum bonum esse dicit, ea est contraria quæ nihil bonorum bonũ asserit esse. Ea nanque opinio qua bonum bonũ existimatur: si vniuersaliter bonum sumatur, eadem est atq; concurrit cum ea: quę quidquid est bonum bonũ asserit esse. Nam nihil ab ea differt, qua omne quod est bonum bonum esse existimatur: similis est & de non bono ratio. Quæ cũ ita sint, si in opinione res ita sese habet quemadmodum diximus, affirmationes autem & negationes signa sunt eorum, quę sunt in anima, patet & affirmationi contrariam quidem negationem eam esse quę est vniuersaliter de eodem: ut huic omne bonum est bonum, aut omnis homo est bonus, hanc nullum bonum est bonum: aut nullus homo est bonus: cõtradictorie vero oppositã hãc non õne bonũ est bonũ, aut non omnis homo est bonus. Patet etiã fieri nõ posse quòd vero sit contraria uera, aut opinio, aut oratio vlla. Nã contrarię sunt circa oppositã ut idem uere opinetur atq; enunciet. Fieri enim non potest ut eidem contraria simul insunt.

Secundi Peribermenias Aristotelis libri: interprete Ioanne Argiropylo, sicut & prioris.

Finis.

# LIBER PRIMVS.

## PRIORVM ANALYTICORVM seu resolutiuorum Aristotelis, Ioanne Argilopylo Bizantio interprete, lib. primus.

### De propositione, termino, & Syllogismo. Cap. I.

PRimo dicere oportet circa quid & cuiusnã sit hęc præsens cõsideratio. Atq; est circa demonstrationẽ, & est sciẽtię demonstrãdi. Deinde definire quid sit ꝓpositio, quid terminus, quid ratiocinatio: & quæ nã sit perfecta, & quæ imperfecta. Postea uero quid sit in toto aut esse aut non esse, & quid intelligimus cum de omni, uel nullo quippiã dicimus prædicari. Est itaq; propositio, oratio affirmatiua uel negatiua de quopiã alicuius. Hæc autem oratio aut uniuersalis est, aut particularis, aut indefinita. Atq; uniuersalẽ dico cum quippiam omni uel nulli cuipiam cõpetere dicitur. Particularẽ autem cũ alicui inesse, uel cuipiam nõ competere, aut non omni inesse asseritur. Indefinitam, cum competere aut non competere, sine uniuersali, aut esse: particulari dicitur signo: quale est contrariorũ unam scientiam aut uoluptatem non esse bonũ. A diſserẽdi autẽ propositione demonstratiua propositio differt: nam hæc quidem demonstratiua, partis alterius est acceptio contradictionis: qui nanq; demonstrat nõ interrogat, sed sumit. Diſserendi uero propositio, interrogatio est contradictionis: atq; nihil utique refert ad utriusq; ratiocinationẽ conficiendã. Nã & hisce qui demonstrat, et is etiã qui interrogat sumpto quippiã inesse aut nõ inesse

predicari

cuipiam

cuipiam ratiocinatur. Quare ratiocinandi quidem propositio simpliciter est affirmatio de quopiam alicuius aut negatio quemadmodum diximus. Demonstrandi autem si vera & per primas sumpta sit suppositiones. At dissérendi propositio interrogãti quidem contradictionis est interrogatio. Ratiocinandi vero eius est acceptio, quod verisimile, probabileq; esse videtur: vt est in topicis dictum. Quid igitur sit propositio & quonã differat ratiocinandi & demonstrandi dissérendiq; propositio, diligentius quidem exactiusq; posterius explicabitur: nunc vero pro vsu præsenti satis est à nobis determinatum. Terminum autem eum appello in quem resoluitur propositio: vt prædicatum & id de quo prædicatur ipso esse aut non esse addito vel diuiso. Ratiocinatio est oratio in qua quibusdam positis aliud quippiã ab his quæ posita sunt, cum hæc ipsa sint, necessario euenit. At q; per illud cum hæc ipsa sint, ob hęc euenire dico: per hoc autem intelligo nullo foris insuper esse termino: vt necessariũ fiat. Perfectam igitur eam ratiocinationem appello quæ nullius indiget rei, pręterea quæ sumpta sunt, vt id ipsum necessariũ videatur. Imperfectam autem eam, quę vnius vel plurium indiget: quæ necessaria quidem sunt per terminos ipsos subiectos: non tamen sunt sumpta per propositiones. In toto autẽ quopiam esse & de omni quopiam quipiam prædicari idem significat. Atq; tum de omni dicimus quppiam prædicari, cum nihil potest subiecti sumi, de quo alterum non dicatur. Idem intelligendum est & cum de nullo dicimus quippiam prædicari.

dialectico

## De conuersionibus propositionum absolutarum. Cap. II.

CVm autem omnis propositio sit essendi, aut necessario essendi, aut contingenter essendi. Et in vnaquaq; appellatione, aliæ sint affirmatiuç aliç negatiuç. Atq; horũ rursus aliæ sint uniuersales aliæ particulares aliæ indefinitæ. Vniuersalẽ quidem negatiuã propositionem essendi, necesse est uniuersaliter terminis ipsis conuerti. Veluti si nulla uoluptas est bonum, nullum etiam bonum erit uoluptas. Prædicatiuam aũt conuerti quidem necesse est, non tamen uniuersaliter, sed in parte: ut si omnis voluptas est bonum, & bonum aliquod erit uoluptas. At particularem affirmatiuam quidem in parte conuerti necesse est: nam si aliqua uoluptas est bonum, & aliquod bonum erit uoluptas. Priuatiuam autem non necesse est eodem modo conuerti: non enim si homo non omni competit animali & animal non omni homini cõpetit. Sit itaque uniuersalis negatiua propositio. A. B. Si igitur A. nulli competit eorũ quç sunt B. & B. profecto nulli competet eorum quç sunt A. nam si alicui competet atq; sit illud. C. nõ erit illud profecto uerũ A. nulli competere: B. nã C. aliquid est eorum quæ sunt B. ut luce clarius extat. Si autem A. competit omni B &. B. nimirum alicui competet. A. Nã si nulli competet: & A. profecto nulli cõpetet B. Atque õni supponebatur cõpetere. Similis cõuersio fiet: etsi particularis affirmatiua sit propositio: nã si. A. competit alicui B. & B. necesse est cuipiã competat A. Nã si nulli competat: & A. profecto nulli cõpetet B. sed alicui supponebatur cõpetere. Si autẽ A. non õni competit B. non necesse est B. non omni competere A. ut sit B. quidem animal. A uero sit homo. Homo namque non omni competit animali ut animal homini competit omni.

De

## De conuersione propositionum de modo. Cap. III.

ITa res se se habebit & in propositionibus necessarijs. Nam uniuersalis quidem priuatiua umuersaliter: affirmationũ autẽ vtraque particulariter sane conuertitur. Et enim si necesse est A. nulli competere. B, necesse est & .B. nulli cõpetere. A. Nam si contingit ut alicui competat: continget etiam ut. A. competat alicui. B. Sin uero. A. necessario uel omni, uel alicui competat B, &. B. necesse est cuipiam competere. A. Nã si non necessario competat cuipiam: nec. A. profecto cuipiam. b. necessario competet. Particularis autem negatiua non conuertitur ob eam causam quam antea diximus. At in contingentibus cum multipliciter dicatur contingere, necessarium enim, & non necessariũ, & possibile, contingere dicimus. Affirmatiuç quidem in uniuersis similiter conuertentur. Nam si A. uel omni contingit uel alicui competere. B. &. B. profecto alicui contingit cõpetere A. Quod si nulli, & A. cõtingit nulli cõpetere. B. Hoc enĩ antea demõstrauimus. Negatiuæ uero non eodẽ modo sese habebunt: sed in hisce quç cõtingere dicimus ex eo quia necessario nõ cõpetũt, aut nõ necessario cõpetũt perinde sese habebũt ac prius: ueluti si quispiã dixerit cõtingere hominẽ equũ non esse: aut albũ tunicæ nulli inesse. Horũ enim alterũ necessario nõ competit: alterũ non necessario inest: atq; propositio similiter sane conuertitur: nam si contingit equũ nulli competere homini, & hominem contingit nulli competere equo. Et si album contingit nulli competere tunicæ, & tunicam contingit nulli competere albo. Quod si alicui necessario cõpetit: & album alicui tunicæ necessario competet. Hoc enim an-

antea demonstrauimus. Similiter sese habet & negatiua particularis. In his aũt quæ ex eo dicuntur contingere quia pleriq; fiunt ac aptitudinem habent: quo quidem pacto cõtingens consueuimus definire: non similiter in conuersione se se habebũt negatiuæ: sed vniuersalis quidem negatiua propositio non conuertitur: particularis autem conuertetur. Atque hoc in sequentibus patebit cum de ipso contingente dicemus.

Nunc hoc tantum insuper pateat nobis, has propositiones contingit nulli, aut cuidam non competere, affirmatiuam habere figuram. Contingit enim perinde disponitur atque ipsum est. Est autem ipsum in quibus insuper prædicatur affirmationem semper omninoque facit: vt est non bonum, est non album: aut simpliciter est non hoc. Ostendetur autem & hoc ipsum per ea quæ deinceps dicentur. In conuersionibus autem perinde se se habebunt ut cæterę.

## De prima ratiocinationis figura. Cap. IIII.

HIsce determinatis dicendum iam esse videtur per quæ, & quando, aut quomodo, omnis ratiocinatio fiat: postea vero de demonstratione dicemus: nã prius de ratiocinatione quam de demonstratione dicendũ esse videtur: quippe cum vniuersale magis sit ratiocinatio: demostratio namque ratiocinatio quædam est: at non omnis ratiocinatio demonstratio est. Cum igitur tres termini sic inter se se habent: ut vltimus quidẽ in toto sit medio, medius autem in toto primo sit aut non sit: necesse est tunc extremorum ratiocinationem esse perfectam. Atque medium quidem id dico quod in alio est: & in quo aliud est:

est. Hoc & ipsa sane positione medium fit. Extrema autem ea quorum alterum est in alio: alterum in quo aliud est. Nam si A. de omni B. & B. de omni C. dicitur: necesse est A. de omni C. prædicari. Dictum est. n. prius quomodo prædicari de omni dicitur. Pari quoque ratione si A. quidem de nullo B. dicitur. B vero de omni C. prædicatur: A profecto nulli competet C. Verum si primũ quidem ipsi medio cõpetat omni: medium autem nulli extremo insit: ratiocinatio extremorum profecto non erit: nullum enim cũ hæc sint efficitur necessariũ. Et enim fit vt primũ omni cõpetat extremo ac nulli: quare neq; particulare neque vniuersale necessarium fit: cum vero nullum eueniat necessarium: nulla per hæc erit ratiocinatio sane. Atq; termini quidem essendi sint hi, animal homo equus: non essendi sumatur animal homo lapis. At neq; tũ erit vtiq; ratiocinatio, cum neq; primum ipsi medio: neq; mediũ competit vlli. Termini essendi, Scientia, Linea, Medicina. Non essendi sciẽtia linea vnitas sumatur. Patet igitur si vniuersales sumantur hac in figura termini quando erit ratiocinatio: & quando non erit. Et item si ratiocinatio est: necesse est terminos ita sese habere quemadmodum diximus. Et si termini ita sese habent vti diximus: continuo ratiocinationem constare. At si terminorũ alter sit vniuersalis, alter particularis ad alterum: quãdo uniuersale quidem versus maius extremum collocatur aut negatiuum, aut affirmatiuum: particulare autem affirmatiuum versus extremum ponitur minus, necesse est tunc ratiocinationem esse perfectam. Quando vero uniuersale uersus extremum ponitur minus, aut aliter termini quam diximus dispo-

nũtur: fieri non potest ut ratiocinatio constet. Atq; maius extremum id vocito in quo medium ipsum est. Minus autem id quod sub medio collocatur. Nam. A. quidem omni. B. competit. B. autem insit alicui. C. Si igitur id est de quolibet prædicari quod in principio diximus: necesse est. A. cuipiam competere. C. Rursus si. A. quidem nulli. B. cõpetit. B. uero cuipiam insit C. necesse est. A. cuipiam. C. nõ inesse. Nã definitum est etiam quomodo de nullo dicimus quippiam prædicari. Quare ratiocinatio erit perfecta. Idẽ eueniet semper etsi indefinitum. B. C. sumatur, sit modo affirmatiuũ: nã eadem erit ratiocinatio semper, siue indefinitũ siue particulare sumatur. Sed si uersus extremũ minus, uniuersale positũ fuerit affirmatiuũ, uel negatiuũ: ratiocinatio profecto nõ erit, siue affirmatiuũ, siue negatiuũ ipsum particulare, aut indefinitũ sumatur: ueluti si A. quidem, cuipiam insit aut nõ insit B. Ipsum autẽ B. competat omni C. Termini essendi, Bonũ, Habitus, atq; prudẽtia. Nõ essendi, Bonũ, Habitus, in scientiaq; sumãtur. Rursus si B. quidẽ nulli C. cõpetet at A. vero cuipiã B, insit, aut nõ insit aũt nõ õni cõpetat B. Nulla prorsus hoc etiã pacto ratiocinatio erit. Termini essendi, albũ, equus, olor: nõ essendi, albũ, equus coruus q; sumantur. Idem sint. Termini et si idem a. b. indefinitum sumatur. Atqui neq; cũ id quidẽ interuallũ quod est uersus maius extremum uniuersale, est aut negatiuum aut affirmatiuum: id autem quod est uersus minus extremum negatiuum est particulare aut indefinitum ratiocinatio sane non constabit. Seu si A. quidem omni competat B. ipsum autem B. cuipiam non insit aut non competat C. cui nanque medium

cuipiam

cuipiam non inest: ei nimirum & omni & nulli competet primum. Subijciantur enim hi. Termini animal homo albũ. Deinde sumantur alba de quibus homo non prędicatur, nix inquam & olor. Animal igitur de altero quidem dicitur omni de altero uero nullo prædicatur ut patet: quare ratiocinatio sane non erit. Rursus A. quidem nulli B. competat B. uero cuipiam nõ insit C. atq; termini sint in animatũ homo ac albũ: deinde sumãtur alba de quibus homo non prædicatur, nix atq; olor. Inanimatũ igitur de altero quidẽ dicitur õni: de altero uero nullo prędicatur ut patet. Præterea cum hoc indefinitũ sit B. inquã cuipiã C. non inesse: uerũq; sit & si nulli competat & si nõ omni insit: qđ alicui nõ cõpetit: sumptis eiusmodi terminis ut B. nulli competat C. ratiocinatio sane nõ fit. Hoc enim antea dictũ est. Patet igitur si ita sese habeãt termini, non fieri ratiocinationẽ: nam si esset & in ijs esset profecto. Similiter autẽ demonstrabitur & si uniuersale negatiuum ponatur. At uero nullo pacto etiam ratiocinatio fuerit: si utraq; interualla particularia aut affirmatiua aut negatiua: aut alterum affirmatiuum alterum negatiuum: aut alterũ indefinitum alterũ definitũ: aut vtraq; indefinita fuerint sumpta, termini aũt cõmunes õniũ essendi quidẽ animal albũ equus. Nõ essendi autẽ animal albũ lapisq; sumãtur. Patet igitur ex hisce quæ diximus: si in hac figura particularis sit ratiocinatio, ita necessario dispositos esse terminos uti diximus. Etsi ita sese habeãt termini necessario fieri ratiocinationẽ: nã si aliter sese habeant nullo pacto fit ratiocinatio. Patet etiã vniuersas ratiocinationes huiusce figuræ perfectas esse. Omnes enim ꝑ ea quæ in initio sunt sumpta perficiũtur. Perspicuũ

insuper

secundū. propositiones quæ de quibus est dubitatio probari per hanc figurā.

quæ proponūtur, per hanc ostendi figuram: quippe cum & ōni, & nulli & alicui, atque nō omni quippiam competere per hāc vt patuit ostendatur: appello autem talem figuram primam.

De secunda ratiocinationis figura. Cap. V.

CVm autem idem alteri quidem omni, alteri vero nulli, uel utrique omni vel nulli competit: talem quidem figurā appello secundā. Atque medium quidem id in ipsa dico quod de vtrisque dicitur. Extrema autem ea de quibus hoc prædicatur. Maius item extremū id nūcupo quod prope medium collocatur. Minus aūt id quod remotius â medio ponitur. Atq; ipsum mediū extra quidē extrema ponitur. Est tamē primū positiōe. Atque perfecta quidē ratiocinatio nō erit hac in figura, erit tamē potētia: terminis tam vniuersalibus quā nō vniuersalibus sumptis. Si igitur vniuersales sint termini, atque mediū ipsum alteri quidē omni, alteri aūt nulli cōpetat: erit ratiocinatio sane, siue versus maius siue minus extremū positū fuerit negatiuum: alto autem modo fore non potest. Nam. L. de nullo quidem M. de omni uero. N. prædicetur. Cum igitur negatiuū simpliciter conuertatur M, ipsum profecto nulli cōpeteret L. At L. ōni N. inesse supponebatur. Quare M. nulli ꝓfecto cōpetet N. hoc enim prius est demōstratum. Rursus si L. omni quidem competat M. nulli autem insit N, ipsum etiam M. nulli profecto competet N. Nā si L. nulli cōpetit N. & N. etiam nulli competet L. At L. omni M. inesse supponebatur. Quare N. nulli competet M. Rursus enim prima figura est facta. Sed cum negatiuum simpliciter conuertatur, M. etiam nulli competet N. Quare erit eadē ratiocinatio sane.

Licet

Licet etiam hos modos ostendere deducendo ad id quod fieri minime potest. Patet igitur cum ita sese habent termini, fieri quidē ratiocinationem: sed non perfectam, nō enim solum ex hisce quę initio sumpta sunt: sed ex alijs etiam ipsum efficitur necessarium vt luce clarius extat. At si ipsum L de quolibet M atque N prædicetur, ratiocinatio sane non erit. Termini essendi, substantia, animal, homo: non essendi, substantia, animal numerusq; sumātur: atque substantia in medio collocetur. Neque enim ratiocinatio porro constabit: si L de nullo M & de nullo N prædicatur: termini essendi linea animal, homo: non essendi linea animal lapisq; sumantur: atq; linea medium occupet locum. Patet igitur si in hac figura sit ex vniuersalibus terminis ratiocinatio, necessarium esse sic sese habere terminos vt in principio diximus: nā si alio disponantur pacto, non efficitur vt patuit necessaria conclusio. Sin vero medium ipsum ad alterum extremorū sumatur vniuersaliter, cum versus quidē maius extremū ipsum collocatur vniuersale, aut negatiuum aut affirmatiuum: versus autem minus particulare atq; opposito modo sumitur, necesse est tunc ratiocinationem negatiuam particularēq; stare. Dico autē opposito modo hoc pacto, vt si vniuersale sit negatiuū, particulare sumatur affirmatiuum: & si affirmatiuum sit illud, particulare negatiuum sumatur: nam si L nulli quidem M, alicui vero competat N, necesse est ipsum M non omni competere N. Nam cum negatiuum vt diximus conuertatur M sane nulli competet L, at ipsum L capiam N inesse supponebatur: quare M non omni cōpetet N. Fit enim ratiocinatio per figurā primā, vt patet. Rursus si L omni quidem M insit: alicui

ve-

verò non competat N, necesse est M, cuipiam N, non inesse nam si omni competat, & L prædicabitur de omni M, necesse est L ipsum omni competere M, At alicui non inesse supponebatur. Atsi L omni N quidem competat, non omni autem insit M non erit ratiocinatio sane. Atq; termini quidem essendi animal, substãtia, coruus: nõ essẽdi vero, animal, albũ, coruusq; sumantur. Nec item, si, L de nullo quidem N. de aliquo vero M prædicetur. Termini essendi, animal, substantia, vnitas: nõ essendi, animal, substantia, scientiaque sumantur. Cum igitur vniuersale ac particulare opposito sumuntur modo, dictum est quando erit ratiocinatio, & quando non erit ratiocinatio. Cum autẽ propositiones qualitatis eiusdẽ, aut negatiuæ ãbę aut affirmatiuæ sumuntur: nullo pacto ratiocinatio fieri potest: Si enĩ primo negatiua ambæ: atque vniuersale versus extremum maius ponatur, seu L. nulli quidem M competat: alicui vero non insit N. Fit igitur vt M, omni atque nulli competat N. Termini non essendi, nigrũ, nix, animal sumantur. Termini autem essendi sumi non possunt si L cuipiam quidem insit: cuipiam vero non competat N. nam si M quidem omni competat N. ipsum autem L nulli competat M ipsum L profecto nulli competet N. At alicui inesse supponebatur. Hoc igitur pacto fieri nequit vt termini essendi sumãtur: sed ex indefinito est ostendẽdum: nam cũ verũ sit L. cuipiam non cõpetere N. si nulli etiam insit atq; cum nulli competit, ratiocinatio fieri nequeat, vt antea patuit: perspicuum est neque nunc ratiocinationem constare posse. Rursus sint ambę positiones affirmatiuę, & vniuersale similiter collocetur: veluti L omni quidẽ M alicui vero cõpetat N.

x particulari.

fit

sit igitur vt M, & omni, & nulli competat, N, atq; termini non essendi album olor lapisq; sint. Essendi vero sumi nõ possunt ob eandem causam sane quam paulo ante diximus. At si vniuersale versus extremum minus ponatur: atq; L, nulli quidem, N, non omni autem insit, M: fit vt ipsum, M, & omni, et nulli competat, N, termini essendi album animal coruus: non essendi album, lapis coruusq; sumantur. Sin vero ambæ propositiones affirmatiuæ sumantur, fit sane similiter, vt ipsum, M, & omni & nulli competat, N, termini non essendi. Albũ animal nix. essendi album animal olorq; sumatur. Patet igitur nullo pacto fieri ratiocinationem si propositiones sint vniformes atq; altera vniuersalis, altera particularis sumatur. at neq; si cuipiã vtriq; mediũ competat, aut non cõpetat, aut alteri insit, alteri nõ insit: aut vtrique non omni aut indefinite, vel insit, vel non insit ratiocinatio, vnquam constabit. Termini communes omniũm essendi quidem album animal homo, non essendi autẽ album animal inanimatumq; sumuntur. Patet igitur ex hisce quæ dicta sunt ratiocinationem necessario fieri: si termini sic se habeant quẽadmodum diximus, & si ratiocinatio sit: ita terminos inter sese dispositos esse quemadmodũ eos nos collocauimus Perspicuum etiam est omnes ratiocinationes, quæ hac in figura conficiuntur, imperfectas esse: vniuersæ nanq; sumptis quibusdã perficiuntur quæ quidem aut in terminis ipsis necessario insunt, aut vt suppositiones ponuntur: veluti cum demostrauimus deducendo ad id quod fieri nequit. Patet insuper nullam prorsus hac in figura fieri ratiocinationem affirmatiuam: sed omnes tam vniuersales quam particulares extrui negatiuas.

De

## De tertia ratiocinationis figura. Cap. VI.

ET si eidem alterum omni alterum nulli aut vtrumque vel nulli vel omni competat: figuram quidem talem tertiam nuncupo. Medium autem in ipsa id dico de quo vtraque prędicantatur. Extrema vero ea quæ prædicantur. Atque minus extremum id vocito quod â medio longius distat. Minus autem id quod est eidem magis propinquum. Ipsum vero medium extra quidē extrema ponitur: positione tamen est vltimum. Atqui profecta quidē neq; hac in figura fit ratiocinatio, erit tamen potentia terminis tā vniuersalibus quam non vni vniuersalibus ad medium sumptis. Terminis igitur vniuersaliter sumptis cum R, atq; S, omni T, competunt: necessario tum ipsum R, alicui competet, S, nā cum conuertatur, affirmatiuū. T cuipiā competet S. Quare cum, R. quidem omni T insit: ipsū aūt T: cuipiā cōpetat S. necesse est ipsum R, alicui cōpetere S fit enī vt patet ratiocinatio p primā figurā. Licet ēt demōstrationem eiusdem facere, ducendo ad id quod fieri nequit. Insuper designatione hoc pacto: nam cum vtrumq; omni competat T. si quippiam sumatur ipsorū T, seu P, huic profecto, & R, & S, competent: quare ipsum R, cuipiam competet S. Rursus si R, quidem nulli T, competat: S autem omni eidem insit: erit necessario ratiocinatio qua R, non omni S. competere cōcluditur idem nanq; demonstratiōis erit vtiq; modus, si S, T, propositio conuertatur. Deducendo etiam ad id quod fieri non potest hic demonstrabitur modus: perinde vt & præcedens est demōstratus. At si S, quidem nulli T, competit. R, auem omni eidē insit: non erit ratiocinatio sanè. Termini essendi, animal, equus, homo,

homo: non essendi, animal, inanimatum, homoque sumantur. Neq; cum vtrũq; de nullo T, prædicatur, ratiocinatio fiet. Termini essendi animal, equus, inanimatũ: non essendi, homo equus, inanimatum, sumantur: atque inanimatum in medio collocetur. Patet igitur hac etiam in figura, si vniuersales sumantur termini quando erit ratiocinatio, & quando non erit. Nam cũ vtriq; termini affirmatiui ponuntur: erit ratiocinatio sane: atque extremum extremo cuipiam competere concludetur. Sed cum vterque terminorũ sumitur negatiuus, non erit: cum alter tamen est negatiuus, alter affirmatiuus, si maior quidem sit negatiuus, minor vero affirmatiuus, erit vtique ratiocinatio. atque extremũ extremo non omni competere concludetur. Si vero ecõtra ponãtur, non erit: vt demonstrauimus. At vero si alter sit vniuersalis ad medium, alter particularis: si vterque quidẽ affirmatiuus sumatur, necesse est ratiocinationem fieri: siue maior sit, siue minor vniuersalis. Nam si S. quidem omni T, competat, R autẽ cuipiam insit eidem necesse est ipsum R, competere cuipiam S. cum enim affirmatiuum vt diximus conuertatur, ipsum T, sane cuipiam competet R, quare cum S, quidem omni T, competat: ipsum autem T, cuipiam insit R, ipsum S, profecto cuipiam competet R, quare & ipsum R, cuipiam competet S. Licet etiam demonstrare ratiocinationem eandem deducendo ad impossibile, vti præcedentes ratiocinationes demonstrabantur. Insuper designatione: perinde atque antea fecimus. Rursus si S, quidem cuipiam insit T, ipsum autem R omni eidem competat, necesse est R cuipiam competere S, erit enim idem demonstrationis profecto modus. Licet etiam demonstrationẽ

huiusce

huiusce facere modi deducendo ad id quod fieri nequit: perinde atq; prçcedentes ratiocinationes demonstrabantur. Et item designationes perinde atque antea fecimus. At si alter affirmatiuus sumatur, & sit affirmatiuus ipse vniuersalis: dũ minor quidem affirmatiuus est erit ratiocinatio sane: nam si, S. quidẽ õni competat, T. ipsum autem R, cuipiam non sit eidem: necesse est ipsum R. nõ omni competere S, nam si omni competet & S. omni competet. T, ipsum etiã, R. profecto omni cõpetet. T, At cuipiam non ineße supponebatur. Ostenditur atuẽ & prçter deductionem: si quippiam ipsorum. T, sumatur cui non competit ipsum, R. Sed cum maior terminus est affirmatiuus, minor vero particularis negatiuus, non erit ratiocinatio sane veluti si, R. quidem omni competat, T. ipsum autem. S, cuipiam non sit eidem: termini eßendi sint animatum homo ac animal. Non eßendi vero sumi non poßunt: si: S, cuipiam insit T, cuipiã autem non: nam si, R. quidem nulli competat: S. ipsum autem, S, cuipiam insit, T, ipsum profecto. R, cuipiam non competet T. at omni ineße suppõebatur. Prçterea si, R, quidẽ omni T, competit: ipsum autem, S, cuipiã inest eidẽ, ipsum, R, profecto cuipiam compet S, at nulli ineße supponebatur. Sed agendum est vt antea fecimus: nam cum sit indefinitum cuipiam non ineße: & id quod nulli competit vere dicere liceat cuipiã non ineße. Si verò nulli insit ratiocinatio, non constet vt antea patuit. At si terminorum vniuersalis quidem sit negatiuus particularis vero affirmatiuus: cum maior quidẽ est negatiuus, minor vero affirmatiuus, erit ratiocinatio sane: nam si R, quidem nulli T, competat. S autem cuipiã insit eidem: ipsum, R, profecto

fecto cuipiam non competit S. erit enim rursus prima figura. S.T. propositione conuersa. Sed cũ minor est negatiuus, nõ est ratiocinatio sane. Termini essendi animal, coruus, album. Non essendi animal scientia ac album sumatur, atq; album medium fit vtrorunq;. Nec etiam cum vterq; ponitur negatiuus: atq; alter est vniuersalis, alter particularis. Termini cũ minor est uniuersalis ad medium non essendi quidem animal scientia album. Essendi uero animal coruus albumq; sumatur. Sed cum maior est uniuersalis minor uero particularis: nõ essendi quidem coruus, nix, albumq; sumatur. Essendi vero sumi non possunt: si S. cuipiam insit T. cuipiam non insit. Nam si R. quidem omni competat S. ipsum autem S. cuipiam insit T. ipsum R, profecto cuipiam competet T. at nulli inesse supponebatur, sed ex indefinito demonstrandũ est. At vero neque si vterque cuipiã insit ipsi medio, aut non insit: aut alter cuipiam alter non omni competat, aut indefinite ratiocinatio vllo pacto efficietur. Termini, communes omnium animal homo album. Non essendi autem animal inanimatum albumq; sumatur Patet igitur & hac in figura quando erit ratiocinatio & quando non erit, & si ita sese habeant termini quemadmodũ diximus ratiocinationẽ fieri necessario, etsi ratiocinatio sit terminos necessario ita esse dispositos. Patet etiã & huiusce figuræ ratiocinationes õnes imperfectas esse: nam vniuersæ assumptis quibusdam perficiũtur, Ei insuper fieri non posse quo per hãc figuram uniuersalis vnquam aut affirmatiua, aut negatiua conclusio inferatur.

aut loco particularium sumãtur vlium.

## De tribus figuris & indirectis syllogismis ad inuicem. Cap. VII.

EX his etiam quæ dicta sunt patet omnibus in figuris cũ non fit ratiocinatio, affirmatiuis scilicet, aut negatiuis vtrisque terminis & particularibus sumptis, nullum penitus fieri necessarium. Sumpto vero affirmatiuo ac negatiuo, si negatiuus sumatur vniuersalis extremi minoris ad maiorem ratiocinationem fieri semper, veluti si A quidem omni B, aut cuipiam insit: B vero nulli competat C. Nam si conuertantur propositiones, necesse est ipsum C cuipiam A non inesse. Similiter & in cæteris figuris: semper enim per conuersionem fit ratiocinatio. Patet etiam indefinitam propositionem eandem ommbus figuris ratiocinationem efficere, positam loco particularis affirmatiuæ. Patet insuper ratiocinationes imperfectas omnes per figuram perfici primam: vniuersæ enim autre cta demonstratione, aut deductione ad id quod fieri nequit perficiuntur. At vroque modo prima fit plane figura. Nam si recta perficiuntur demonstratione vniuersæ perficiuntur conuersione: conuersio vero figuram primam efficiebat: sin vero demõstratur deductione ad id quod fieri nequit falso posito ratiocinatio fit per primam figuram velut vltimain figura. Si A & B omni competant C ipsum A cuipiam competit B nam si A nulli competet B, ipsum autem B ommi C inest. A nulli competet C. At omni inesse supponebatur: idem & in cęteris fiet. At vero licet vniuersas ratiocinationes: ad vniuersales primæ figuræ ratiocinationes reducere: patet enim per illas secundæ ratiocinationes, figuræ perfici: quanquam non similiter omnes perficiuntur: sed vniuersales quidem negatiua conuersa: vtraque vero particularium deductione ad id quod fieri nequit.

At

At particulares ratiocinationes primæ figuræ, & per se quidem ipsas perficiuntur. Licet autem ipsas & per secundam figuram ostendere, deducendo ad id quod fieri nequit, veluti si A quidem omni B competat: B vero cuipiam insit C. ipsum A, sane cuipiam competet C, nam si nulli competet & inest cuilibet B, ipsum profecto B, nulli competet C. Hoc enim fit per secundam figuram. Similis erit demonstratio ratiocinatione etiam negatiua, nam si A, quidem nulli B competat, B vero cuipiam insit C. ipsum A, profecto cuipiam non competet C, nam si ipsi quidem competet omni, nulli autem inest B, ipsum B profecto nulli competit C, at hoc erat media sane figura. Quæ cum ita sint cum vniuersæ quidem ratiocinationes figuræ mediæ ad vniuersales ratiocinationes figuræ primæ reducantur, particulares vero ipsius primæ figuræ, ad ratiocinationes figuræ mediæ reducãtur. Patet particulares quoq; primæ figuræ ratiocinationes ad vniuersales eiusdem figuræ ratiocinationes reduci. Figuræ vero tertiæ ratiocinatiões si vniuersales quidẽ sint termini per uniuersales cõtinuo ratiocinatones primæ figuræ perficiuntur, sin vero particulares sumãtur per ratiocinationes ad illas iam sunt particulares, quæ sunt in prima figura, istæ autẽ reductæ. Quare & ratiocinationes particulares figuræ tertiæ, ad easdem vtique reducuntur. Patet igitur õnes ratiocinationes ad vniuersales ratiocinationes figuræ primæ reduci. Ratiocinationum igitur hæ quæ demonstrant esse atque non esse: dictæ sunt quomodo sese habent, & per se ipsas quæ sunt ex eadem figura: & inter sese quæ sunt ex diuersis figuris.

## De syllogismis ex necessario in tribus figuris. Cap. VIII.

QVoniã autẽ diuersum est inesse, et ex necessitate inesse, & contingere inesse (multa enim insunt quidem, nõ ex necessitate tamen, alia uero neq; ex necessitate, neque insunt omnino, contingunt aũt inesse (Manifestũ quod & syllogismus vniuscuiusq; horũ diuersus erit: & nõ similiter se habẽtibus terminis: sed hic quidẽ ex necessarijs, ille uero ex inexistẽtibus, ille aũt ex contingentibus. In necessarijs quidẽ igitur ferme similiter se habet & in his, quę insunt: eodẽ enim modo positis terminis et in ijs quę insunt, & in ijs quę ex necessitate insunt vel nõ insunt, erit & nõ erit syllogismus: pręterquã quòd differẽt in eo, quòd adiacet terminis ex necessitate inesse, uel nõ inesse nanq; & priuatiuũ similiter conuertitur, & in toto esse, & de õmi similiter assignabimus: in alijs igitur eodẽ pacto ostendetur per conuersionẽ, quòd conclusio est necessaria: quemadmodũ in eo, quod est inesse. In media autem figura quando fuerit vniuersale affirmatiuum: particulare uero priuatiuum & rursum in tertia, quando vniuersale quidem prædicatiuum, particulare uero priuatiuum non similiter erit demonstratio: sed necesse est exponentes, cui alicui vtrumq; non inest, de hoc facere syllogismum: erit enim necessarium, & in his: si autem de exposito necessario est, & de illo quodã: nam hoc quod est expositum ipsum quidem illud aliquid est: fit autem vterque syllogismorum in propria figura.

## De mixtis ex vna necessaria, & altera absoluta in prima figura. Caput. IX.

CONtingit autem quandoque & altera propositione necessaria existente, necessarium fieri syllogismum, verumtamen nõ vtralibet, sed quæ ad maius extremũ: vt si a, quidem sumptum est, inesse ipsi b ex necessitate, aut non inesse: b, vero ipsi c, inesse solum: sic enim sumptis propositionibus ex necessitate a, inerit ipsi c, aut non inerit. Quoniam enim omni b, ex necessitate inest aut non inest a: ipsum vero c, aliquid est eorum quæ sunt b, manifestum quod, & c, ipsi ex necessitate erit horum alterum. Si autem a, b, quidem non est necessarium b: c vero necessarium, non erit conclusio necessaria: nam si est continget a, b, alicui inesse ex necessitate, & per primam & per tertiam figuram, sed hoc falsum. Contingit enim b, tale esse, cui nulli accidit inesse a. Præterea & ex terminis palam, quôd non erit conclusio necessaria: vt si a, quidem sit motus, b, autem animal, in quo autem c, homo: namque homo animal ex necessitate est: verum mouetur animal non ex necessitate: neque homo: similiter autem & si priuatiuum, sit a, b, eadem enim demonstratio. In syllogismis vero qui in parte si quod vniuersaliter quidem est necessarium, & conclusio erit necessaria: si autem quod in parte non necessarium, neq; priuatiua neque prædicatiua, existente vniuersaliter propositione. Si autem primo vniuersaliter necessaria, & a, quidẽ omni b, insit ex necessitate, b, vero alicui c, solum insit: necesse vnq; a, alicui c, inesse ex necessitate: nam c, sub b est: b vero õni a, inerat ex necessitate. Similiter autẽ & si priuatiuus sit syllogismus: eadem enim erit demõstratio, si autem quod secundũ partem est necessarium, non erit conclusio necessaria: nullum enim impossibile

euenit, quẽadmodum neq; in uniuersaliter syllogismis. Similiter autem & in priuatiuis. Termini, motus, animal, album.

## De mixtis ex una necessaria & altera absoluta in secunda figura. Cap. X.

IN secunda autem figura si priuatiua quidem propositio est necessaria: & conclusio erit necessaria: si vero prædicatiua, non necessaria. Sit enim primum priuatiua necessaria, & a, nulli contingat b, ipsi vero c, solum insit: quoniam itaque conuertitur priuatiuum, & b, nulli a contingit, a uero omni inest, quare nulli c, contingit b, namque c sub a, est. Similiter autem & si ad c, ponatur priuatiuum: nam si a, nulli c, contingit, & c, nulli a, continget, a vero omni inest b, quare nulli b, contingit c, fit enim prima figura rursus, non igitur neque b, ipsi c, conuertitur enim similiter. Si autẽ prædicatiua propositio est necessaria, non erit conclusio necessaria: insit enim a, omni b, ex necessitate, c, vero nulli insit solum. Conuerso itaque priuatiuo prima efficitur figura: ostensum est autem in prima, quòd non necessaria existente priuatiua, quæ ad maius, neque conclusio est necessaria: quare nec in his erit ex necessitate. Præterea si conclusio est necessaria, contingit c, alicui a, non inesse ex necessitate. Si enim b, nulli c, inest ex necessitate, neque c, nulli b, inerit ex necessitate, ipsum uero b, alicui a necesse est inesse: si quidem & a, õni b, ex necessitate inerat: quare & c, necesse est alicui a, non inesse, sed nihil prohibet a, huiusmodi accipere, cui omni c, ipsum contingit inesse. Præterea & terminos exponentẽ monstrare liceret, quòd cõclusio nõ est simpliciter necessaria, sed his existẽtibus necessarijs, ut sit a animal: b homo: c vero album: & pro-

positio-

positiones similiter sint acceptę. Cõtingit enim animal nulli albo inesse, & homo vtiq; nulli inerit albo, sed non ex necessitate, contingit enim hominem fieri album, non tamẽ donec animal nulli insit albo. Quare his quidem existentibus, necessaria erit conclusio, simpliciter autem non necessaria. Similiter autem se habebit & in syllogismis in parte: quum enim priuatiua propositio & vniuersaliter fuerit et necessaria, & cõclusio erit necessaria: quando autem prædicatiua & uniuersaliter fuerit & necessaria, priuatiua autem secundum partem non necessaria, non erit conclusio necessaria. Si enim primum priuatiua & vniuersaliter necessaria, & a, nulli b, contingat inesse, alicui vero c, insit. Quoniam itaq; conuertitur priuatiuum, & b, nulli a, continget inesse, a vero alicui c, inest: quare ex necessitate b, alicui c, non inerit. Rursus sit prædicatiua vniuersaliter & necessaria, & ponatur ad b, prædicatiuum, si itaq; a, omni b, ex necessitate inest: c, vero alicui non inest. Quòd itaque non inerit b, alicui c, manifestum. Sed non ex necessitate: ijdem namque termini erũt ad demonstrationem, qui & in uniuersalibus syllogismis, sed neque si priuatiuum necessariũ acceptum sit in parte, est conclusio necessaria, nam per eosdem terminos, demonstratio.

## De mixtis ex altera necessaria & altera de inesse in tertia figura. Cap. XI.

IN postrema autem figura, vniuersalibus quidem existentibus terminis ad medium, & ambæ propositiones prædicatiuæ, si vterlibet necessarius existat, & conclusio erit necessaria. Si autem hoc quidem prædicatiuum, illud vero priuatiuum sit, quando priuatiuum quidem fuerit

 necessa-

necessarium,& conclusio erit necessaria, quando autem prædicatiuum,non erit necessaria. Sint enim primum ambæ prædicatiuæ propositiones,& a,& b,omni c,insint,necessariũ vero sit a,c. Quoniam igitur b,omni c,ineſt,& c,alicui b,interit: eo quod uniuersale secundũ partẽ conuertitur: quare si omni c, ineſt a,ex necessitate,& c,alicui b,necessariũ eſt a,alicui b,ineſſe:nam b,ſub c,eſt. Fit igitur rursus prima figura. Consimiliter ostendetur,& ſi b c,eſt necessariũ,conuertitur enim c,cũ aliquo a:quare ſi õni c,b,ex necessitate ineſt,& a,alicui b,inerit ex necessitate. Rursum ſit a,c,quidẽ priuatiuum b,c,vero affirmatiuũ,priuatiuũ aũt necessariũ. Quoniã igitur cõuertitur affirmatiuũ,inerit c,alicui b,a,vero nulli c,ex necessitate:neq; b,alicui inerit a,ex necessitate nã b,ſub c,eſt. Si aũt ſit prçdicatiuũ necessarium,non erit concluſio neceſſaria. Sit enim b,c, prçdicatiuũ & necessarium a,c,vero priuatiuum,& non necessarium,quoniam igitur conuertitur affirmatiuum,inerit & c,alicui b,ex necessitate. Quare ſi a,nulli c,c,vero alicui b,a,alicui b,non inerit,ſed nõ ex necessitate ostenſũ eſt enim in prima figura,quod priuatiua propositione nõ necessaria exiſtente,neq; concluſio erit neceſſaria. Amplius per terminos planũ fieri poſſet. Sit enĩ a,bonũ:b, animal c, vero equus,cõtingit igitur bonũ nulli equo ineſſe, animal aũt necesse omni equo ineſſe,ſed nõ necesse aliquod animal nõ eſſe bonũ,ſi quidẽ contingit õne bonũ eſſe. Sin autem nõ hoc poſsibile,ſed vigilare aut dormire terminũ ponẽdũ:omne nãque animal horũ eſt ſuſceptiuum. Si igitur termini vniuerſaliter ad medium ſint,dictum eſt,quando erit concluſio neceſſaria. Si vero hic quidem vniuerſaliter, ille autem in parte utrisque

prædi-

prædicatiuis existentibus, si vniuersale fit necessariũ & conclusio erit necessaria. Demõstratio vero eadẽ, quę & prius, cõuertitur enim & prædicatiuũ in parte. Si itaq; necesse est b, õni c inesse, a vero sub c est, necesse est b alicui a inesse, sed si b, alicui a, & a, alicui b, inesse necessarium, cõuertitur enim. Similiter & si a c sit necessarium vniuersaliter existens, nam b, sub c est. Si vero quod in parte necessarium est, non erit conclusio necessaria sit enim b c in parte & necessarium, a vero omni c insit, non tamen ex necessitate, conuerso igitur b c prima efficitur figura & vniuersalis quidẽ propositio non necessaria, quæ autem in parte necessaria, sed cum ita se habeant propositiones, non erat conclusio necessaria, quare nec in his. Amplius & ex terminis manifestũ. sit enim a quidem vigilatio b bipes, in quo autem c animal. b igitur alicui c necesse est inesse, a vero õni c contingit, & a ipsi b non necessarium non enĩ necesse est aliquẽ bipedẽ dormire vel vigilare. Similiter autẽ & eosdẽ terminos ostẽdetur et si a c sit in parte & necessariũ. Si vero hic quidẽ terminorũ sit prædicatiuus ille autẽ priuatiuus, quando vniuersale priuatiuũ sit & necessariũ, & conclusio erit necessaria, si enim a nulli c ex necessitate contingit, b vero alicui c inest, necesse est a alicui b nõ inesse. quando autẽ affirmatiuum necessarium positum sit vniuersaliter existens, aut in parte, aut priuatiuum secundum partem, non erit conclusio necessaria, sed ala quidem eadẽ, quæ & in prioribus, dicemus, termini vero quando sit vniuersale prædicatiuum necessarium, vigilatio, animal, homo: medium homo quando autem in parte prædicatiuum sit necessarium, vigilatio, animal, album, necesse namque est animal alicui albo inesse, vigilatio autem con-

tingat

tingat nulli, & non necesse alicui animali non inesse vigilationẽ. sed quando priuatiuum in parte existens, necessarium sit bipes, motum, animal medium animal. Planum itaque quod inexistẽdi syllogismus non est, nisi vtrǫ; sint propositiones inexistentes: sed necessarij est, & cum altera solum sit necessaria. In vtrisque vero & cum prædicatiui & cum priuatiui syllogismi sint, necesse alteram propositionem similem esse conclusioni: dico autem similẽ si inexistens inexistentẽ: si autẽ necessaria, necessariã: quare & hoc manifestũ, quòd non poterit conclusio aut necessaria, aut inexistens esse, nisi accipiatur necessaria, aut inexistens propositio. De necessario itaq; quomodo fit, & quam habet ad existens differentiam, dictum est quasi sufficienter.

## De contingenti non necessario. Cap. XII.

DE contingenti vero post hæc dicamus, quando, & quomodo, & per quæ erit syllogismus. Dico autem contingere, & contingens, quod quum non sit necessarium, si tamen ponatur inesse, nihil erit propter hoc impossibile: nanque necessarium ęquiuoce contingere dicimus. Quòd autem hoc est contingẽs, manifestum & ex negationibus & affirmationibus oppositis nã non cõtingit inesse, & impossibile inesse, & necesse nõ inesse, aut eadẽ sunt, aut consequentia se inuicem: quare & opposita his cõtingit esse, & non impossibile esse, & non necesse non esse, aut eadem sunt, aut consequentia se inuicem: de omni enim affirmatio aut negatio: erit igitur contingens non necessarium, & non necessarium contingens. Accidit autem omnes, quę secundum contingens sunt propositiones, conuerti inter se: dico autem non affirmatiuas cũ negatiuis, sed quæcunq; affirmatiuam habẽt figurã

secundum

secundum oppositionem, vt contingere inesse cum eo quod est contingere nõ inesse, & omni contingere cum eo quod est nulli cõtingere, & non omni, & alicui, cum eo, quod est, alicui non. Eodẽ autem modo & in alijs. Quoniam enim quod est contingens nõ est necessarium: non necessarium vero possibile est non inesse, planum quod si contingit a inesse b c ontingit & non inesse, etsi õni contingit inesse, & omni contingit non inesse. Similiter autẽ, & in affirmationibus, in parte nanq; eadem demonstratio, verum tales propositiones affirmatiuę sunt & non priuatiuæ, contingit enim ad similitudinem ipsius esse ordinatur, quemadmodum dictum est prius. Determinatis vero his, rursus dicamus, quod contingere secundum binos dicimus modos: vno quidem quòd vt plurimum fit, & deficit necessarium, vt canescere hominem vel augeri aut minui: vel omnino quod aptum natum est esse: hoc enim non continuum quidem habet necessarium: eo quòd non semper est homo: existente tamen homine aut ex necessitate aut vt in pluribus est. Aliud autem indefinitum: quod & sic et non sic possibile: vt ambulare animal, aut ambulante motum terræ fieri, aut omnino quod à fortuna fit, nihil enim magis sic aptum est natum, quàm incontrarium. Cõuertitur itaq; & secũdum oppositas propositiones vtrumq; contingentium: non tamen eodem modo, sed quod natum est esse ei, quod est, non ex necessitate inesse: sic enim contingit nõ canescere hominem: indefinitũ autem ei, quod est nihil magis sic, quàm illo modo: scientia vero ac syllogismus demonstratiuus de ipsis quidem infinitis non est, eo quòd inordinatum est medium: de apte vero natis est: & fere rationes & considerationes fiunt de sic contingentibus: de

illis

illis autem accidit quidem fieri syllogismum, non tamen consueuerunt quæri. Hæc igitur magis determinabuntur in sequẽtibus. Sed nunc dicamus quando, & quomodo & quis erit syllogismus, ex contingentibus propositionibus. Quoniã autẽ contingere hoc huic inesse dupliciter est accipere: aut enim cui inest hoc, aut cui cõtingit ipsum inesse, a, nãq; contingere de quo b, horum alterũ significat: aut de quo dicitur b, aut de quo contingit dici: de quo autem b, a, contingere, aut omni b, possibile inesse a, nihil differt. Manifestũ igitur quod bifariam dici posset a, cõtingere omni b, inesse. Primum igitur dicamus, si de quo c, contingit b, & de quo b, contingit a, quis erit, & qualis syllogismus: sic enim & propositiones utræque sumuntur secundum cõtingere: quum vero de quo b, inest a, contingat: illa quidẽ inexistẽs, illa autem contingens. Quare ab ijs, quæ consimilis sunt figuræ incipiendum, quemadmodum & in alijs.

## De syllogismis ex ambabus contingentibus in prima figura. Cap. XIII.

QVando itaque a, omni contingat b, & b, omni c, erit syllogismus perfectus: quòd a, omni c, contingit inesse. Hoc autem manifestum ex definitione: contingere namq; omni inesse sic dicebamus. Similiter autem & si a, quidem contingit nulli b, b, vero contingit omni c, quod a, contingit nulli c. Nam de quo b, contingit a, non contingere, hoc erat nullum omittere contingentiũ, quæ sub b, Quũ vero a, omni b, cõtingat: b, vero nulli contingat c: per sumptas quidẽ propositiones nullus fit syllogismus. Conuersa autem b, c, secundũ contingere idẽ erit, qui prius: nã quoniam contingit b, nulli c, inesse, contingit & omni

omni ineſſe. Hoc autem dictũ eſt prius, quare ſi b quidẽ omni c, a vero omni b, rurſus idẽ efficietur ſyllogiſmus. Cõſimiliter & ſi alvtraſq; propoſitiones negatio ponatur eũ eo, quod eſt cõtingere: dico aũt ut ſi a, nulli cõtingit b, & b nulli c, per ſumptas enim propoſitiones, nullus fit ſyllogiſmus: conuerſis vero rurſus idem erit, qui prius. Manifeſtum eſt igitur, quod negatione poſita ad minus extremũ, vel alvtraſque proſitiones, aut non fit ſyllogiſmus, aut fit quidem, ſed non perfectus: ex conuerſione namq; cõcluditur neceſſariũ. Si autẽ hęc quidẽ propoſitionũ uniuerſaliter accepta ſit, illa vero in parte, uniuerſali poſita ad maius extremum, ſyllogiſmus erit perfectus: nã ſi a, omni contingit b, b autem alicui c, a alicui c contingit: hoc autem manifeſtum ex definitione eius, quod eſt de omni contingere. Rurſus ſi a contingit nulli b, b autem alicui c, contingit ineſſe: neceſſe eſt a, contingere alicui c, non ineſſe. demonſtratio autẽ eadẽ. Si vero propoſitio in parte priuatiua ſumatur, vniuerſalis autẽ affirmatiua: poſitione vero conſimiliter ſeſe habeant, ut a, quidẽ õni b, contingit: b vero alicui c, contingit non ineſſe: per aſſumptas quidẽ propoſitiones non fit manifeſtus ſyllogiſmus. Verũ ſi eã, quæ in parte eſt, cõuerterimus & ponamus b, alicui c, cõtingere ineſſe, eadẽ erit concluſio: quæ & prius, quẽadmodum in his, quę à principio. Quòd ſi quæ ad maius extremũ in parte ſumãtur, quæ uero ad minus uniuerſaliter: ſiue utræque affirmatinę ſumãtur, ſiue priuatiuę, ſiue nõ cõſimilis figuræ, ſiue utreq; indefinitæ, aut ſecundum partem, nullo modo erit ſyllogiſmus: nihil enim prohibet b, tranſcendere a, & nõ prædicari de çquis: ad quo autem b, tranſcendit a, accipiatur c: huic enim neque omni,

neque

neque nulli, neque alicui, neque non alicui contingit a, ineſſe. Si quidem conuertuntur propoſitiones, ſecundum contingere, & b, pluribus contingit quàm a, ineſſe. Amplius & ex terminis planum: ita namq; ſe habentibus propoſitionibus, primum vltimo, & nulli contingit: & omni ex neceſsitate ineſſe. Termini vero, communes omnium, quòd ex neceſsitate inſit, animal, albũ, homo. Quod non contingit, animal, album, indumentum. Manifeſtum igitur quòd hoc modo ſe habentibus terminis nullus fit ſyllogiſmus. Aut enim inexiſtendi, aut ex neceſsitate, aut contingendi omnis eſt ſyllogiſmus: quòd quidem inexiſtendi ac neceſſarij non ſit, planũ: affirmatiuus enim priuatiuo tollitur: priuatiuus autem affirmatiuo: ſupereſt igitur ut cõtingendi ſit: hoc autem impoſsibile. Oſtenſum enim eſt, quòd ita terminis ſe habentibus, & omni poſtremo neceſſe eſt primum, & nulli contingit ineſſe: quare eſſe non poſſet contingendi ſyllogiſmus: neceſſarium namq; non erit cõtingens. Manifeſtũ itaq; & quòd ſi vniuerſaliter termini extiterint in cõtingẽtibus propoſitionibus, ſemper fit ſyllogiſmus in prima figura, ſiue ſint prædicatiui ſiue priuatiui: uerũ ex prædicatiuis quidem perfectus, ex priuatiuis autẽ imperfectus. Oportet aũt contingere ſumere non in neceſsarijs: ſed ſecundũ dictam determinationem: plerumq; autem latet, quod tale eſt.

## De ſyllogiſmis ex vna abſoluta, & altera de contingenti in prima figura. Cap. XIIII.

SI autem propoſitionũ hæc quidem ineſſe, illa vero ſumatur contingere: quando quæ ad maius eſt extremũ contingere ſignificauerit, & perfectiones erunt ſyllogiſmi & contingentis

gentis ſecundū dictam determinationem: quū vero, quæ ad minus, & imperfecti omnes, & priuatiui ſyllogiſmi non contingentis ſecundū determinationem, ſed eius, quod eſt nulli, aut non omni ex neceſsitate ineſſe. Si.n. non ōni aut nulli ex neceſſitate contingere dicimus, & nulli & non ōni ineſſe. Cōtingat namq; a, omni b, b vero omni c, ponatur ineſſe: quoniā igitur c, eſt ſub b, omni aūt b, contingit a: manifeſtū quód & c, omni cōtingit a, fit itaq; perfectus ſyllogiſmus. Similiter aūt etſi a, b, propoſitio extiterit priuatiua b, c, vero affirmatiua: & a, c, quidem contingere b, c autē in eſſe accipiatur, perfectus erit ſyllogiſmus, quód a, contingit nulli c, in eſſe. Quod igitur ſi inexiſtēs ad minorem ponatur extremitatē, perfecti fiant ſyllogiſmi, manifeſtū: ſed quód dum e contrario ſe habeat, erūt ſyllogiſmi, per impoſsibile mōſtrādū: ſimul aūt clarū erit & quód imperfecti: nā oſtēſio nō eſt ex ſūptis ꝓpoſitionibus. Primū aūt dicēdū eſt Quoniam ſi dum a, fuerit, neceſſe eſt b eſſe, & dum poſsibile a, extiterit, poſsibile erit & b, ex neceſſitate. Sit enim ita ſe habentibus in quo quidem a, poſsibile: in quo autem b, impoſsibil: ſi igitur poſsibile ſit quidem, quando poſsibile eſſe fiet: impoſsibile vero, quoniam impoſsibile non vtiq; fiet: ſimul autem ſi a, poſsibile, & b, impoſsibile, cōtingeret vtiq; a, fieri poſſe ſine b, ſi verō fieri, & eſſe factum namq;, quando factum fuit, eſt. Verum oportet accipere poſsibile atq; impoſsibile non ſolum in generatione, ſed & in eo quod eſt verificari & ineſſe, & quotcūq; modis alter dicitur poſsibile: in ōmibus enim ſimiliter ſe habebit. Amplius exiſtente a, b, eſſe, nō oportet exiſtimare tāquam ſi vnum eſſet a, b, fore: nihil namque ex neceſſitate vno aliquo

exiſtente:

existente: sed duobus ad minus, sicuti quum propositiones ita se se habeant, veluti dictum est secundum syllogismum: nam si c, de d, d autẽ de f, & c, de f, ex necessitate: & si utrumq; possibile, & conclusio erit possibilis. Quemadmodũ ergo si quis ponat A, quidẽ propositiones, b uero cõclusionem: euenire posset non solum a, necessario existente, simul & b, ẽsse necessariũ, sed & possibili possibile. Hoc autem ostenso, manifestum quòd falso suppositio, & non impossibili, & quòd accidit propter suppositionem, falsum erit & non impossibile: veluti si a, falsum quidem est, non tamen impossibile, quum vero a sit, b est: & b, erit falsum quidem, non tamen impossibile, quoniam monstratum est, quod a, existente b est, & possibili existente a, erit b, possibile: suppositum autem est a, possibile esse, & b erit possibile: si enim impossibile, simul possibile erit & impossibile idem. Determinatis vero his, insit a, omni b, b autem omni c, cõtingat, necesse itaque a, omni c, contingere inesse: non enim contingat, b vero omni c, ponatur inesse, hoc falsum quidem, non tamen impossibile: si itaque a, nõ contingit omni c, b uero omni inest c: a, non omni b, contingit, fit enim syllogismus per tertiam figuram: verum suppositum fuerat omni contingere inesse: necesse igitur a, õni c, contingere, falso enim supposito & nõ impossibili, quod accidit est impossibile. Possibile est autem, & per primam figuram facere impossibile ponentes b, inesse ipsi c, si enim b, omni c, inest, a uero omni b, contingit, & c omni cõtingeret utiq; a, sed fuerat suppositum non omni contingere. Sumere uero oportet omni inesse non secundum tempus determinantes puta nũc, aut in hoc tẽpore: sed simpliciter (per huiusmodi enim propositiones

positiones & syllogismos facimus) quoniã si ꝓpositio secũdũ nunc accipiatur, non erit syllogismus: nihil enim fortasse prohibet aliquando omni moto hominẽ inesse: vt si nihil aliud moueretur, motum vero cõtingeret omni equo, sed hominem nulli equo inesse contingit. Præterea sit primum animal, medium motum, ultimum vero homo, propositiones itaq; cõsimiliter se habebũt, conclusio vero erit necessaria, nõ cõtingens, ex necessitate enim homo est animal. Manifestum igitur quod vniuersale accipere oportet simpliciter, & non tempore determinantes. Rursus sit priuatiua vniuersaliter propositio a, b, & sumptum sit a, inesse nulli b, b vero omni contingat c, inesse: his itaque positis, necesse est a, contingere nulli c, inesse: non enim contingat, & b, ponatur inesse c, quemadmodũ prius. Necesse est igitur a, alicui b, inesse, sit enim syllogismus per tertiã figurã: hoc aũt impossibile, quare continget vtiq; a, nulli c, inesse, falso enim posito & nõ impossibili, ĩpossibile est qꝺ accidit. Hic igitur syllogismus nõ est cõtingẽtis secundũ diffinitionẽ, sed eius, quod est nulli ex necessitate inesse. Hæc enim est cõtradictio factę suppositionis, suppositũ est enim ex necessitate a, alicui c, inesse, syllogismus vero ad impossibile oppositæ est cõtradictionis. Amplius autem & ex terminis manifestũ, quôd non erit conclusio cõtingẽs: sit enim in quo a, coruus, in quo b, discurrẽs, in quo c, hõ nulli itaq; b, a, inest: nullum enim discurrẽs coruus, b vero õni cõtingit c, õni enim homini discurrere: sed a, ex necessitate nulli c, nõ igitur conclusio cõtingẽs. Sed neq; necessaria semper, sit mĩ a, quidẽ motũ: b, sciẽtia, in quo aũt c, homo: a igitur nulli inerit b, b, vero omni c, contingit: & non est conclusio necessaria:

nõ enim necesse est nullũ moueri hominẽ: sed non necesse aliquẽ. Planũ itaq; quod conclusio est eius, quod est nulli ex necessitate inesse: accipiendi vero melius sunt termini. Sed si priuatiuum ad minorem ponatur extremitatem contingere significans: ex ipsis quidem acceptis propositionibus, nullus erit syllogismus. Conuersa autem secundum cõtingere propositione, erit quemadmodum in prioribus, insit enim a, omni b, b, vero contingat nulli c, sic igitur se habentibus terminis, nihil erit necessarium. Si autẽ conuertatur b, c, & sumatur b, omni c, contingere, fit syllogismus quemadmodum prius: nam consimiliter termini positione se habebũt: sed eodem modo & quum priuatiua exua extiterint vtraq; interualla, si a, b, quidem non insit: b, vero contingere c, nulli significet, per ipsa quidem accepta non fit necessariũ: sed propositione conuersa, quæ est secundum contingere erit syllogismus: accipiatur enim a, quidem nulli b, inesse: b, vero contigat nulli c, per hæc igitur, nihil necessariũ. Quod si accipiatur b, cõtingere õni c, qđ est verũ a, b, aũt propositio similiter se habeat, rursus idẽ erit syllogismus. Si vero nõ inesse ponatur b, ipsi c, et nõ cõtingere nõ inesse, nõ erit syllogismus nullo modo. Neq; quũ priuatiua, neq; quũ affirmatiua fuerit a, b, propositio. Termini, cõmunes qđ ex necessitate insit, albũ, animal, nix. Quod nõ contigat, albũ, animal, pix. Planũ itaq; quod si termini uniuersales extiterint, & hæc inexistẽs, illa vero propositionũ contingẽs accipiatur: quãdo ꝓpositio, quæ ad minorẽ extremitatem cõtingere accipiatur, semp fit syllogismus, præterquã quod aliquãdo quidẽ ex ipsis: nonnũquã vero ex conuersa propositiõe: quãdo autẽ horum vterq;, & ob quam causam, diximus. Quod

si

si hoc vniuersaliter, illud uero interuallorum accipiatur in parte, quando quod ad maius est extremũ vniuersaliter ponatur & contingens, seu negatiuum siue affirmatiuum: quod uero in parte affirmatiuum & inexistens erit syllogismus perfectus, quemadmodum & vniuersaliter terminis existentibus. Demonstratio autem eadẽ, quæ & prius. Quando autẽ vniuersale quidem sit ad maius extremum, sed inexistens, non contingẽs: alterum vero in parte & contingẽs, seu negatiue, siue affirmatiue ponãtur, vtræq;, siue hæc quidem negatiua, illa vero affirmatiua, omnino erit syllogismus imperfectus: verum hi quidem per impossibile monstrabuntur, illi vero per conuersionem eius quod est contingere: quemadmodum in præcedentibus. Erit autem syllogismus per conuersionẽ & quando vniuersalis ad maius posita extremũ significet inesse aut nõ inesse, quę uero in parte priuatiua existens, contingere accipiat. Vt si a, omni quidẽ inest b, aut non inest b: autem alicui c, contingit non inesse: conuersa enim b, c, secundũ contingere, sit syllogismus. Sed quãdo quæ secũdũ partem ponitur, nõ inesse accipiat, non erit syllogismus. Termini quòd insit album, animal, nix. Quòd nõ insit, albũ, animal, pix, per infinitum namque sumenda est demonstratio. Si autem vniuersale quidem ad minus ponatur extremum, quod vero in parte ad maius, siue priuatiuum, seu affirmatiuum, uel cõtingens, aut inexistens, quomodocunq;, nullo pacto erit syllogismus: neque quando in parte aut indefinite ponãtur propositiones, seu contingere accipientes, siue inesse, aut vicissim, neque sic erit syllogismus: demonstratio uero eadem, quæ & in prioribus. Termini communes, quòd insit ex necessitate, animal, albũ,

homo: quòd non contingat, animal album, indumentum. Manifestum est igitur quòd si vniuersale ad maius ponatur extremũ semper fit syllogismus, si vero ad minus, nullius vnquam.

## Mixtio necessarij, & contingentis in prima figura. Caput. XV.

QVando aũt hęc quidẽ propositionũ ex necessitate inesse aut nõ inesse, illa vero contingere significet: syllogismus quidẽ erit, hoc modo se habẽtibus terminis, et perfectus, quando ad minorẽ extremitatẽ ponatur necessariũ. Conclusio vero, si termini fuerint prædicatiui, erit eius quod est cõtingere, & nõ eius quod est inesse, siue vniuersaliter, siue nõ vniuersaliter ponãtur. Sed quũ hoc quidẽ affirmatiuũ sit, illud vero priuatiuũ, quando affirmatiuũ quidẽ necessariũ fit eius, quod est cõtingere, & nõ eius quod est nõ inesse. Quũ vero priuatiuũ & eius, quod est cõtingere nõ inesse, & nõ inesse, & vniuersaliter & nõ vniuersaliter terminis existentibus. Cõtingere aũt in cõclusione eodem pacto accipiendũ, quo et in prioribus. Eius autẽ, quod est ex necessitate nõ inesse, nõ erit syllogismus. Aliud.n. est nõ ex necessitate inesse, et ex necessitate nõ inesse. Quòd igitur terminis affirmatiuis existẽtibus, nõ fit cõclusio necessaria: planum, insit namq; a, omni b. ex necessitate, b autem contingat omni c, erit vtiq; syllogismus imperfectus, quòd a, contingit omni c, inesse, quòd autem imperfectus ex demonstratione manifestũ. Nam eodem monstrabitur pacto, quod & in prioribus. Rursus a, contingat omni b, inesse, b vero õni c, insit ex necessitate: erit vtiq; syllogismus quod a, omni contingit c, inesse: sed nõ quòd inest, et perfectus, nõ autem imperfectus, statim nãq;

perfici-

perficitur per propositiones, quæ â principio. Si autem nõ consimilis figuræ propositiones extiterint: sit primũ priuatiua necessaria, & a, quidem nulli contingat b, ex necessitate, b vero õni c, contingat, necesse est a, nulli c, inesse. Ponatur enim inexistens aut omni aut alicui, b vero supponebatur nulli cõtingere, quoniã itaque conuertitur priuatiuum, & b, nulli a, contingit, a vero omni c, aut alicui ponitur inesse. Quare nulli aut non omni c, contingeret b, inesse, supponebatur autem a principio omni contingere. Manifestum autẽ & quoniam eius quod est contingere non inesse, efficitur syllogismus, siquidem & eius, quod est non inesse. Rursus sit affirmatiua propositio necessaria, & a, quidem contingat nulli b, inesse, b vero omni c insit ex necessitate, syllogismus itaq; erit perfectus, sed non eius, quod est nõ inesse, sed eius qđ est cntingere nõ inesse, nãq; ꝓpositio sic accepta fuit q̃ est ad maiorẽ extremitatẽ, & ad id ĩpossibile nõ est ducere, si enĩ supponatur a, nulli c inesse, positũ est autem a, b, nulli contingere inesse, nihil accidit propter hæc impossibile. Si uero ad minus extremum ponatur priuatiuũ, quando contingere quidem significet, syllogismus erit per conuersionẽ, quemadmodũ in prioribus. Quando autem non contingere, non erit. Neque quando ambo ponãtur priuatiua, non sit autẽ contingẽs, quod ad minus, termini autem inesse quidem, album, animal, nix, non inexistendi, album, animal, pix. Eodẽ autem modo se habebit & in syllogismis in parte, nã quũ priuatiuũ sit necessariũ, & conclusio erit eius quod est non inesse, ut si a, quidem nulli b, contingit inesse b, autem alicui c, contingit inesse, necesse est a, alicui c, non inesse si enim omni inest, nulli vero b, contingit, & b, nulli a, contingit

ineſſe:quare ſi a quidem omni c ineſt,b vero nulli c contingit:verum ſuppoſitum fuerat alicui contingere.Sed quum particulare affirmatiuum,quod eſt in ſyllogiſmo priuatiuo neceſſarium ſit, vt b c,aut vniuerſale in prædicatiuo,vt a b,non erit eius,quod eſt ineſſe ſyllogiſmus,demonſtratio vero eadem quæ & in prioribus.Si autem vniuerſale quidem ponatur ad minus extremũ aut affirmatiuum aut priuatiuum contingens : quod autem in parte neceſſarium ad maius extremum,non erit ſyllogiſmus.Termini eius,quod eſt ineſſe ex neceſſitate,animal album homo,non inexiſtendi autem,animal album:indumentum:quum vero vniuerſale neceſſarium ſit quod autem in parte, contingens, vniuerſali exiſtente priuatiuo. Termini eius, qđ eſt ineſſe,animal albũ coruus non inexiſtendi animal album,pix.Si vero affirmatiuum fuerit,ineſſe quidem animal,album,cygnus: eius vero quod eſt non contingere:animal album,nix.Neque quando indefinitæ ſumuntur propoſitiones,aut vtræque ſecundum partem, neque ſic erit ſyllogiſmus: termini communes , inexiſtendi,animal album, homo , non inexiſtendi,animal, album , inanimatum : namque animal alicui albo , & album inanimato alicui,& neceſſarium ineſſe & non contingit ineſſe:& in eo quod eſt contingere ſimiliter:quare ad õnia termini ſunt vtiles. Manifeſtũ eſt igitur ex dictis quod terminis conſimiliter ſe habẽtibus,& in eo,quod eſt ineſſe,& in neceſſarijs fit & non fit ſyllogiſmus. Veruntamẽ ſecundũ ineſſe quidẽ poſita priuatiua propoſitione eius qđ eſt contingere,erat ſyllogiſmus,ſecũdũ neceſſariũ aũt priuatiua,& eius qđ eſt cõtingere:& eius qđ eſt nõ ineſſe. Palã aũt et qđ omnes ſyllogiſmi ĩpfecti et qđ pficiũtur p prçdictas figuras.

De

## De syllogismis ex ambabus de contingenti in secunda figura. Cap. XVI.

IN secunda autem figura quando contingentes quidem vtræque accipiuntur propositiones, nullus erit syllogismus, seu prædicatiuæ, siue priuatiuæ ponantur, vel vniuersaliter aut secundum partem: quum vero hęc inexistere, illa autem significet contingere, si affirmatiua quidem significat inexistere, nunquam erit: sin autem vniuersaliter priuatiua, semper. Eodem modo & quum hæc propositionum ex necessitate, illa contingere accipiatur. Oportet autem & in his accipere in conclusionibus contingens, quemadmodum in prioribus. Primum igitur ostendendum, quod non conuertitur contingens priuatiuum, vt si a contingit nulli b, non necesse est & b contingere nulli a. Ponatur enim hoc & contingat b nulli a inesse. Quoniam itaque conuertuntur contingentes affirmationes cum negationibus & contrariæ & oppositę, b vero contingit nulli a inesse: manifestum quod & omni a contingere posset b inesse, sed hoc falsum: non enim si hoc huic omni contingit, & hoc huic necessarium: quare non conuertitur priuatiuum. Amplius aũt nihil prohibet a quidem contingere nulli b: b vero alicui a ex necessitate non inesse, vt album omni homini contingit non inesse & inesse, hominem autem non verum dicere, quod contingit nulli albo. Pluribus enim ex necessitate non inest, necessarium autẽ non erat contingens. Sed nec ex impossibili monstrabitur conuerti, veluti si quis existimaret, quoniam falsum est b contingere nulli a inesse verũ nõ contingere: affirmatio nã ẽ & negatio: si autem hoc verum b ex necessitate inesse alicui a, quare & a,

alicui b, sed hoc impossibile. Nõ enim si a non contingit nulli b necesse est, a alicui b inesse: namque nõ cõtingere nulli dicitur dupliciter, vnum si ex necessitate alicui inest, alterum si ex necessitate alicui non inest: nam quod ex necessitate alicui eorum, quæ sũt a non inest, non est verum dicere, quod omni contingit non inesse, quemadmodum neque quod alicui inest ex necessitate, quod omni contingit inesse. Si itaque quispiã censeret propterea quòd nõ coutingit c omni d inesse ex neciſsiate alicui ipsum non inesse: falso acciperet: omni enim inest, si fortasse contingat, sed quoniã quibusdam ex necessitate inest, ob hoc dicimus nõ omni contingere. quare huic quod est contingere omni inesse, opponitur & ex necessitate alicui inesse, & ex necessitate alicui non inesse. similiter aũt & ei quod est nulli cõtingere. Manifestum igitur quod ad sic contingens, quemadmodum in principio determinauimus, non solum ex necessitate alicui inesse, sed & ex necessitate alicui non inesse sumendum: hoc autem sumpto nil accidit impossibile: quare non fit syllogismus. manifestum itaque ex dictis, quod nõ conuertitur priuatiuum. Hoc autem monstrato ponatur a, nulli quidem b contingere, c vero omni, per conuersionem igitur non fit syllogismus. dictum est enim quod non conuertitur talis propositio, sed neque per impossibile, si nãque ponatur b omni c contingere inesse, nihil accidit falsi, contingere enim posset a ipsi c et õni & nulli inesse, sed si õnino est syllogismus, planũ quod eius quod est cõtingere vtique esset, propterea quod neutra propositionũ accepta fuit in eo, quod est inesse. Et iste aut affirmatiuus aut priuatiuus, neutro autem modo possibile est: si affirmatiuus quidẽ põatur, mõstrabitur p terminos, quod nõ cõtingit inesse, si

vero

vero priuatiuus, quod conclusio non cõtingens est, sed necessaria: sit enim a, quidem album b, homo, in quo c, equus a, itaq; album contingit, huic quidẽ omni, illi vero nulli. Sed b, ipsi c, neq; inesse contingit, neq; non inesse: quod igitur inesse nõ possibile est, manifestũ, nullus enim equus homo: sed neq; contingere nõ inesse, necesse namq; est nullum equum hominem esse, necessarium autem non erat contingens, non itaque fit syllogismus. Itidem autem monstrabitur etsi econuerso positum fuerit priuatiuum: & si vtraque affirmatiuæ acceptæ fuerint aut priuatiuæ, per eosdem namque terminos erit demonstratio: & quando hæc vniuersaliter, illa in parte, aut vtræque secundum partem aut indefinitæ, aut quotcumque modis aliter contingit transumere propositiones, semper enim erit demonstratio per eosdem terminos. Planum itaque quod si utræque propositiones secundum contingẽs ponuntur, nullus fit syllogismus.

*Mixtio absoluti, & contingentis in secunda figura.*

## Caput. XVII.

SI autem hæc inexisteret, illa vero contingere significet. Si prædicatiua ponatur inexistere, priuatiua aut contingere nullus erit syllogismus: neque dum vniuersaliter, neque dum in parte termini accipiuntur, demonstratio vero eadem, & per eosdem terminos. Quando autem affirmatiua quidem contingere, priuatiua autem inexistere, erit syllogismus. Sumatur enim a, b, nulli inesse, c vero omni contingere, conuerso itaque priuatiuo b, a, nulli inerit: sed a, omni, contingit: sit igitur syllogismus, quod contingit c, nulli c, per primam figuram. Consimiliter autem etsi ad c, ponatur priuatiuũ. Quum vero utrq; sum

sunt priuatiuæ, significet autem hæc quidem non inesse, illa vero contingere nõ inesse, per ipsa quidem assumpta nihil accidit necessarium: sed conuersa propositione, quę est secundum contingere, syllogismus efficitur, quod b, nulli c cõtingit inesse, quemadmodum in prioribus: erit enim rursum prima figura. Si vero utręq; ponantur prædicatiuæ, nõ erit syllogismus termini, quòd insit sanitas, animal, homo: quod non insit, sanitas, equus, homo. Eodem autem modo se habebit & in syllogismis in parte, quũ enim affirmatiuum sit inexistẽs, aut vniuersaliter, aut in parte acceptũ, nullus erit syllogismus. Hoc autem consimiliter & per eosdem monstratur terminos, quibus & prius. Quũ vero priuatiuũ, erit per conuersionem, quemadmodum in prioribus. Rursus si ambo quidem interualla priuatiua sumantur: vniuersaliter autem, quod non inexistere, ex ipsis quidẽ propositionibus non erit necessarium, sed conuerso eo, quod est contingere, quẽadmodum in prioribus, erit syllogismus. Si vero priuatiũ quidẽ inexistens sit, sed in parte acceptũ, non erit syllogismus, siue affirmatiua, siue priuatiua altera fuerit propositio. Neque quando vtræq; indefinitæ sint acceptę, aut negatiuæ, aut affirmatiuę, uel secundũ partem. Demonstratio uero eadem & per eosdem terminos.

## De syllogismis ex vna de necessario, & alia de contingenti in secunda figura. Cap. XVIII.

VErum si hæc quidem propositionum ex necessitate, illa vero contingere significet, priuatiua existente necessaria, erit syllogismus, non solum, quod contingit non inesse, sed & quoniam non inest. Affirmatiua autem non erit, ponatur enim

enim a,b,nulli ex necessitate inesse: c,vero omni cõtingere. Cõuersa igitur priuatiua,& b, a,nulli incrit: sed a,c, omni cõtingit, fit igitur rursus per primam figurã syllogismus. quod b,nulli c, contingit inesse. Simul autem manifestũ quod & b,nulli c,inest. Ponatur enim inesse,igitur si a,b,nulli cõtingit, b vero inest alicui c, a,alicui c,non contingit,sed omni supponebatur cõtingere. Eodẽ pacto monstrabitur & si ad c,ponatur priuatiuũ. Rursus,sit prædicatiuum quidem necessarium ,alterum vero priuatiuum & contingens & a contingat nulli b: c vero õni insit ex necessitate: sic itaq; se habentibus terminis nullus fit syllogismus: accidit enim b ipsi c ex necessitate non inesse. sit namq; a album: in quo b, homo: in quo c,cygnus: album igitur cygno ex necessitate inest: homini vero contingit nulli,& homo nulli cygno ex necessitate. Quod igitur eius quod est contingere non est syllogismus manifestum est. Nã ex necessitate non erit contingens: verumtamen neque necessarij , necessarium namque aut ex vtrisque necessarijs ,aut ex priuatiua accidit. Amplius autem & possibile est his positis b ipsi c inesse: nihil enim prohibet c sub b esse: a vero b omni contingere: c autem ex necessitate inesse vt sic esse vigilatio,b animal: in quo a motus: nam vigilanti ex necessitate motus inest: animali vero omni contingit, & omne vigilans animal. Manifestum itaque quod neque non inexistendi: siquidem ita se habentibus terminis,necesse est inesse,neque vtiq; oppositarum affirmationum: quare nullus erit syllogismus. Similiter autẽ ostendetur & si e conuerso ponatur affirmatiua. Quod si eiusdem figuræ sint propositiones,quum priuatiuę sũt, semper fit syllogismus,conuersa propositione quæ est secũdum

contin-

contingere, quemadmodum in prioribus: accipiatur enim a ipsi b ex necessitate non inesse: c autẽ contingere non inesse, cõuersis igitur propositionibus b nulli a inerit, a vero õni c contingit. Fit itaq; prima figura, & si ad c ponatur priuatiuum similiter. Si autem prædicatiuæ positæ fuerint, non erit syllogismus, namq; non inexistendi, aut ex necessitate non inexistendi, planum quod non erit propterea quod non fuit accepta priuatiua propositio, neq; in eo, quod est inesse, neque in eo quod est ex necessitate inesse, sed neque eius, quod est cõtingere non inesse. ex necessitate enim sic se habẽtibus b ipsi c non inerit, quemadmodum si a poneretur album, in quo b cygnus: c vero homo: neque vtique oppositarum affirmationum: quoniam monstratum est b ipsi c ex necessitate non inexistens: non igitur fit syllogismus omnino. Similiter autem se habebit & in syllogismis in parte: quum enim sit priuatiuum & vniuersale & necessarium, semper erit syllogismus & eius quod est contingere non inesse, & eius quod est nõ inesse demonstratio autem per conuersionem. Quum vero affirmatiuum, nunquam, eodem namq; pacto monstrabitur, quo & in vniuersalibus & per eosdem terminos. Neque quando vtrq; fuerint acceptæ affirmatiuæ, huius enim eadem demonstratio, quæ & prius. quum vero vtræq; priuatiuæ, vniuersaliter autem necessaria, quæ non inesse significat, per ea quidem quæ sumpta sunt non erit necessarium, sed conuersa propositione, quæ est secundum contingere, erit syllogismus, quemadmodum in prioribus. Quòd si ãbç indefinitæ aut in parte positæ fuerint, nõ erit syllogismus, demonstratio autem eadem & per eosdem terminos. Planum itaq; ex dictis, quòd dum priuatiua vniuersaliter

ponitur

ponitur & necessaria, semper fit syllogismus, non solũ eius quod est contingere nõ inesse, sed & eius, quod est non inesse: dum vero affirmatiua, nunquã, & quod eodẽ modo se habentibus, in necessarijs, & inexistentibus fit & non fit syllogismus. Sed & manifestũ quòd omnes imperfecti syllogismi, & quòd perficiuntur per prædictas figuras.

## De syllogismis ex ambabus de contingenti in tertia figura. Cap. XIX

IN postrema autẽ figura et vtrisq; cõtingentibus et altera, erit syllogismus: cũ itaq; contingere significent propositiones & conclusio erit contingens, & quando hæc quidẽ contingere: illa vero inesse. Quum vero altera necessaria posita sit, si affirmatiua quidẽ, nõ erit conclusio, neq; necessaria neq; inexistens: si autẽ priuatiua, inexistendi erit syllogismus, quẽadmodũ in prioribus. Accipiendum vero & in his similiter contingens, quod in conclusionibus. Sunt itaq; primum contingentes, & a, & b omni c contingat inesse, quoniam igitur conuertitur affirmatiuum in parte: b vero omni c contingit, & c alicui b contingit: quare si a quidem omni contingit c, c autem alicui b necesse & a alicui b contingere. fit enim prima figura, & si a contingit nulli c inesse: b uero omni c contingeret, necesse & a alicui b contingere nõ inesse: erit enim rursus prima figura per cõuersionẽ. Quod si vtræq; priuatiuę positæ fuerint, ex ipsis quidem assumptis nõ erit necesarium sed conuersis propositionibus erit syllogismus, quemadmodum in prioribus: nanq; si a & b contingit non inesse, si transumptũ fuerit contingere non inesse, rursus erit prima figura per conuersionem. Si vero hic quidẽ terminorum est vniuersaliter

uersaliter,ille in parte,eodẽ pacto se habẽtibus terminis,quo ineo quod est inesse,erit & non erit syllogismus.Cõtingat enĩ a õnic inesse:b aut alicui c erit itaq; prima figura propositione cõuersa, eo pacto se habentibus terminis, quo in eo quod est inesse, erit & non erit syllogismus.Contingat enim a omni c inesse:b autẽ alicui c. Erit itaq; prima figura propositione conuersa, quæ est in parte:nam si a omni c:c vero alicui b, a igitur alicui b cõtingit.Et si ad b, c positum fuerit vniuersale consimiliter. Itidem & si a, c,sit priuatiuum:b,c vero affirmatiuum: erit enim rursus prima figura per conuersionem. Si autem vtrq; quæ positæ fuerint priuatiuæ,hæc vniuersaliter illa in parte,per ipsa assumpta non erit syllogismus,sed conuersis erit,quemadmodum in prioribus: quum vero vtræq; indefinitæ aut tn parte accepta sint, non erit syllogismus:necesse etenim a omni & nulli b ineẽ. Termini inexistendi animal,homo,album:nõ inexistendi,equus homo,album,medum album.

## Mixtio contingentis,& inesse in tertia figura.

## Cap. XX

SI autem hæc quidem propositionum inexistere,illa vero significet contingere,conclusio erit, quod contingit, & non quod inest: syllogismus autem erit eodem modo se habentibus terminis : quo & in prioribus. Sint enim primum prædicatiuæ, & a omni insit c,b vero omni contingat inesse. conuerso igitur b c prima erit figura,& conclusio quod contingit a alicui b inesse. Nã quando in prima figura propositionũ altera significaret contingere,conclusio erit contingens.Consimiliter aũt et si b c inesse a:c vero contingit inesse: & si a c quidẽ priuatiuum:

b,c,

b,c,autem prædicatiuum,sit autem vtrumuis,vtroq; modo, erit conclusio contingens. Fit enim rursus prima figura: monstratũ vero est quòd dũ altera propositio in ipsa contingere significat: & conclusio erit contingẽs. Sed si contingẽs priuatiuũ ad minus extremũ positũ fuerit,vel & ambo ponãtur priuatiua: per ipsa quidem posita,nõ erit syllogismus,cõuersis aũt erit,quẽadmodũ in prioribus. Si aũt hęc quidẽ propositionũ vniuersaliter, illa vero in parte sit,vtrisq; prædicatiuis existentibus, aut ea priuatiua,quæ vniuersaliter,affirmatiua vero quę in parte,idem erit syllogismorũ modus:omnes enim per primã cõcludũtur figuram:quare manifestũ quòd eius, quod est contingere, & non eius quod est inesse,erit syllogismus. Quòd si affirmatiua vniuersaliter,priuatiua vero in parte,p impossibile erit demonstratio. Insit enĩ b,õni c,a vero cõtingat alicui c,nõ inesse,necesse est igitur a,alicui b,contingere non inesse:nã q; si a,inerit ex necessitate omni b,b vero omni c,ponitur inesse,a,omni c,ex necessitate inerit. Hoc autẽ monstratum prius,verum supponebatur alicui cõtingere non inesse. Sed quum indefinitę aut in parte utrę; fuerint acceptę,non erit syllogismus. Demonstratio autem eadem,quæ & in vniuersalibus & per eosdem terminos.

## Mixtio necessarij,& contingentis in tertia. figura. Caput. XXI.

VErum si est,hæc quidem propositionum necessaria,illa vero contingens,si termini sunt prædicatiui semper eius, quod est contingere,erit syllogismus. Quum vero sit hoc quidem prædicatiuum, illud autem priuatiuum, si affirmatiuum

tiuum sit necessarium: eius erit quod est cõtingere nõ inesse. Si vero priuatiuum & eius, quod est contingere, & eius quod est nõ inesse. Sed eius, quod est ex necessitate nõ inesse, nõ erit syllogismus, quẽadmodum neq; in alijs figuris: Sint itaq; prædicatiui primum termini, & a, omni c, insit ex necessitate: b vero cõtingat inesse omni c, quoniã itaq; a, omni c, ex necessitate, c vero alicui b, contingit, & a alicui b, contingens erit, & non inexistẽs. Sic enim accidit & in prima figura, similiter autẽ ostẽdetur et si b, c, necessarium positum fuerit a, c vero contingens. Iterũ sit hoc prædicatiuum, illud priuatiuum, sed prædicatiuum necessarium: & a, contingat nulli c, inesse: b vero omni insit c, ex necessitate, erit itaque rursus prima figura, & conclusio cõtingẽs sed non inexistere. Etenim priuatiua propositio contingere significat. Planum igitur, quòd conclusio erit contingens: namq; quum sic se haberent in prima figura propositiones, & conclusio erat contingens. Sed si priuatiua propositio necessaria, & conclusio erit, quòd contingit alicui non inesse, & quòd nõ inest. Ponitur enim a, nulli c, inesse ex necessitate, b vero omni contingere, conuerso itaq; b, c, affirmatiuo prima erit figura, & necessaria priuatiua propositio. Verum quando ita se haberent propositiões, accidebat a, ipsi c, & contingere, alicui non inesse, & non inesse: quare & a, ipsi b, necesse alicui non inesse. Quũ uero priuatiuum ad minus extremum positum fuerit, si contingens quidẽ erit syllogismus transumpta propositione: quẽadmodum in prioribus, si uero necessarium non erit: etenim omni necesse & nulli contingit inesse. Termini quòd omni insit, somnus, equus, dormiens homo. Quòd nulli, somnus, equus, vigilãs homo.

Simi-

Similiter autem se habebit, & si hic terminorum vniuersaliter, ille in parte ad medium: nam quum prædicatiui fuerint utrique eius, quod est contingere, & non eius, quod est inesse, erit syllogismus: & quando hoc quidem priuatiuum acceptum fuerit illud vero affirmatiuum, sed necessarium affirmatiuum, eius quod est contingere, quando autem priuatiuum necessarium & conclusio erit eius quod est non inesse. Idem namque monstrationis modus, & uniuersaliter & non vniuersaliter terminis existentibus: necesse etenim per primã figuram syllogismos perfici, quare quemadmodum in illis, & in his necessariuu accidit. Quum vero priuatiuum uniuersaliter acceptum ad minus positum fuerit extremum, siquidem contingens, erit syllogismus per conuersionem: si autem necessarium, non erit, monstrabitur autẽ eodem pacto, quo & in vniuersalibus & per eosdem terminos. Manifestum ergo & in hac figura, quando & quomodo erit syllogismus, & quando contingendi, & quando inexistẽdi. Palam autem & quod omnes imperfecti, & quòd perficiuntur per primam figuram.

## De syllogismo ostensiuo. Cap. XXII.

QVod igitur syllogismi qui in his sunt figuris, per vniuersaliter perficiuntur syllogismos, qui in prima figura, & in istos reducuntur, planum ex dictis. Quòd autem simpliciter omnis syllogismus ita se habebit, nunc erit manifestum, quando monstratum fuerit syllogismum omnem per harum aliquam figurarum effici. Necesse igitur omnem demonstrationem atque omnem syllogismum aut inexistẽs quippiam aut non inexistens monstrare: & hoc aut vniuersaliter,

aut ſecundum partem. Amplius aut oſtenſiue, aut ex ſuppoſitione, eius vero qui eſt ex ſuppoſitiõe, pars eſt qui per impoſſibile. Primum itaq; dicamus de oſtenſiuis: his enim oſtenſis, planum erit et in his qui ad impoſſibile: & õnino de his qui ex ſuppoſitione. Si igitur oporteat a, de b, ratiocinari: ut inexiſtens aut non inexiſtens: neceſſe eſt accipere aliquid de aliquo. Si ergo a, de b, acceptum fuerit, quod eſt a principio, ſumptum erit: ſi autem de c, vero de nullo, neq; aliud de illo, neq; de a, alterum, nullus erit ſyllogiſmus: eo enim quòd vnum de vno ſit acceptum, nil accidit ex neceſſitate: quare aſſumenda & altera propoſitio. Si itaq; a, de alio fuerit acceptum, aut aliud de a, aut de c, alterum, eſſe quidem ſyllogiſmum nihil prohibet ad b, tamen non erit per accepta. Neq; quãdo c, alteri, & illud alij: et hoc alteri, nõ fuerit autem ad b, copulatiũ nec ſic erit ad b, ipſius a, ſyllogiſmus: omnino enim diximus, quòd nullus vnquam erit ſyllogiſmus alio de alio, nõ accepto aliquo medio: quod advtrũq; ſe habet quodã modo prædicationibus: ſyllogiſmus namq; ſimpliciter ex propoſitionibus eſt: ad hoc autẽ ſyllogiſmus ex ꝓpoſitionibus ad hoc: qui autẽ eſt huius ad hoc per propoſitiões huius ad hoc: ſed impoſſibile eſt ad b, propoſitionẽ capere nihil de ipſo, aut prædicãtes, aut negantes, aut iterum ipſius a, ad b, nihil cõmune accipiẽtes: verum de vtroq; ſigillatim quædam prędicantes, aut negãtes: quare accipiendum medium aliquod vtrorumq; : quod prædicationes copulabit: ſi quidem erit huius ad hoc ſyllogiſmus. Si igitur neceſſe quidem eſt accipere advtraq; commune: hoc autẽ tripliciter cõtingit, aut enĩ a, de c, & c, de b, prædicaturos, aut c, de vtriſq;, aut vtraq; de c: hę vero ſunt tres dictæ figurę: planũ

ſyllo-

syllogismum omnem necessarium fieri per harum aliquam figurarum: eadem enim ratio etsi per plura copulatur ad b, eadem namq; erit figura & in pluribus. Quòd igitur ostensiui omnes concluduntur per prædictas figuras, manifestum.

## De syllogismo ex hypothesi. Cap. XXIII.

QVod autem & qui ad impossibile planum erit per hæc: omnes enim per impossibile concludentes, falsum quidem ratiocinantur: quod autem a principio ex suppositione monstrant: quum impossibile aliquid accidat contradictione posita: ut quòd diameter incommensurabilis, eo quòd imparia æqualia paribus fiunt si fuerit posita commensurabilis: æqualia igitur fieri imparia, paribus ratiocinatur: diametrum vero incommensurabilem esse, ex suppositione monstrat, quoniam falsum accidit propter contradictionem: hoc enim erat per impossibile ratiocinari, aliquid monstrare impossibile propter suppositionem, quæ ex principio: quare quoniam falsi syllogismus fit ostensiuus in his, quæ ad ĭpossibile deducuntur: ostensiuos autem prius diximus, quòd per has concluduntur figuras: manifestum quòd per imppossibile syllogismi, per has erunt figuras: consimiliter & alij omnes, qui ex suppositione, in omnibus enim syllogismis quidem fit ad transumptum: quod autem ex principio concluditur per confessionem, aut aliquam aliam suppositionem, quòd si hoc verum, omnem demonstrationem & omnem syllogismum necesse fieri per tres prædictas figuras. Hoc autem monstrato, planum & quòd omnis syllogismus perficitur per primam figuram, & reducitur ad vniuersales syllogismos, qui in hac sunt.

## De qualitate, & quantitate terminorum syllogismi. Caput. XXIIII.

AMplius autem in omni oportet terminorum aliquẽ prædicatiuum esse, & vniuersale existere, nam sine vniuersali, aut non erit syllogismus, aut non ad positum, aut quod ex principio petetur. Ponatur enim musicam voluptatem esse studiosã, si itaque quispiam censeat voluptatem esse studiosam, non addens omnem, non erit syllogismus, si vero aliquam voluptatem esse studiosam, si quidem aliam, nihil ad positum, sin autem ipsam hanc, quod ex principio accipit. Sed magis efficitur manifestum in descriptionibus, ut quod equicruris æquales qui ad basim, sint enim ad centrum ductæ a, b, si igitur æqualem accipiat a, c, angulum ipsi b, d, non omnino existimans æquales angulos, qui semicirculorum, & rursus c, ipsi d, non omnem assumens eum qui secti. Amplius ab æqualibus existentibus totis angulis, & ablatorum æquales esse reliquos e, f, quod ex principio petet, nisi acceperit ab omnibus æqualibus, æqualibus demptis æqualia derelinqui. Planum igitur quod in omni opportet vniuersale existere, & quod vniuersale quidem ex omnibus terminis vniuersaliter mõstratur: quod autem in parte & sic & illo modo, quare si conclusio quidem vniuersaliter sit, & terminos necesse uniuersaliter esse, si uero termini vniuersaliter, contingit conclusionem non esse vniuersaliter. Manifestum etiam quòd & in omni syllogismo, aut utrisque, aut alteram propositionem similem necesse fieri conclusioni, dico autem nõ solum affirmatiuam, aut priuatiuam, sed necessariam, aut inexistentem, aut contingentem. Considerare vero oppor-

oportet, & alia prædicamenta. Planum autem & simpliciter quando erit & quando non erit syllogismus, & quando possibilis & quando perfectus, & quod si fuerit syllogismus necessariũ est se habere terminos, secundum aliquem dictorum modorum.

*De numero terminorum syllogismi.* Cap XXV.

SEd manifestum & quod omnis demonstratio erit per tres terminos & non plures, nisi per alios & alios eadem conclusio fiat, vt e per a b, & per c d, aut per a b, & a c, & per b c, plura namque media eorundem esse, nihil prohibet: his autem existentibus, non vnus, sed plures sunt syllogismi. Aut rursus quando vtrũque a b per syllogismum fuerit acceptũ, vt a per d e & rursũ b per f g, aut hoc inductione, illud syllogismo: verum & sic plures syllogismi: plures namque cõclusiones sunt vt a & b & c: si igitur non plures, sed vnus, sic accidit per plura eandem fieri conclusionem: vt vero c per ea, quæ sunt a b impossibile. Sit enim e conclusum ex a b c d, ergo necesse est ipsorum aliquid aliud ad aliud acceptum esse, hoc quidem vt totum, illud vero vt pars: hoc enim prius ostensum est, quòd si fuerit syllogismus necesse est terminorum aliquos ita se habere: sic igitur se habeat a ad b: est itaque aliqua ex ipsis conclusio aut ergo e aut eorum quæ c d alterum: aut aliud quippiam præter hæc: & si e quidem ex a b tantum syllogismus vtique esset: c d vero si quidem sic se habeant: vt sit hoc vt totum, illud vt pars, erit aliquid & ex illis, aut e aut eorum, quæ a b alterum vel aliud quippiam præter hæc, & si c quidem aut eorum quæ a b alterum, vel plures erunt syllogismi: aut (vt contingebat) idem per plures terminos concludi accidit: si vero aliud præter

hæc, plures erunt & inconiuncti syllogismi ad se inimicè. Quòd si non ita se habeat c, ad d, ut faciat syllogismum, frustra erunt accepta nisi inductionis, aut occultationis, aut alterius alius talium gratia. Si autem ex a b, non e, sed aliud quid sit conclusio, ex c, d, vero aut horum alterum, aut aliud quiddam præter hæc: & plures fiunt syllogismi, & non ipsius suppositi: suppositum namque fuerat syllogismum esse ipsius e, si autem non ex c, d, nulla efficitur conclusio: frustra accepta ea fuisse accidit, ac syllogismum nõ esse eius, quod â principio: quare planum quod omnis demonstratio, & omnis syllogismus erit solum per tres terminos.

## De numero propositionum, & syllogismis.

### Caput. XXVI.

CVm autem hoc planum sit, manifestum quòd & ex duabus propositionibus & non pluribus: tres namque termini, duæ sunt propositiones, nisi assumatur, quemadmodum ex principio dictum est ad syllogismorum perfectionem. Planum itaque quòd in qua ratione syllogistica non sunt pares propositiones per quas conclusio propria fit (quasdam namq; ex superioribus conclusionibus, necesse est propositiones esse) hæc ratio, aut non est ratiocinata, aut plura necessarijs interrogaut ad positionem. Si itaque syllogismi secundum proprias accipiantur propositiones, omnis erit syllogismus, ex propositionibus quidem paribus: ex terminis autem in paribus, vno namque plures termini quàm propositiones. Conclusiones vero dimidium propositionum. Sed quũ per prosyllogismos concluduntur, aut per plura media non continua, vt a, b, per c, d, mul-

titudo

titudo quidem terminorum, consimiliter vno superabit propositiones, aut enim extrinsecus, aut ad medium ponetur intercidens terminus: utroq; aut modo accidit interualla vno minora esse terminis, propositiones vero æquales sunt interuallis. Nõ tamẽ pares semper erunt, illi autem impares, sed vicissim, quando propositiones pares, impares termini, quũ vero pares termini propositiones impares: simul enim cum termino vna additur propositio: vnde cumq; addatur terminus. Quare quoniã ille pares, isti impares erunt, necesse est permutari: quũ eadem fiat appositio. Conclusiones vero non etiam eundem habebunt ordinem, neq; ad terminos, neq; ad propositiones: quum enim vnus terminus additur, conclusiones addentur vno pauciores præexistentibus terminis, ad solum namq; vltimum non facit conclusionem: sed ad olios omnes, veluti si a, b, adijciatur ipsum d, statim & conclusiões duæ adijciũtur, & quç ad a, & quç ad b: cõsimiliter aũt & in alijs, verũ etsi ad mediũ intercidat eodem modo, ad vnum namque solum, non faciet syllogismum, quare multo plures conclusiones erunt & terminis & propositionibus.

## De problematis hoc est propositis in una quaque figura facile & difficile construendis, & destruendis.

### Caput. XXVII.

QVoniam autem habemus de quibus syllogismi, & quale in vna quaque figura, & quot modis monstratur, manifestum nobis est, & quare problema difficile, & quale bene argumentabile. Quod enim in pluribus figuris, & per plures casus concluditur facilius: quod autem in paucioribus & per pauciores difficilius argumentabile. Vniuersale

itaq; affirmatiuum, per ſolam primam monſtratur figuram, & per hanc vno tantum modo: priuatiuum autem, & per primã, & per mediam, ac per primam quidem vnoſolũ modo, per mediam vero dupliciter. Sed affirmatiuum in parte per primam & per vltimam, vno tantum modo per primam, trifariam autẽ per vltimam. Priuatiuũ vero ſecundum partem, in omnibus figuris monſtratur, verum in prima quidem ſemel, in media vero atq; vltima, in illa bifariam, in hac tripliciter. Planũ itaq; quòd vniuerſale prædicatiuum, conſtruere quidem difficilimũ, deſtruere vero facilius, omnino autẽ tollere vniuerſalia facilius, quàm ea quæ ſunt in parte: namque & ſi nulli, & ſi alicui non inſit, ſublatum eſt, horum autẽ alicui quidem non, in omnibus monſtratur figuris, nulli vero in duabus. Eodem autem modo & in priuatiuis, namque etſi omni etſi alicui, ſublatũ eſt, quod a principio, hoc autem erat in duabus figuris. In ijs vero, quæ ſunt in parte, uno tantũ modo, aut omni, aut nulli oſtendentẽ ineſſe, ſed conſtruẽti faciliora, quę in parte namque & in pluribus figuris & per plures modos. Et omnino non oportet latere, quòd deſtruere per ſe inuicẽ eſt, & vniuerſale per ea, quæ ſunt in parte, & hęc per vniuerſalia, conſtruere vero nõ eſt vniuerſale per ea, quæ ſunt ſecundum partem, ſed per illa hęc eſt. Simul autẽ manifeſtum quod & deſtruere facilius eſt, quàm conſtruere: quomodo igitur efficiatur omnis ſyllogiſmus, & per quòt terminos ac propoſitiones, & quomodo ſe habentes inuicẽ, amplius quale problema in vna quaque figura: & quale in pluribus, & quale in paucioribus monſtratur, planum ex dictis.

## De abundantia propoſitionum. Cap. XXVIII.

Quo-

QVo modo autem abundabimus ſyllogiſmis ipſi ſẽper ad poſitum, & per qualem viam accipiemus principia, quæ circa vnumquodque, iam nunc dicendum: non enim ſolũ fortaſſe oportet generationem conſiderare ſyllogiſmorum: verũ & faciendi potentiam habere. Omnium itaque entium, hæc quidem talia ſunt: vt de nullo vere vniuerſaliter prędicentur, vt Cleon & Callias, & quod ſecundum vnumquodque & ſenſibile: de his autem alia: etenim horum vterque homo & animal eſt: illa vero ipſa quidem de alijs prędicantur, de his autem alia prius non prædicantur: ſed alia & ipſa de alijs & de ipſis alia: vt homo de Callia, & de homine animal. Quod igitur entium quædam de nullo apta nata ſunt dici, manifeſtum: ferme enim ſenſibilium vnumquodque tale eſt, vt de nullo prædicetur, niſi vt accidens: dicimus namque aliquando album illud Socratem eſſe, & hoc veniens Calliam. Quod autem & ſurſum tendentibus ſtatur aliquando, rurſus dicemus: nunc vero ſit hoc poſitum. De his igitur non eſt demonſtrare alterum prædicatũ niſi ſecundum opinionem: ſed hæc de alijs: neque quæ ſecundum ſingula de alijs, ſed alia de illis: quæ vero inter media ſunt, planum quod vtroque modo contingunt: namque & ipſa de alijs: & alia de his dicentur: & quaſi rationes & conſiderationes ſunt maxime de his. Oportet itaque propoſitiones circa vnũquodque horum ſic ſumere ſupponentem ipſum primum & definitiones, & quęcũq; propria rei ſũt: deinde poſt hoc quæ cũq; rẽ ſequũtur: ac rurſus quę res ſequitur & quæcunq; nõ cõtingũt ipſi ineſſe: quibus aũt ipſum non contingit nõ eligendũ eo quod cõuertitur priuatiuũ. Diuidenda aũt ſũt & cõſequẽtiũ, quęcũq; in

eo quod quid est: & quæcunq; vt propria, & quæcunq; vt accidẽtia prædicantur. Et horũ qualia ex opinione: & qualia secũdum veritatem: quanto enim pluribus talibus abundauerit quisp̃iam, citius conclusionem assequetur. Quanto autem verioribus, magis demonstrabit. Oportet autem eligere, non quç aliquod sequũtur: sed quæ totã rem sequũtur: quẽadmodũ nõ quid aliquem hominem, sed quid omnem hominem sequitur, per vniuersales namque propositiones fit syllogismus, namq; quũ est indefinitũ, incertum si vniuersalis propositio est, quũ uero definitũ, planum. Similiter autem eligendum, & quæ ipsum sequitur tota, ob dictam causam, ipsum vero consequens non assumendum totum se qui, dico autem veluti hominem omne animal, aut musica scientiam omnem, sed tantum simpliciter sequi, quemadmodum & prætendimus, namque inutile alterum & impossibile, vt omnem hominem esse omne animal, aut iustitiam omne bonũ, sed ex quo sequitur, in illo omni dicitur. Sed quum ab aliquo contineatur subiectum, quod cõsequentia, oportet accipere, quæ sequuntur vniuersale, vel non sequuntur, non eligenda in his, sunt enim in illis accepta, quæcumque enim animal, & hominem sequuntur, & quæcunq; nõ insunt, consimiliter. Quæ uero circa unumquodque propria accipiendum: sunt enim quçdam speciei propria præter genus, necesse namque diuersis speciebus propria quædam inesse. neque igitur vniuersali eligendum, quæ sequitur quod continetur, ut animali quæ sequitur homo: necesse enĩ si hominem sequitur animal, & hæc omnia sequi, conuenẽtiora autem hæc hominis electionis. Assumẽda uerò & quæ vt plurimũ sequũtur, & qnæ cõsequuntur. Problematũ nãque ut pluri

mum

mum & syllogismus ex propositionibus vt plurimum, aut omnibus, aut aliquibus, similis namq; vniuscuiusque conclusio principijs. Amplius quæ omnia sequuntur non eligendum, non enim erit ex ipsis syllogismus, ob quam autem causam in sequentibus erit manifestum.

## Regulæ medij syllogismorum inueniendi, Caput. XXIX.

CONstruere igitur volentibus aliquid de aliquo toto, aspiciẽdum quidem in subiecta eius, quod construitur, de quibus ipsum dicitur, de quo autẽ oportet prædicari. Quæcunq; hoc sequuntur, si namq; horũ aliquid idẽ fuerit, necesse est alterum alteri inesse. Si uero non quod omni, sed quõd alicui, quę sequitur vtrumque, si enim horum aliquid idem, necesse alicui inesse. Quando autem nulli oporteat inesse, cui non est opus inesse, ad sequentia, quod autem oportet non inesse, in quæ non contingunt ipsi inesse, aut econuerso, cui quidem oportet non inesse, quæ non contingunt ipsi inesse, quod autem non inesse, in consequentia, quum enim hæc vtralibet eadem fuerint, nulli cõtingit alteri alterum inesse, fit enim quandoque quidem qui in prima figura syllogismus, quandoque autẽ in media. Quõd si alicui nõ inesse, cui quidẽ oportet nõ inesse, quę sequitur, quod aũt nõ inesse, quę non possunt ipsi inesse, si enim horũ aliquid idẽ sit necesse alicui non inesse. Sed magis fortasse sic erit vnumque dictorum manifestum. Sint enim consequentia a, in quibus b, quæ vero ipsum sequitur, in quibus c, quæ autem non contingunt ipsi inesse, in quibus d. Rursus ipsi e, inexistentia, in quibus f. quæ vero ipsum sequitur, in quibus g, quæ autem non contin-

gunt

gunt ipsi inesse, in quibus b. Si itaque aliquid eorum, quæ c, idē erit alicui eorum, quæ f, necesse est a, omni e inesse, namque f, omni e, a, uero omni c, quare a, omni e. Quòd si c, & g, idem, necesse a, inesse alicui eorum, quæ e, namque a, ipsi c, e autem sequitur omne g. Si vero f, & d, idem, nulli eorū, que e, a, inerit ex pro syllogismo, quoniam enim cōuertitur priuatiuū, & f, ipsi d, idē, nulli eorū, quæ f, inerit a, f, autem omni c. Rursus si b, & h, idē, nulli eorū, quæ e, inerit a, nam b, omni a, nulli vero inerit eorū in quibus e, idē nāq; erat ipsi h, h, aūt nulli e, inerat. Quòd si d, & g, idē a, alicui e, non ineritipsi namq; g, nō inerit a, quoniā neq; ipsi d, g, aūt est sub e. Quare alicui e, non inerit a, si vero ipsi g, b, idem, conuersus fit syllogismus, g, namq; inerit omni a, b, enim omni a, e, vero ipsi b, nā idem erat ipsi g, a, autem omni quidē e, nō necesse inesse, alicui uero necesse eo quòd quæ secūdū partē cum uniuersali prædicatione cōuertitur. Planū itaq; quòd ad prædicta inspiciendum vtriusq; secūdum unum quodq; problema, per hæc enim omnes syllogismi. Oportet autem & cōsequentium & quæ consequitur vtrumq; ad prima & uniuersalia maxime inspicere, ut ipsius e, magis ad K, f, quàm ad f, solum, ipsius autem a, ad K, c, quam ad c, solū. Si enim a, inest K, f, & e, inerit, quòd si non sequitur ex hoc, accidit ipsum f, sequi, consimiliter autem & in quibus ipsum sequitur considerā dum, si enim prima & quæ sub illa sequitur, quod si nō hæc, sed quæ sub hçc accidit. Palam vero & quod per tres terminos ac binas propositiones consideratio, & per prçdictas figuras syllogismi omnes: mostratur namque a inesse omni e, quando eorum, quæ c & f idem aliquid acceptum fuerit, hoc autem

erit

erit medium, extrema uero a, & e, fit itaq; prima figura. Sed alicui quando c, & g, ſumptum ſit, hæc autem vltima figura, medium enim ſit g. Nulli vero quando d, & f, idem, ſic autem & prima figura, & media: prima quidem quòd a, ineſt nulli f, ſi quidem conuertitur priuatiuum f, autem omni e, media uero quoniam d, nulli a, e, autem omni ineſt. Verum alicui non ineſſe, quando d, & g, idem ſit, hoc autem vltima figura a, namq; nulli g, inerit e, vero omni. Planum itaque quòd per prædictas figuras ſyllogiſmi omnes, & quòd non eligendę quæ cumq; omnia ſeqũtur, eo quòd nullus ex ipſis ſit ſyllogiſmus: cõſtruere nã q; pœnitus non erat ex ſequentibus, priuare autem nõ contingit per id quod omnia ſequitur, oportet enim huic quidem ineſſe, illi vero non ineſſe. Manifeſtũ autẽ quod & aliæ conſiderationes eorum quæ ſunt, ſecundum electiones, inutiles ſunt ad faciendũ ſyllogiſmum, quemadmodum ſi conſequentia vtrumque eadem ſunt, aut ſi quæ ſequitur a, & quæ non contingunt ipſi e, aut quot cumq; rurſus non accidit vtriq; ineſſe, non enim efficitur ſyllogiſmus per hæc, namq; ſi conſequentia eadem, vt b, et f, ſit media figura prædicatiuas habens utraſq; ꝓpoſitiones. Si autẽ quę ſequitur a, & quæ non contingunt ipſi e, vt c, & h, prima figura priuatiuam habens propoſitionem, quæ ad minus extremum. Si vero quodcũq; non contingunt utrique, vt d, & h, priuatiuæ ambæ propoſitiones: aut in prima, aut in media figura: ſic autem nullo modo ſyllogiſmus. Sed manifeſtum & qualia eadem accipienda, quæ ſecundum inſpectionem & non qualia diuerſa aut contraria: primum quidem quoniã inſpectio medij gratia: medium uero non diuerſum, ſed idem oportet accipere: poſtea & in

quot

quotcumque accidit fieri syllogismum eo quod fuere accepta cõ
traria, aut non contingentia eidem inesse, in prædictos omnia re-
ducentur modos: veluti si b & f contraria, aut non contingunt ei
dem inesse: erit enim his acceptis syllogismus, quod a contingit
inesse nulli e: sed non ex ipsis, verum ex prædicto modo: nam b
a quidem omni: e vero nulli inerit: quare necesse b idem esse ali-
cui h. Rursus si b & g non contingunt eidem inesse: quod a nõ
inerit alicui e: sic etenim media erit figura: nam b a quidem om-
ni: g vero nulli inerit: quare necesse g alicui eorũ, quæ d idem esse:
namque non contingere b & g eidem inesse, nihil differt, aut g idẽ
esse alcui eorum, quę d: omnia enim accepta sunt in d, non contin
gentia inesse ipsi a. Manifestum igitur quod ex his ipsis inspe-
ctionibus nullus fit syllogismus. Quod si b, & f contraria, ne-
cesse b idem esse alicui eorum, quæ b, & syllogismum per hęc fi-
eri. Accidit itaque ita speculantibus inspicere aliã viã a necessa
ria, propterea quod latet idẽtitas eorũ, quæ b, & eorũ quę b.

## De syllogismis assertorijs ad impossibile, & reliquis ex hypothesi. Cap. XXX.

EOdem autem modo se habent & syllogismi ad impossibi-
le deducentes cum ostensiuis: namque & hi fiunt per con-
sequentia: & quę consequitur vtrumque: & eadem inspe-
ctio in ambobus: quod enim ostensiue monstratur, & per im-
possibile est ratiocinari per eosdem terminos: & quod per im-
possibile & ostensiue, vt quod a nulli e inest: ponatur enim ali-
cui inesse: quoniam igitur b omni a: a vero alicui e, b alicui e
inerit: sed nulli inerat. Rursus quod alicui a inest e: si enim a nul
li e: e vero omni g nulli g inerit a sed omni inerat. Consimiliter

autem

autem & in alijs problematibus: semper enim & in omnibus erit monstratio per impossibile ex consequentibus quæ sequitur vtrumque ac secundum vnumquodque: problema eadem consideratio & ostensiue volenti ratiocinari & ad impossibile ducere: ex eisdem namq; terminis vtræq; demonstrationes. Quemadmodum si monstratum est a inesse nulli e: quoniam accidit & b inesse alicui e, quod impossibile: si acceptum fuerit b inesse quidem nulli: a vero omni: planum itaque quod a inerit nulli e. Rursus si ostensiue ratiocinatum fuerit a inesse nulli e, supponẽtibus inesse per impossibile monstrabitur nulli inexistens: cõsimiliter autem & in alijs: in omnibus enim necesse communẽ aliquem accipere terminum alium â suppositis: ad quem erit falsi syllogismus: quare conuersa hac propositione, altera vero similiter sehabente, ostensiuus erit syllogismus per eosdem terminos. Differt autem ostensiuus ab eo, qui ad impossibile, quoniam in ostensiuo secundum veritatem vtrɋque ponuntur propositiones: in eo autem, qui ad impossibile, solũ vna. Hæc igitur magis erũt manifesta per sequentia, quando de impossibili dicemus, nunc vero tantum nobis sit manifestum, quod ad eadem inspiciẽdũ & ostẽsiue volẽti ratiocinari, & ad impossibile ducere. Sed in aliijs syllogismis, qui ex suppositione, quẽadmodũ quicũque secundum transumptionem, aut secũdũ qualitatẽ in subiectis: non in ijs, quæ á principio, sed in transumptis erit consideratio, modus vero inspectionis idem. Considerare autẽ & diuidere, quot modis, qui ex suppositione, monstratur itaque vnumquodq; problematũ sic. Est autem & alio modo nõ nulla horũ ratiocinari, quemadmodũ vniuersalia per particularem inspectionẽ ex suppositiõe. Si

enim

enim c & g eadem sint, solis vero g accipiatur e inesse, a inesset vtique omni e. Et rursus si d & g eadem, e autem de solis g prædicaretur, quod a, inerit nulli eorum, quæ e. Planũ itaq; quod & sic inspiciendũ. Eodẽ autẽ modo & in necessarijs & cõtingentibus, eadem nãq; consideratio & per eosdem terminos erit ordine eius, quod est contingere & eius quod est inesse syllogismus: accipiendum autem in contingentibus & quę non insunt, sed possunt inesse, monstratum enim est, quod & per hæc fit eius quod est contingere syllogismus, consimiliter autem se habebit & in alijs prædicationibus.

## Quod omnium scientiarum syllogismi superioribus præceptis efficiantur. Cap. XXXI.

PLanum igitur ex dictis non solũ quod accidit per hanc viã fieri õnes syllogismos, sed & quod p aliã impossibile, mõstratũ nãq; est syllogismũ õnẽ per aliquã prędictarum effici figurarũ, hęc autẽ nõ accidit per alia constitui quã p cõsequẽtia, & quæ vnũ quodq; consequitur, ex his enĩ propositiões & medij acceptio, quare neq; syllogismũ accidit per alia fieri. Via igitur de õnibus eadẽ & circa philosophiã, & circa artem qualẽcũq; & disciplinã, oportet enĩ inexistentia & quibus insũt, circa vtrũq; videre: & his quã plurimis abundare atq; hæc per tres terminos considerare, destruentem quidem sic: construentem vero sic, secundum veritatem quidem ex his, quæ secundũ veritatem describuntur inesse, ad dialecticos autẽ syllogismos, ex propositionibus secundum opinionem. Principia autem syllogismorum vniuersaliter quidem dicta sunt, & quomodo se habent, & quomodo oportet ipsa venari, ne aspiamus ad omnia quæ dicun-

tur

tur, neque ad eadem construentes ac destruentes, neque construentes de ōmi aut aliquo, & destruētes ab omnibus aut aliquibus, sed ad pauciora & determinata. Secundùm vero vnūquodq; entiū eligere, vt de bono aut scientia, propria autem secundum vnam quamque sunt plurima. Quare principia quidem quæ secundum vnumquodque sunt, experimenti est tradere, dico autem vt astrologicam experientiam astrologicæ scientiæ, acceptis enim apparentibus sufficienter, ita inuētæ sunt astrologicæ demonstrationes. Consimiliter autem se habet & circa aliā qualemcunq; artem ac scientiā. Quare si accepta fuerint quæ insunt circa vnumquodque, nostrum erit iam demonstrationes propalare. Si enim nihil secūdum historiam derelictum fuerit eorū, quę vere insunt rebus, habebimus de omni, cuius est demōstratio, hanc inuenire & demonstrare: cuius autem non est naturaliter demonstratio, hoc facere manifestū. Vniuersaliter itaq; quomodo opus est propositiones eligere, ferme dictū est, cū diligentia vero percurrimus in negocio circa dialecticam.

## De diuisione & eius syllogismo. Cap XXXII.

QVod autem diuisio per genera parua quædam particula est dictæ methodi, facile est conspicere. Est enim diuisio velut imbecillis syllogismus, quod enim oportet monstrare petitur, ratiocinamur autem semper aliquid superiorum. Primum uero ipsum hoc latuerat omnes vtentes ipsa, & persuadere conabantur, quod esset possibile de substantia demonstrationem fierit & eo quod est quid, quare neque quod contingit ratiocinari diuidentes intellexere, neque quod sic cōtingebat, quemadmodū diximus. In demonstrationibus itaque,

quando opus sit aliquid ratiocinari inesse, oportet medium, per quod fit syllogismus, & minus semper esse, & non vniuersalius prima extremitatum. Diuisio autem contrarium vult, ipsum namq; vniuersale accipit medium. Sit enim animal in quo a, mortale in quo b, & immortale in quo c: homo aut cuius terminum oportet accipere, in quo d, õne igitur animal accipit aut mortale, aut immortale. Hoc autem est, quodcumq; sit aut a, omne esse, aut b, aut c. Rursus hominẽ semper diuidens, ponit animal esse, quare de d, accipit a, inesse, syllogismus itaq; est, quod d, aut b, aut c, omne est quare hominem, aut mortalem, aut immortalem necessariũ esse, animal vero mortale solum nõ necessarium esse, sed petitur, hoc autem est quod oportebat ratiocinari. Rursus ponens a, quidem animal mortale, in quo autem b, pedes habens, in quo vero c, sine pedibus, hominem autem d, consimiliter accipit, a, quidem aut in b esse, aut in c, omne enim animal mortale aut cum pedibus, aut sine pedibus est: a, vero de d, hominem namq; animal mortale esse accipit, quare cum pedibus, aut sine pedibus animal necesse est hominem esse, cum pedibus aut non necesse, sed accipit: hoc autem erat quod oportebat iterum monstrare. Et hoc modo semper diuidentibus, accidit quidẽ ipsis uniuersale mediũ accipere, de quo autẽ oportebat monstrare & differentias extrema, ad finem aũt, quod hoc est homo, vel quodcumq; sit quæsitum nihil dicunt planum, ut necessarium sit. Etenim aliã viam faciunt omnem, neq; contingentes abundantias existimantes esse. Manifestũ autem quod neq; destruere licet hac methodo, neq; de accidente, aut proprio ratiocinari, neq; de genere, neq; in quibus ignoratur vtrũ quod sic se habet, an ne ut

utrum

vtrum diameter cõmensurabilis, aut incõmensurabilis, si enim acceperit quòd omnis longitudo, aut cõmensurabilis, aut incõmensurabilis, diameter autem est lõgitudo, ratiocinatum est quod incommensurabilis, aut commensurabilis est diameter. Si autem in commensurabile quod oportebat ratiocinari sumetur, non ergo est ostendere, uia enim hæc, per hanc aut non est monstrare, incõmensurabile, aut cõmensurabile, in quo a, lõgitudo b, incommensurabile, vel cõmensurabile, diameter. Manifestum igitur quod neq; ad omnẽ considerationem conuenit inquisitionis modus, neq; in quibus maxime videtur decere, in his est vtilis. Ex quibus igitur demonstrationes fiũt, & quodomo & ad qualia inspiciendum secundùm vnumquodque problema manifestum ex dictis.

## De resolutione syllogismorũ in propositiones. Caput. XXXIII.

QVomodo autẽ reducemus syllogismos in prædictas figuras, esset utiq; post hæc dicendũ. Reliquũ enim istud ad huc ex consideratione: si enim syllogismorũ generationẽ specularemur, et inueniẽdi potestatẽ haberemus, amplius aũt factos resolueremus in prædictas figuras, finẽ habere posset, quod a principio propositũ. Accidit autem simul & prius dicta confirmari, & planiora esse, quod ita se habẽt, per ea, quæ nunc dicemus. Oportet enim verũ omne, ipsum sibi ipsi confessum vndecumq; esse. Primũ igitur tentare oportet duas propositiones accipere syllogismi, facilius namq; in maiora quàm minora diuidere, maiora autẽ sunt cõposita, quàm ex quibus cõponũtur. Postea cõsiderare vtra in toto & vtra in parte, etsi nõ

sint ambæ acceptæ, ipsum ponentem alteram, plerumq; nãque uniuersalem proponentes, quod est in hac non accipiunt, neque scribentes, neque interrogantes, aut has quidem proponunt, per quas vero hæ concluduntur, prætermittunt. Alia aũt frustra interrogant. Considerandum itaque si quid superfluum acceptum est, etsi quid ex necessarijs prætermissum fuit, & hoc quidem ponendũ, illud vero aufferẽdum quousque ad duas propositiones quispiam deuenerit, absque enim his none st reducere sic interrogatas rationes. Quarundam igitur facile defectum conspicere, quædam autẽ latent & videntur ratiocinari eo quod necessarium aliquid accidit expositis, ueluti si acceptum fuerit, non substantia sublata, non aufferri substãtiam, sublatis autem, ex quibus est, & quod ex his corrũpi: his enim positis, necessariũ est substãtiæ partẽ substãtiã esse, non tamen per accepta ratiocinatũ est, sed desunt ꝓpositiones. Rursus si homine existẽte, necesse animal esse, & animal substantiã, homine existẽte, necesse substantiã esse, verũ nondũ ratiocinatũ est. Non enim se habẽt propositiones, vt diximus. Decipimur autẽ in talibus, eo quod expositis necessariũ aliquid accidit: quomã et syllogismus necessariũ est: in plus aũt est necessariũ quàm syllogismus: syllogismus enĩ õnis necessariũ: necessariũ vero nõ õne syllogismus.

## De resolutione in terminos. Cap. XXXIIII.

QVare nõ (si quid accidit positis quibusdam) tentandum est statim reducere: sed primo accipiendæ duæ propositiones. Deinde sic diuidendum in terminos: medius autem ponendus terminus, qui in utrisque propositionibus dicitur: necesse enim medium esse in virisque in omnibus figuris. Si itaque

prædi-

figuris, Si itaque prædicetur ac subijciatur medium, aut ipsum quidem prædicetur, aliud autem ab illo negetur prima erit figura: quod si & prædicetur & negetur ab aliquo, media. si autem alia de illo prædicentur: aut hoc quidem negetur: illud vero prædicetur vltima: sic enim se habebit in vnaquaque figura medium. consimiliter & si non vniuersaliter sint propositiones: eadem nã que medij determinatio. Manifestum itaque quoniam in qua ratione non dicitur idem plerũque, quod non fit syllogismus: non enim acceptũ fuit medium. Quoniam autẽ habemus quale problematũ in vnaquaque concluditur figura: & in qua vniuersale & in qua quod in parte, manifestum, quòd non in õnes figuras perspiciendum: sed in propriam cuiuscunque problematis, quæcũq; vero in pluribus cõcludũtur, medij positione, cognoscemus figurã.

## De necessario, & thesi siue positione terminorum Cap. XXXV.

PLerumque igitur decipi accidit circa syllogismos propter necessarium, quemadmodum dictum est prius: aliquãdo autẽ iuxta similitudinem positionis terminorum: quod nõ oportet latere nos: veluti si a de b dicitur, & b de c: videri enim posset ita se habentibus terminis esse syllogismus: non fit autem neque necessarium quippiam, neque syllogismus: sit namque in quo a semper esse, in quo b, intelligibilis Aristomenes: in quo c, Aristomenes: verum itaque a ipsi b ineße: semper enim est intelligibilis Aristomenes, sed & b, ipsi c: Aristomenes: namque est intelligibilis Aristomenes, a vero ipsi c nõ ineßt: corruptibilis enĩ est Aristomenes, nã nõ efficiebatur syllogismus ita se habẽtibus terminis, sed oportebat vniuersaliter a, b, propositionẽ

acceptam fuisse. Hoc autem falsum, existimare omnẽ intelligibilem Aristomonem semper esse, quum sit corruptibilis Aristomenes. Rursus sit in quo quidem c. Miccalus, in quo b, musicus Miccalus, in quo a, corrumpi cras, verũ igitur b, prædicari de c, nã miccalus musicus miccalus, sed & a, de b, corrũpi enim posset cras musicus miccalus: a vero de c, falsum, hoc igitur idẽ est ei, quod prius, non enim verum vniuersaliter, miccalus musicus quod corrumpitur cras, hoc autem non sumpto non erat syllogismus. Hęc itaq; deceptio fit eo, quod penè, tanquã enĩ nihil differat dicere hoc huic inesse, aut hoc huic õni inesse cõcedimus.

## De reciproca reductione syllogismorum vnius figuræ in aliam. Caput XXXVI.

FRequenter autem mentiri accidet iuxta id quod non bene exponuntur termini, qui sunt secundũ propositionẽ: vt si a, sit sanitas, in quo b, morbus, in quo uero c, homo. Verũ enim dicere quod a, nulli b, contingit inesse, nullinãq; morbo sanitas inest, & rursus quod b, õni c, inest, õnis enim homo susceptiuus est morbi, uideri posset accidere nulli homini contingere sanitatem inesse. Huius autem causa est, non bene expositos fuisse terminos secundum dictionem, quoniam si transumptantur, qui sunt secundum habitudines, non erit syllogismus: ut pro sanitate, si positum fuerit sanum, pro morbo autem morbidum, nõ enim uerum, quod non contingit morbido sanum inesse, hoc autem non accepto, non fit syllogismus, nisi eius, quod est contingere, hoc uero non impossibile, contingit enim nulli homini inesse sanitatem. Rursus in media figura consimiliter erit falsum, sanitatem namque morbo nulli, homini uero omni contingit

gitineſſe: quare nulli homini ægritudinem. In tertia autem figura ſecundum contingere accidit, falſum namque & ſanitatem & morbum & ſcientiam & ignorantiam & omnino omni contraria eidem contingit ineſſe, ſibi autem inuicem impoſſibile, hoc autem confeſſum in prædictis, quando enim eidem contingerent plura ineſſe, contingebant & ſibi inuicem. Planum igitur quòd in omnibus his deceptio fit iuxta terminorum expoſitionem, ſi enim tranſumpti fuerint, qui ſunt ſecundum habitudines, nullum efficitur falſum. Manifeſtum igitur quod ſecundum tales propoſitiones ſemper quod ſecundum habitudinẽ pro habitudine tranſumendum, & ponendum terminum.

## De ecthefine expoſitione terminorum compoſitorũ, & obliquorum ſyllogiſmis. Cap. XXXVII.

NOn oportet autem ſemper quærere, ut terminos nomine exponamus, plerumque enim erunt orationes: quibus nõ eſt poſitũ nomen: quapropter difficile eſt reducere tales ſyllogiſmos. Aliquando autem & decipi accidet ob talem inquiſitionem: ut quòd immediatorum eſt ſyllogiſmus. Sit a, duo recti: in quo b, triangulus: in quo c, equicrus. Ipſi itaque c, ineſt a per b, ipſi uero b, non amplius per aliud: per ſe namque triangulus habet duos rectos: quare non erit medium ipſius a, b, quum ſit demonſtrabile. Manifeſtum enim quòd medium non ita ſemper ſumendum, ut hoc aliquid, verum aliquando & orationem: quod accidit, & in eo quod diximus. Quòd autem inſit primum medio, & hoc extremo, non oportet accipere, tanquam quæ ſemper de ſe inuicem prædicentur, ſimiliter aut & primũ de medio: & hoc de vltimo, & in eo quod eſt

non ineſſe conſimiliter, ſed quot modis eſſe dicitur & verum dicere ipſum hoc, tot modis exiſtimare oportet ſignificare et ineſſe, veluti quod contrariorum eſt vna ſcientia. Sit enim a, unam eſſe ſcientiam, contraria inter ſe in quo b: a, itaq; ipſi b, ineſt, nõ tanquam contraria vnam eſſe ipſorum ſcientiam, ſed quod verum de ipſis dicere, vnam eſſe ipſorum ſcientiam. Accidit autem quandoq; de medio primum dici, medium vero de tertio non dici. Quemadmodum ſi ſapientia eſt ſciencia, boni autem eſt ſapiẽcia, concluſio quod boni eſt ſcientia, bonum quidem ſane nõ eſt ſcientia, ſapientia autem eſt ſcientia, quandoq; vero medium de tertio dicitur. Primum autem de medio non dicitur, quemadmodum ſi omnis qualis eſt ſcientia vel contrarij, bonum autem & cõtrarium & quale, concluſio quidem quod boni eſt ſcientia, non eſt autem bonum ſciẽtia, neque quale, neque contrarium, ſed bonum hæc. Eſt autem quando neq; primũ de medio, neq; hoc de tertio, quum primum de tertio aliquando dicatur, aliquando non dicatur: veluti ſi cuius eſt ſcientia, huius eſt genus, boni autem eſt ſcientia, concluſio quod boni eſt genus, prædicatur autem nullum de nullo. Si vero cuius eſt ſciẽtia, genus eſt hoc, boni autem eſt ſcientia, concluſio quod bonum eſt genus, de extremo igitur prædicatur primum, de ſe inuicem aũt non dicũtur: eodem autem modo & in non ineſſe accipiendũ, non enim ſemper ſignificat non ineſſe hoc huic nõ eſſe hoc, hoc. Sed aliquãdo non eſſe hoc huius, aut hoc huic: vt quod non eſt motionis motio, vel generationis generatio, voluptatis autem eſt, non igitur voluptas generatio, aut rurſus quod ipſius riſus eſt ſignum, ſed ſigni non eſt ſignum, quare riſus non eſt ſignum: conſimiliter &

in

in alís, in quotcũq; tollitur problema eo quód ad ipſum quodãmodo dicitur genus. Rurſus quód tempora non ſunt tempus opportunũ, deo enim ſunt tempora, non aũt eſt tempus opportunũ, eo quod nihil deo vtile. Terminos namque ponendum tempora, & tempus opportunũ, & deum, propoſitionẽ vero accipiendum ſecundum nominís caſum, ſimpliciter enim dicimus hoc de omnibus, quod terminos ſemper ponendum ſecundum vocationes nominum, ut homo, aut bonum, aut contraria non hominís, aut boni, aut contrariorum, propoſitiones autem accipiendũ ſecundum vniuſcuiuſque caſus, vel enim quoniam huic, ut ęquale, aut quoniam huius, ut duplum, aut quoniam hoc, vt uerberans aut videns, uel quoniam hic, vt homo animal, vel ſi aliquo modo aliter cadit nomen ſecundum propoſitionem. Ineſſe autem hoc huic & verificari hoc de hoc, tot modís accipiendum, quot modís prædicamenta diſtincta ſunt & hæc, aut aliquo modo, aut ſimplibiter. Amplius ſimplicia, aut complicita, conſimiliter autem & non ineſſe, uerum conſiderandum hæc, ac diſtinguendum melius.

## De anadiploſi & theſi ſyllogiſmorum, hoc eſt, de geminatione & poſitione. Cap. XXXVIII.

REduplicatum autem in propoſitionibus ad primum extremum ponendum: non ad medium, dico autem quoniam ſi fieret ſyllogiſmus, quód iuſticiæ eſt ſcientia: quoniam bonum hoc quod eſt quoniam bonum, vel in quantum bonum ad primum ponendum. Si enim a, ſcientia quoniam bonum in quo b, bonum, in quo c, iuſtitia: a, itaque verũ de b, prædicare: boni enim eſt ſcientia quoniam bonũ: ſed & b, de c: iuſtitia enim quod

dam

dã bonũ: ita igitur fit resolutio. Si vero ad b, positũ fuisset hoc, quod est: quoniam bonum non erit: a namque de b, verum erit: b autem de c, non verum: bonum enim quoniam bonum prædicare de iustitia falsum & non intelligibile. Similiter itaque & si sanabile demonstraretur quod est scibile inquantum bonũ, aut hirco cervus opinabile inquantum nõ ens, aut homo corruptibile inquantum sensibile: in omnibus enim super prædicatis ad extremũ reduplicationẽ ponendum. Non est autem eadem terminorum positio: quando simpliciter aliquid ratiocinatũ fuerit, & quãdo hoc aliquid, aut quo aut quomodo. Dico autem quẽadmodum quando bonũ scibile monstratum fuerit: & quando scibile quid, quoniam bonũ. Verum si simpliciter scibile monstratũ fuerit, medium ponendum ens: si autem quoniam bonum, hoc quod est, aliquod ens. Si enim a, scientia quoniam ens: in quo b, ens aliquod, in quo c, bonum. Verũ itaque a de b, prædicare: erat enim sciẽtia alicuius entis, quoniã aliquid ens: sed & b, de c, quod enim in quo c, ens aliquod: quare & a de c. Erit igitur sciẽtia boni quoniam bonum: nãque aliquod ens erat propriæ substantiæ signũ, si vero ens medium positum fuisset: & ad extremũ ens simpliciter, & non dictũ esset aliquod ens: non esset vtique syllogismus, quod est scientia boni quoniam bonũ, sed quoniam ens: vt si sit in quo a, scientia quoniam ens: in quo b, ens, in quo c, bonum.

## Pro debita resolutiõe præcepta. Cap. XXXIX.

Manifestum igitur quod in syllogismis qui in parte ita accipiendi sunt termini. Oportet autem & transumere quæ idem possunt nomina pro nominibus, & orationes pro orationibus, & nomen & orationem: & semper

pro

pro oratione nomẽ accipere. Facilior nãq; terminorũ expositio: quemadmodum si nihil differat dicere susspicabile nõ esse genus opinabilis: aut opinabile non esse quod susspicabile quid: idẽ enim significatũ: pro dicta oratione, susspicabile & opinabile termini ponendi. Quoniã uero non est idẽ uoluptatem esse bonũ, & uoluptatẽ esse ipsum bonum, non similiter ponẽdi termini: sed si est syllogismus quod uoluptas bonũ, terminũ ponendũ quod bonũ: si autẽ quod bonũ, bonũ consimiliter & in alijs. Non est autem idẽ neq; esse, neq; dicere, quod cui b, inest, huic omni a, inest: & dicere cui õni b, inest: & a, omni inest: nihil enim prohibet b, ipsi c, inesse: nõ aũt omni: ut sit b, honestũ quid: c uero albũ: si igitur albo alicui inest honestũ quid, uerũ dicere, quod albo inest honestum, sed non õni fortasse: si itaq; a, inest ipsi b, non õni aũt de quo b, neq; si b, omni c, neq; si solũ inest: necesse a, non quod non omni, sed neq; inesse c. Si aũt de quocũq; b, uere dicatur: huic omni inest a, accidet a, de quo omni b, dicitur, de hoc omni dici: si tamen a, dicitur de quo utiq; b, dicatur de omni, nihil prohibet b, inesse ipsi c, non omni autem ipsum a, aut omnino non inesse. In tribus itaq; manifestũ, quod de quo b, omni a, dici: hoc est de quotcũque b, dicitur de omnibus dici & a, & si b, de omni: & a itidem: si uero non de omi, non necesse a, de omni. Non oportet autem existimare, penes id quod exponimus aliquid, accidere absurdũ, nihil enim utimur eo quod est hoc aliquid esse: sed quemadmodum geometra pedalem & rectam hanc & sine latitudine dicit: quæ non sunt: uerum non sic utitur tanquam ex his ratiocinãs: omnino enim, quod non est ut totum ad partem, & aliud ad hoc, ut pars ad totum ex nullo talium monstrat ipse monstrans

neque

neque fit syllogismus, expositione vero sic utimur, vt sentiat qui discit discentes, non enim sic tanquam quod sine hoc demonstrari nonp ossit, quemadmodum ex quibus syllogismus. Non lateat autem nos quòd in eodem syllogismo non omnes conclusiones per vnam figuram sunt, verum hæc per hanc, illa uero per aliam. Planũ igitur quòd & resolutiones ita faciendum. Quoniã autem non omne problema in omni figura, sed in vnaquaque ordinate, manifestum ex conclusione in qua figura quærẽdum, & ex rationibus quę sunt ad definitionem quæcunq; ad vnum aliquid redarguunt eorum quæ sunt in definitione ad quod redargutum est, ponendum terminum, & non totam rationem, accidet enim minus conturbari propter longitudinem, quemadmodum si aquam monstrauit, quoniam humidum potabile, potabile & aquam terminos ponendum.

## De resolutione syllogismorũ ad impossibile, et ex Hypothesi. Caput. XL.

AMplius autem ex suppositione syllogismos non est tentandum reducere, non enim est expositis reducere, namq; non sunt ostensi per syllogismũ, sed ad placitum confessi omnes, quemadmodum si supponens, si vna quædam potẽtia nõ sit contrariorum, neque scientiam vnam esse, postea disputatum sit, quod non est vna potentia contrariorum, ut si sanabilis & ægrotabilis, simul enim idem erit sanabile & ęgrotabile, quòd itaq; non est vna omniũ contrariorũ potẽtia, monstratũ est: quòd autem scientia non est, non fuit monstratũ, atqui confiteri necessariũ, sed non ex syllogismo, verum ex suppositione, hanc igitur non est reducere: quòd autẽ nõ vna est potẽtia, sic enim fortas-

se

se & syllogismus esset: illud uero suppositio. Similiter autem & in ijs qui per impossibile concluduntur, neque enim hos est resoluere: sed ad impossibile abductionem est, syllogismo namq; monstratur: alterum uero non est, ex suppositione enim concluditur: differunt autem à prædictis, quoniam in illis quidem oportet præconfiteri, si debet assentiri, quemadmodum si monstrata fuerit una contrariorum potentia & scientiam eandem esse, hic autem & non præconfessi concedunt, eo quod manifestũ est falsum, ueluti si posita fuerit diameter commensurabilis, imparia æqua esse paribus, multi uero & alij concluduntur ex suppositione, quos oportet considerare & notare pure, quæ igitur sint horum differentiæ, & quot modis fit quod est ex suppositione, postea dicemus, nunc autẽ tãtũ sit nobis manifestũ, quod nõ est resoluere talis syllogismos in figuras, & ob quã causã diximus.

## De reciproca reductione syllogismorum unius figuræ in aliam. Cap 41.

QVæcũque uero problematum in pluribus monstrantur figuris, si in altera ratiocinatum fuerit, est reducere syllogismum in alteram, quẽadmodum priuatiuũ qui est in prima, in secũdã: & eum qui est in media in primam: non omnes autẽ sed quosdam, manifestum uero erit in sequentibus. Si enim a nulli b, b autẽ omni c, a nulli c, sic igitur prima figura. Si autem priuatiua cõuersa fuerit media erit, nam b nulli a, omni uero c inest. Similiter autem & si non uniuersaliter, sed in parte syllogismus sit, ut si a quidem nulli b: b uero alicui c, conuerso enim priuatiuo, media erit figura. Syllogismorum uero, qui in secunda, uniuersales quidem reducentur in primam: eorum autem qui in parte

alter

alter solus. Sit enim a, b, quidem nulli c, vero omni inexistens, conuerso igitur priuatiuo prima erit figura, nam b, nulli a, a vero omni c, inerit. Si vero prædicatiuum sit ad b, priuatiuum autem ad c, primum terminum ponendum c, hoc enim nulli a, a vero omni b, quare c, nulli b, & b, igitur nulli c, nãq; cõuertitur priuatiuum Si autem in parte syllogismus: quando priuatiuũ quidem sit ad maius extremum, reducetur ad primã, vt si a, nulli b, c vero alicui: conuerso enim priuatiuo prima erit figura: nam b, nulli a, a vero alicui c, sed quum prædicatiuum, non resoluetur: ueluti si a, b, quidem omni: c, vero nõ omni: neque enim suscipit conuersionem a, b, neque cum sit, erit syllogismus. Rursus qui in tertia figura, non omnes resoluentur in primam: qui vero in prima, omnes in tertiam. Insit enim a, omni b: b, autem alicui c, ergo quoniam conuertitur & prædicatiuum in parte, inerit c, alicui b, a uero õni inerat: quare efficitur tertia figura, & si priuatiuus syllogismus sit, consimiliter: conuertitur enim prædicatiuum in parte: quare a, nulli b, c uero alicui inerit. Syllogismorum autem qui in vltima figura, vnus solus non resoluitur in primam: quando priuatiuum fuerit non vniuersaliter positum: alij vero omnes resoluuntur: prædicentur namq; a, & b, de omin c, igitur c, conuertetur in parte adverumq; : inest ergo alicui b, quare erit prima figura, si a, quidem omni c, c vero alicui b: etsi a, quidem omni c, b autem alicui, eadem ratio: conuertitur enim c, ad b. Si uero b, omni c: a autem alicui c, primum terminum ponendum b: b, namque omni c, c uero alicui a: quare b alicui a: sed quoniam conuertitur quod in parte & a, alicui b, inerit: & si priuatiuus syllogismus terminis existentibus vniuersa-

liter

liter similiter accipiendum: insit enim b, omni c, a vero nulli: ergo alicui b, inerit c, a autem nulli c, quare erit medium c. Similiter autem & si priuatiuum quidem vniuersaliter: prædicatiuum vero in parte, namq; a, nulli c, c vero alicui b, inerit. Quòd si in parte acceptum fuerit priuatiuum, non erit resolutio, vt si b, omni c, a vero alicui non insit. Conuerso enim b, c vtræque propositiones erunt secundum partem. Manifestum autem & quod ad resoluendas figuras in se inuicem, propositio, quæ ad minus extremum cõuertenda in vtrisq; figuris, hac. n. transposita, trãsitio efficiebantur. Eorum vero qui in media figura: alter quidem resolutur, alter autẽ non resolutur in tertiam, quando. n. quod vniuersale priuatiuum sit, resolutur. Si enim a, nulli b, c vero alicui, vtraque similiter conuertuntur ad a, quare b, quidem nulli a, c autẽ alicui, medium igitur a. Sed quando a, omni b, ipsi vero c, alicui non insit, non erit resolutio, neutra. n. propositionũ ex conuersione vniuersalis, qui autẽ ex tertia figura resoluentur in mediã, quando priuatiuũ sit uniuersale. Vt si a, nulli c, ipsum autem b, alicui aut omni, namque & c, a quidem nulli, ipsi vero b, alicui inerit. Quòd si in parte sit priuatiuum, non resoluetur, non. n. suscipit conuersionem negatiuum in parte. Manifestũ igitur quod ijdem syllogismi non resoluuntur in his figuris, qui neq; in primam resoluebantur. Et quod quum syllogismi in primam reducantur figuram, isti soli per impossibile concluduntur: quomodo igitur oportet syllogismos reducere, & quòd resoluũtur figuræ in se inuicem, planum ex dictis.

## De syllogismis infinitis & regulis consequentiarum. Cap. XLII.

Differt

Differt autem aliquid in constituendo ac destruendo existimare, aut idem, aut diuersum significare, non esse hoc & esse non hoc, ut non esse album & esse non album, neque.n. idem significant, neque est negatio eius, quod est esse album, hoc quod est, esse non album, sed non esse album. Hęc autem huius ratio, namque similiter se habet potest ambulare & potest non ambulare, ei quod est, est album: ad hoc quod est, est non albũ, & scit bonũ ad scit non bonum, nam scit bonum, aut est sciens bonũ nihil differt: neq; potest ambulare, aut est potẽs ambulare, quare & opposita non potest ambulare, non est potens ambulare. Si igitur non est potens ambulare, idem significat, & est potẽs non ambulare vel non potest ambulare, eadẽ vtiq; simul eidẽ inerunt, idem enim potest & ambulare, & non ambulare, & est consultus boni & non boni, affirmatio autem & negatio oppositæ non insunt simul eidem: quemadmodum igitur non est idẽ, non scire bonum & scire non bonum, neque esse non bonum & non esse bonum idem. Eorum enim quæ proportionem habent inter se, si altera sint diuersa & altera, neque esse non æquale, & non esse æquale, huic enim subijcitur aliquid existenti non æquali, & hoc est inæquale, illi uero nihil, quocirca æquale quidem aut inæquale non omne, æquale autem, aut non æquale omne. Amplius est non album lignum, & non est album ligmũ, non simul sunt, si enim est lignum, non album erit lignum, quod autem non est album lignum, non necesse est lignum esse. Quare manifestum quòd non est eius, quod est, est bonum, negatio, est non bonũ. Si itaque de omni vno, aut affirmatio, aut negatio vera, si non est negatio, planum quòd affirmatio quodammodo esse

posset,

posset, affirmationis vero omnis negatio est, & huius igitur non est non bonum. Habent autem ad se inuicem ordinẽ hunc. Sit esse quidẽ bonũ in quo a, non esse bonũ in quo b, esse nõ bonũ in quo c, sub b, non esse nõ bonum in quo d, sub a, omni itaq; inerit aut a, aut b, & nulli eidẽ & aut c, aut d, et nulli eidẽ, & cui c, necesse, b õni inesse. Si enim verũ dicere quòd est non albũ, & quòd non est albũ, verũ, impossibil e enĩ simul esse albũ, & nõ esse albũ, aut esse lignũ albũ nõ & esse lignũ, albũ quare si nõ affirmatio, negatio inerit: c, vero ipsi b, non semper, quod enim omnino non lignum, neq; lignum erit, neq; albũ, ecõuerso igitur d, omni cui a, namq; aut c, aut d. Quoniam vero non possunt simul esse non albũ & esse album d, inerit, de existente enim albo d, uerum dicere d, quod non est non album: de d, autem a, nõ omnino: namq; de eo, quod penitus non est lignũ, non verũ dicere, quod est lignum, album: quare d, verum: a autem non verum quoniam est lignum albũ. Planũ vero quod & a, c nulli eidem, & b, & d, contingit alicui eidem inesse. Similiter autem se habebunt & priuationes ad prædicationes hac positione, æquale in quo a, nõ æquale in quo b, inæquale in quo c, non inæquale, in quo d, in pluribus autem, quorum his quidem inest: illis uero nõ inest, idem: negatio quidem similiter verificari posset, quod nõ sunt alba omnia, aut quod non est album vnumquodq;, quod autẽ est non album vnumquodque, aut omnia sunt nõ alba, falsum est. Similiter autem & eius quod est, est omne animal album, non hoc quod est, est non album omne animal negatio: ambæ enim falsæ: sed non est omne animal albũ. Quoniam vero manifestum quod diuersum significat, est non album & nõ est al-

album:& illud quidem affirmatio:hoc autem negatio: manifestum quod non est idem modus ostẽdendi vtriunque, ut quoniam quodcunque sit animal non est album, aut contingit non esse album:& quod uerum dicere non album:hoc enim est esse non album,sed eo,quodcumque sit album,verum est dicere album,siue non album idem modus. Constructiue enim ambo per primã monstrantur figuram:uerum enim & esse similiter ordinantur: eius enim quod est uerum dicere album, non hoc quod est verum dicere non album negatio, sed hæc non est uerum dicere album:si itaque verum est dicere,quodcumque sit homo, musicũ esse,aut non musicum esse,quodcumque sit animal accipiendum, aut esse musicum, aut esse non musicum,& ostensum est: non esse autem musicum quodcũque sit homo destructiue monstratur secũdum dictos tres modos. Simpliciter autem quando sic se habent a,& b,vt simul quidem eidem non contingãt:omni autem ex necessitate alterum:& rursus c,ad d,similiter: sequitur autem ex c,a& non conuertitur:& ex b,d sequetur & non cõuertetur:& a,& d,contingunt eidem:b vero & c,non contingunt. Primum igitur,quòd ex b,sequitur d,hinc manifestum: quoniam enim ex c, d,alterum ex necessitate omni,cui autem b, nõ contingit c eo quòd simul infert a,a vero & b,non contingũt eidem,planum quod d,sequetur b. Rursus quoniam c, non conuertitur cum a,omni autem c aut d contingit a & d idem inesse: b vero & c non contingit,eo quòd a consequitur ex c,accidit enim quoddam impossibile, manifestum igitur quod neque b cum d,conuertitur,quoniam accidit simul d,& a,inesse. Accidit autem quandoque & in tali terminorum ordine decipi, eo quod nõ

recte

recte accipiũtur oppoſita, quorum alterũ neceſſe eſt ōni ineſſe, quemadmodum ſi a, & b, non contingunt ſimul eidem, neceſſe autem alterum ineſſe cui non alterum. Et rurſus c, & d, conſimiliter, ex quo autem omni c, ſequatur a: accidet enim cui d, ipſum b, ineſſe ex neceſſitate, quod eſt falſum. Sit enim accepta negatio eorum quæ a, b quæ eſt in quo f, & rurſus eorum quæ c, d quę eſt in quo b, neceſſe igitur omni aut a, aut f, aut enim affirmationem aut negationem, & iterum vel c, vel b, affirmatio namque & negatio, & cui c, omni, ſuppoſitum fuit a, quare b, cui omni f. Rurſus quoniam eorum quæ f, b, omni alterum, & eorum quæ b, d, conſimiliter, ſequitur autem ex f, b, & ex d, ſequetur b, hoc enim ſcimus: ſi igitur ex c, a & ex d, b hoc autem falſum, econuerſo enim erat in ſic ſe habentibus conſequentia, non enim fortaſſe neceſſarium omni a, aut f, neque f, aut b, non enim f, eſt negatio ipſius a, nam boni negatio non bonum, non eſt autem idem non bonum ei, quod eſt neque bonum, neque non bonum. Similiter autem & in c, d: negationes enim acceptæ duæ ſunt.

## SECVNDI PRIORVM ANALYTI-corum Ariſtotelis: qui ſyllogiſmi plura concludunt. Cap. 1.



IN quot igitur figuris, & per quales et quot ꝓpoſitiones, & quãdo et quomodo fit ſyllogiſmus, amplius aũt inqualia aſpiciendũ deſtruẽti ac cõſtruẽti, et quomodo oportet quærere de ꝓpoſito ſecundũ qualẽcunq; methodum, amplius autem per qualem viam accipiemus principia

de singulis, iam transegimus. Sed quoniã alij syllogismorũ vniuersales sunt, alij secundũ partẽ, vniuersales oẽs semper plura ratiocinantur, ex ijs vero qui in parte, affirmatiui quidem plura, negatiui autẽ conclusionem solam. Aliæ namq; propositiones conuertuntur, priuatiua vero non conuertitur. Conclusio autem aliquid de aliquo est, quare alij quidẽ syllogismi plura ratiocinãtur: quemadmodũ si a, monstratũ est omni b, aut alicui, & b, alicui a, necessariũ inesse, & si a, nulli b, & b nulli a, hoc autem diuersum a præcedenti. Si vero a, alicui non insit b, non necesse & b, alicui a, non inesse: contingit enim omni inesse. Hæc itaque communis omnium causa & eorum qui vniuersaliter, & eorum qui secundum partem. Est autem de vniuersalibus & aliter dicere, quæcunque enim aut sub medio sunt, aut sub conclusione, omnium erit idem syllogismus, si hæc in medio, illà in conclusione posita fuerint: vt si a, b cõclusio per c, quæcũque sub b, aut c, sunt necesse de õnibus dici a, si enim d, in toto b, b vero in a, & d, erit in a. Rursus si e in toto c, c aũt in a, & e in a, erit, cõsimiliter, etsi priuatiuus sit syllogismus. In secunda aũt figura, quod sub conclusione solũ erit ratiocinari, veluti si a nulli b, c aũt omni, cõclusio quod b, nulli c, si igitur d, sub c est, planũ quod b, nõ inest ipsi. Iis vero quæ sub a, quod b, non inesb, nõ manifestũ per syllogismũ, atqui non inest b, ipsi e, si est sub a, sed b, quidem inesse nulli c, monstratum est per syllogismũ, ipsi vero a, non inesse, indemonstratum sumptum est, quare non propter syllogismũ accidit b, nõ inesse ipsi e. In his vero quæ sunt in parte eorũ quidem quæ sub conclusione sunt non erit necessariũ, non enim fit syllogismus quãdo hæc accepta fuerit in parte: eorũ vero, quæ sub

medio,

medio, erit omnium, verum tamẽ nõ per syllogismũ, vt si a omni b: b vero alicui c, eius enim, quod sub c positum est, non erit syllogismus, eius vero quod sub b erit, sed non propter antea factum. Similiter autem & in alijs figuris, eius enim quod sub conclusione est, non erit: alterius vero erit, veruntamen non propter syllogismum, sed quemadmodum & in vniuersalibus ex indemonstrabili propositione quæ sub medio erunt, monstrabantur: quare neque ibi erit, aut & in his.

Quòd ex falsis in prima figura verum colligatur. Cap. II.

EST itaque ita se habere, vt vtrç propositiones, per quas syllogismus, est autem vt falsæ, est vero vt hæc quidem vera, illa autem falsa: conclusio autem aut vera, aut falsa ex necessitate: ex veris igitur non est falsum ratiocinari, ex falsis autẽ est verum non tamen propter quid, sed quia: eius enim quod est propter quid non est ex falsis syllogismus, ob quam vero causam, in sequentibus diceturr. Primum ergo quod ex veris nõ possumus falsum ratiocinari, hinc manifestum: si enim a existente necesse est b, esse b non existente, necesse est a non esse: si igitur verũ est a, necesse est b verum esse, aut accidet idem simul esse, & non esse hoc autem impossibile. Non autem quoniam positus est a vnus terminus existimetur contingere vno aliquo existente ex necessitate aliquid accidere, non enim possibile, quod enim acidit ex necessitate, conclusio est, per quç autẽ hoc fit ad minus, tres sunt termini: bina vero interualla & propositiones, si itaque verum est cui b inest ipsum a omni: cui autem c, ipsum b: cui c necesse est a inesse, & non potest hoc falsum esse, simul enim inerit idem & non inerit: a igitur tanquam vnum ponitur duæ propositio-

nes ſimul acceptæ. Conſimiliter autem & in priuatiuis ſe habet, nõ enim eſt ex ueris monſtrare falſum. Ex falſis aũt uerũ eſt ratiocinari, & utriſq; propoſitionibus exiſtẽtibus falſis & una, hac aũt non utralibet contingit, ſed ſecũda, ſi totã accipiat falſam, ſi uero non tota accipiatur, eſt utralibet. Fit enim a, toti c, inexiſtẽs, eorũ aũt quæ b, nulli, neq; b, ipſi c, contingit aũt hoc, ut nulli lapidi animal & lapis nulli homini. Si igitur acceptũ fuerit a, omni b, & b, omni c, a omni c, inerit, quare ex utriſq; falſis uera concluſio, õnis enim hõ animal. Similiter aũt & priuatiuũ, eſt enim a, & b, nulli c, ineſſe a, tamen omni b, ueluti ſi eiſdẽ acceptis terminis, mediũ poſitum fuerit homo, lapidi enim, nec animal, nec hõ nulli ineſt, animal uero omni homini quare ſi cui quidem omni ineſt accipit nulli ineſſe, cui uero nõ ineſt, omni ineſſe ex falſis utriſq;, uera erit concluſio. Similiter autem monſtrabitur & ſi ad aliquid falſa utraq; accepta fuerint. Quòd ſi altera falſa poſita fuerit, prima exiſtente tota falſa, ut ipſa a, b non erit concluſio uera, ipſa uero b, e erit: dico autẽ totã falſam contrariam, ut ſi nulli inexiſtẽs, omni acceptũ fuit, aut ſi omni, nulli ineſſe. Sit enim a, b, nulli inexiſtẽs b, uero c, omni, ſi b, c quidem propoſitionẽ ueram accepero a, b aũt totam falſam, & a, ineſſe omni b, impoſsibile concluſionẽ ueram eſſe, nulli enim inerat a, eorum quæ c, ſi quidẽ cui b, nulli ipſum a, b uero omni c. Conſimiliter autem neque ſi a, omni b, ineſt, & b, omni c, accepta uero eſt b, c propoſitio uera a, b autẽ falſa tota, & a, nulli eorũ quibus b, concluſio falſa erit, omni enim c, inerit ipſum a, ſi quidem ipſum a, omni cui b, b uero omni c. Planum igitur quod ſi prima tota accipiatur falſa, ſiue affirmatiua, ſiue priuatiua, altera au-

tem

tem vera non fit vera conclusio. Quũ uero non tota accipitur, falsa erit, si enim a, inest omni c, alicui autem b, b uero omni c, ut animal cygno quidem omni, albo autem alicui: album vero omni cygno. Si acceptum fuerit a, omni b, & b, omni c, a õni c, inerit vere, omnis enim cygnus animal. Similiter etsi priuatiuũ sit a, b accidit enim a, b quidem alicui inesse: c, vero nulli: b, autem omni c, vt animal alicui albo, niui autem nulli, album vero omni niui. Si itaque acceptum fuerit a, nulli b, b uero omni c, a nulli c, inerit. Quòd si a, b propositio tota accepta fuerit uera b, c autem tota falsa, erit syllogismus verus. Nil enim prohibet a, b & c, omni inesse b, autem nulli c, ut quæcumq; eiusdem generis species non subalternæ, animal enim & equo & homini inest, equus uero nulli homini. Si itaque acceptum fuerit a, omni b: & b, omni c, uera erit conclusio, falsa tota existẽte b, c propositiõe. Consimiliter aũt & priuatiua existente a b, propositione: cõtingit enim a, neque b, nec q̃ c, nulli, inesse & b, nulli c, ut ex alio genere speciebus diuersum genus. Animal enim neque musicæ, neque medicinæ, inest, neque musica medicinæ. Si igitur acceptum fuerit a, nulli b, uero õni c, uera erit conclusio Et si b, c nõ tota falsa, sed ad aliquid: & ita erit cõclusio uera. Nihil enim prohibet a, & b, & c, toti inesse b, tamen alicui c, ut genus speciei a, c differentiæ, animal enim omni homini & omni pedestri: hõ uero alicui pedestri & nõ omni. Si igitur a, õni b, & b, õni c acceptũ fuerit a, õni c, inerit, q̃ erat verũ: similiter aũt & priuatiua existẽte a, b ꝓpositiõe: cõtingit enim a, nec b, nec c, nulli inesse b tamen alicui c vt genus ex alio genere speciei & differẽtiæ animal enĩ neque prudentiæ vlli inest, neque speculatiuę, pruden-

tia uero alicui ſpeculatiua. Si igitur acceptum fuerit a, nulli b, b autem omni c, a inerit nulli c, hoc autem erat verum. In ſyllogiſmis uero qui in parte, contingit & prima propoſitione tota falſa, altera autem uera, concluſionem veram eſſe, & prima exiſtente ad aliquid falſa, & hac quidem uera, illa autem quæ in parte falſa: & utriſque falſis: nihil enim prohibet a, nulli quidem b, ineſſe: c uero alicui, & b, alicui c, veluti animal nulli nivi: albo autem alicui ineſt, & nix albo alicui. Si igitur medium poſitum fuerit nix primum autem animal, & acceptum fuerit a, toti b, ineſſe, b uero alicui c, a b, quidē tota falſa b, c autē uera, & concluſio nera. Conſimiliter autē & priuatiua exiſtente a, b propoſitione, accidit enim a, toti b, ineſſe c, uero alicui nō ineſſe b, tamen alicui c, ineſſe: ut animal, homini quidē omni ineſt: ex albo aūt aliquo nō ſequitur: homo aūt alicui albo ineſt. Quare ſi medio poſito homine: accipiatur a, nulli b, ineſſe, b aūt alicui c, ineſſe, uera erit concluſio, falſa exiſtente a, b propoſitione tota. Etſi ad aliquid falſa: a b, ꝓpoſitio, erit cōcluſio vera nihil enim ꝓhibet a, & b, & c, alicui ineſſe. Et b, alicui c, ineſſe, quēadmodū animal alicui honeſto & alicui magno, et honeſtū alicui magno ineſſe. Si igitur acceptū fuerit a, omni b, & b, alicui c, a b quidē propoſitio ad aliquid falſa erit: b, c aūt uera, & cōcluſio uera. Conſimiliter autē & priuatiua exiſtente a, b propoſione: ijdē enim termini erūt, & ſimiliter poſiti ad demonſtrationem. Rurſus ſi a, b quidē vera b, c aūt falſa, uera erit concluſio: nihil enim ꝓhibet: a, b quidē toti ineſſe: c aūt alicui: & b, c nulli ineſſe: quēadmodum animal cygno quidē ōni, nigro aūt alicui, cygnus vero nulli nigro. Quare ſi acceptum fuerit a, omni b, & b, alicui c,

cui c, vera erit conclusio falso existente b, c. Consimiliter autem & priuatiua accepta a, b propositione, accidit enim a, b quidem nulli: c uero alicui non inesse: b tamen nulli c, quemadmodũ genus speciei ex alio genere & accidẽti speciebus ipsius, animal enim numero quidẽ nulli inest, albo autem alicui, numerus autem nulli albo. Si igitur medium positum fuerit numerus, & acceptum fuerit, a quidem nulli b, b vero alicui c, a alicui c non inerit, quod erat verum, & a b quidem propositio vera b, c autem falsa. Etsi ad aliquid falsa a b, falsa vero b c erit conclusio vera: nihil enim prohibet a b alicui, & c alicui inesse vtrique: b autem nulli c veluti si b contrarium ipsi c: ambo uero contingentia eidẽ generi, animal enim alicui albo & alicui nigro inest, albũ aũt nulli nigro. Si igitur acceptum fuerit a õni b, & b alicui c uera erit cõclusio: & si priuatiua accipiatur a b similiter: ijdem enim termini, & similiter ponentur ad demonstrationem, & ex utrisque falsis erit conclusio uera: accidit enim a, b quidem nulli: c uero alicui inesse: b autem nulli c: quemadmodum genus speciei ex alio genere, & cõtingenti speciebus ipsius: animal enim numero quidem nulli: albo autem alicui inest, & numerus nulli albo. Si igitur acceptum fuerit a omni b, & b alicui c: cõclusio quidem uera: propositiones autem ambæ falsæ, similiter & priuatiua existente a b, nihil enim prohibet a b quidem toti inesse: c uero alicui non inesse: & b nulli c, ueluti animal cygno quidẽ omni, nigro autem alicui non inest, cygnus uero nulli nigro, quare si acceptum fuerit a nulli b, b uero alicui non inerit: conclusio igitur uera, propositiones autem falsæ.

Quod

## Quòd colligatur verum ex falsis in secunda figura. Caput. III.

IN media autem figura ommino accidit per falsa verum ratiocinari, & cum vtræque propositiones totæ falsæ accipiuntur & cum vtraque in aliquo & hac quidem vera, illa autem falsa, existente tota, vtralibet posita falsa & si vtræque in aliquo falsæ, & si hæc simpliciter vera, illa autem in aliquo falsa, & si hæc tota falsa, illa autem in aliquo uera, & in vniuersalibus syllogismis & in ijs qui sunt in parte. Si enim a, b, quidem nulli inest: c uero omni, vt animal lapidi quidem nulli, homini autem omni, si ecõtrario positæ fuerint propositiones & acceptũ fuerit a, b, quidem omni c, vera nulli, ex falsis totis propositionibus vera erit conclusio: consimiliter et si b, quidem omni: c autem nulli inest a, idem enim erit syllogismus. Rursus si altera quidem tota falsa, altera autem tota vera, nil enim prohibet a, inesse, & b, & c, omni: b, tamen nulli c, vt genus nõ sub alternis speciebus animal enim & equo omni & homini, & nullus homo equus, Si igitur acceptum fuerit, huic quidem omni, illi vero nulli inesse, hæc quidem tota falsa erit, illa autem tota vera, & conclusio vera advtrumlibet positio priuatiua. Etsi altera ad aliquid falsa, altera autem tota vera, accidit enim a, b, quidem alicui inesse: c, vero omni: b, tamen nulli c: vt animal albo alicui: coruo autem omni, & album nulli coruo, si igitur acceptum fuerit, b, quidem nulli: c vero toti inesse, a, b, propositio ad aliquid falsa, a, c, vero tota vera, & conclusio vera, & si transponatur priuatiuum consimiliter, per eosdem namque terminos demonstratio: & si affirmatiua propositio ad aliquid falsa, priuatiua autem

tem tota vera, nihil enim prohibet a, b, quidem alicui inesse, c, vero toti uon inesse, & b, nulli c, vt animal albo quidem alicui, pici autem nulli, & album nulli pici: quare si acceptum fuerit a, toti b, inesse, c vero nulli a, b, quidem in aliquo falsa, a, c, autem tota vera: & si ambæ propositiones ad aliquid falsæ, erit conclusio vera: accidit enim a, & b, & c alicui inesse, b, vero nulli c, vt animal & albo alicui & nigro alicui, album autem nulli nigro. Si igitur acceptum fuerit a, b, quidem omni, c, vero nulli, ambæ propositiones in aliquo falsæ, conclusio autem vera. Consimiliter & transposita priuatiua per eosdem terminos. Manifestum vero & syllogismis in parte, nihil enim prohibet a, b, quidem omni: c, autem alicui inesse, & b, alicui c, non inesse, vt animal omni homini, albo vero alicui, homo autem alicui albo non inerit. Si igitur positũ fuerit a, b, quidẽ nulli inesse: c, vero alicui inesse, vniuersalis propositio tota falsa, quæ autem in parte vera & conclusio vera. Consimiliter vero & quum affirmatiua accipitur a, b, accidit enim a, b quidem nulli, c, autem alicui nõ inesse, & b, c, alicui non inesse, vt animal nulli inanimato, albo vero alicui, & inanimatum non inerit alicui albo. Si itaque positum fuerit a, b, quidem omni, c, vero alicui non inesse, a, b, quidem propositio vniuersalis tota falsa: a, c, autem vera, & conclusio vera: & si vniuersalis vera quidem posita fuerit: quæ vero in parte falsa: nihil enim prohibet a, nec b, nec c, nullum sequi: b, tamen alicui c, non inesset: vt animal nullum numerum nec inanimatum, & numerus aliquod inanimatum non sequitur. Si igitur positum fuerit a, b, quidẽ nulli, c vero alicui, conclusio quidẽ erit vera & vniuersalis ꝓpositio, quę aũt in parte falsa: & quũ affirmatiua poni

tur uniuersalis consimiliter: accidit enim a, & b, & c, toti inesse: b, tamen non sequi aliquod c: vt genus speciem & differentiam animal enim omnem hominem & totum pedestre sequitur: homo autem nõ omne pedestre. Quare si acceptum fuerit a, b quidem toti inesse: c autem alicui non inesse, vniuersalis quidẽ propositio uera: quæ autem in parte falsa: conclusio autem vera. Planum vero & quod ex ambabus falsis erit conclusio uera: si quidem contingit a, & b, et c, toti inesse: b tamen alicui c, non sequi: si enim acceptum fuerit a, b quidem nulli: c vero alicui inesse: propositiones quidem ambę falsæ: conclusio autem uera. Consimiliter uero & quum uniuersalis propositio est prædicatiua, quæ autem in parte priuatiua, accidit nãque a, nullum quidem b: c vero omne sequi: & b, alicui c, non inesse: ut animal scientiam quidem nullam: hominem vero omnem sequitur: scientia autem non omnem hominem. Si igitur acceptum sit a, b quidem toti inesse: c autem aliquod non sequi: propositiones quidem falsæ: sed conclusio uera.

## Quod ex falsis verum identidem colligatur in tertia figura. Caput IIII.

ERit autem & in vltima figura per falsas totas & in aliquo vtraque, & altera quidem vera tota, altera uero falsa: & hac in aliquo falsa, illa autem tota vera & econuerso, & quotcumqs modis aliter cõtingit transumere propositiões. Nihil enĩ phibet, nec a, nec b, nullic, inesse, a aũt alicui b, inesse, ueluti et hõ et pedestre nullũ inanimatũ sequitur, hõ tamẽ alicui pedestri inest: si igitur acceptũ fuerit, et b, õni c inesse, propositiones

positiones quidem totæ falsæ: conclusio autem vera. Similiter autem et hac quidem priuatiua, illa autem affirmatiua existente: accidit enim b, quidem nulli c inesse, ipsum vero a, omni: et a, alicui b, non inesse. Vt nigrũ nulli cygno: animal autem omni & animal non omni nigro: quare si acceptum fuerit b, omni c, ipsum vero a, nulli a, alicui b, non erit: & conclusio quidem vera, propositiones autem falsæ. Etsi in aliquo vtraque falsa, erit conclusio uera: nihil enim probibet et a et b, alicui c inesse, & a, alicui b, ut album et honestum alicui animali inest: & album alicui honesto. Si igitur positũ fuerit a, et b, omni c, inesse: propositiones quidem in aliquo falsæ, conclusio autem vera. Sed & quum a, c: priuatiua ponitur consimiliter, nihil enim prohibet a, quidem alicui c, non inesse, ipsum vero b, alicui inesse, & a b, nõ omni inesse, ut album alicui animali non inest, honestum vero alicui inest, & album non omni honesto, quare si acceptum fuerit a, quidem nulli c, ipsum uero b, omni, ambæ propositiones in aliquo falsæ, conclusio autem vera. Consimiliter uero & quum hæc quidem tota falsa, illa autem tota uera accipitur, accidit enim & a, & b, sequi omne c, a tamen alicui b, non inesse, ut animal & album omnem cygnum sequitur, animal tamen non omni inest albo, his igitur positis terminis, si acceptum fuerit b, quidem toti c, inesse, a, vero toti non inesse b, c quidem tota erit uera a, c autẽ tota falsa, & conclusio uera. Consimiliter vero & si b, c quidem falsum a, c autem uerum, nam bi quidem termini ad demonstrationem, nigrum, cygnus, inanimatum. Sed & si ambæ accipiantur affirmatiuæ, nihil enim prohibet, b quidem sequi omne c, ipsum uero a, toti non inesse, & a, alicui b, inesse, ut animal omni cygno,

cygno, nigrum autem nulli cygno, & nigrum ineſt alicui animali, quare ſi acceptũ fuerit a, & b, omni c, ineſſe: b, c quidem tota vera: a, c autem tota falſa, & concluſio uera. Sed conſimiliter & quum a, c accepta fuerit uera, per eoſdem namque terminos demonſtratio. Rurſus & quum hæc quidem tota uera extiterit, illa autem in aliquo falſa: accidit enim b, quidem omni c, ineſſe: a, uero alicui c, & alicui b, ut bipes quidem omni homini, honeſtum autem non omni, & honeſtum alicui bipedi ineſt. Si igitur acceptũ fuerit & a & b toti c, ineſſe: b, c quidem tota uera: a, c autem in aliquo falſa: ſed concluſio uera. Conſimiliter autem etſi a, c vera: b, c uero falſa in aliquo accipiatur. Iiſdem namque terminis tranſpoſitis erit demonſtratio. Etſi hæc priuatiua, illa autem affirmatiua ſit: quoniam enim accidit b, quidem toti c, ineſſe, a vero alicui: & quando ſic ſe habeant, a, nõ omni b, ſi acceptũ fuerit b: quidẽ toti c, ineſſe, a, uero nulli: priuatiua quidem in aliquo falſa: altera autẽ tota vera, & concluſio. Rurſus quoniam mõſtratum eſt: quoniam quũ a, nulli ineſt c, ipſum vero b, alicui: accidit a, alicui b, non ineſſe: planũ quod & quũ a, c tota uera ſit: b, c, autem in aliquo falſa, accidit concluſionẽ veram eſſe: ſi enim acceptũ fuerit a, nulli c, ipſum vero b, omni, a, c quidem tota uera: b, c aũt in aliquo falſa. Cæterũ et in ſyllogiſmis in parte manifeſtũ, quòd õnino erit verũ per falſa: ijdẽ enim termini accipiendi, & quando vniuerſales ſint propoſitiones, qui quidẽ in affirmatiuis affirmatiui, qui uero in priuatiuis priuatim. Nihil enim differt quũ nulli inſit omni accipere ineſſe: etſi alicui inerat vniuerſaliter capere ad terminorũ expoſitionem: itidẽ & in priuatiuis. Planũ igitur quòd ſiquidẽ ſit concluſio falſa: neceſſe eſt

falſa

falsa esse, ex quibus est ratio, aut omnia, aut quædã. Quãdo aut tẽ uera, non necesse est uerũ esse, neq; aliquid, nec omnia, sed est, quũ nullũ eorum quæ in syllogismo verũ sit, conclusionẽ consimiliter uerã esse nõ ex necessitate tamen. Causa autem quoniam quando duo sic se invicem habeant: ut quum ex necessitate alterum sit, ex necessitate alterum existat, quum hoc quidem non sit neque alterum erit, quum autem sit, non necesse alterum esse, sed quum idem sit & non sit, impossibile ex necessitate esse idem. Dico autem ut quum sit a album b esse ex necessitate: & quum non sit album a, b, esse ex necessitate, quando enim quum hoc sit album, ut, a necesse est hoc magnum esse b, quum uero magnum b sit c non album, necesse est si a album c non esse album. Et quando duobus existentibus altero existente, necesse est alterum esse, hoc non existente, necesse est a non esse, b uero nõ existente magno, non potest a album esse, a uero non existente albo si necesse est b magnum esse, accidit ex necessitate, b magno non existẽte, ipsum b magnũ esse, hoc autẽ impossibile, si enim b non est magnũ a non erit album ex necessitate, si igitur non existente hoc albo, b erit magnum, accidit si b non est magnum, esse magnum tanquã per tria.

## De circulari ostensione in prima figura.

### Caput. V.

CIrculo autem & ex se invicem monstrare est, per conclusionẽ, & eo quod prædicatione retrouersum se habet, alteram accipientem propositionem concludere reliquam quam accipiebat in altero syllogismo: quemadmodum si oportebat monstrare, quòd a omni c inest: monstrauit

autem

autem per b. Rursus si ostenderet quod a, inest ipsi b, accipiẽs a, ipsi c, inesse: c, uero ipsi b, & a, ipsi b, inerit. Prius autem econuerso accipiebat b, inesse ipsi c, aut si oportet mõstrare quòd b, inest ipsi c, si accipiat a, de c, quæ erat conclusio: b uero de a, inesse, sed prius acceptum fuerat econuerso a, de b. Aliter autem non est ex se inuicem ostendere. Siue enim aliud medium accipiet, non circulo, nihil enim accipitur ex ijs, quæ eadem sunt: siue horum aliquid, necesse alterũ solũ, si nãq; ambo, eadẽ erit cõclusio, at oportet diuersam esse. In ijs igitur quæ non conuertuntur, ex indemonstrabili altera propositione fit syllogismus, non enim est demonstrare per hos terminos, quod medio tertiũ inest, aut primo medium. In ijs uero quæ conuertuntur, est omnia mõstrare per se inuicem, ueluti si a, et b, & c, conuertuntur inter se, sit enim ostensum a, c per medium b: & rursus a, b & per conclusionem & per b, c propositionem conuersam. Consimiliter autem & b, c per conclusionem & a, b, propositionem conuersam, oportet uero & c, b & b, a propositionem demonstrare, his enim in demonstrabilibus usi fuimus solis. Si itaque b, omni c, inesse, & c, omni a, syllogismus erit ipsius b, ad a. Rursus si acceptum fuerit ipsum quidem c, omni a, a uero omni b, necesse est c, inesse omni b, in utrisque igitur his syllogismis c, a, propositio accepta est indemonstrabilis, aliæ enim monstratæ erant, quare si hanc demonstrauerimus omnes monstratæ erunt per se inuicem. Si igitur acceptum fuerit c, omni b, & b, omni a, inesse, utræque propositiones demonstratæ accipiuntur, & c, ipsi a, necesse est inesse. Manifestum igitur quòd in solis conuertentibus, circulo & per se inuicem contingit fieri demonstrationes, in alijs

vero vt prius diximus. Accidit aũt & in his eo ipso quod monstratur, vti ad demonstrationem, nam c, de b, & b, de a, mõstratur, si acceptum sit c, de a, dici: c, vero de a, per has monstratur propositiones, quare conclusione vtimur ad demonstrationem. In priuatiuis autem syllogismis ita monstratur ex se inuicem, sit b, quidem omni c, inesse, a vero nulli b, conclusio quód a, nulli c. Si igitur rursus oportet concludere quód a, nulli b, quod dudum accepit, erit a, nulli c, c vero omni b, sic enim propositio econuerso. si vero quòd b, ipsi c, oportet concludere, non ãplius similiter conuertendum est a, b, namq; eadem propositio est b nulli a, & a nulli b, inesse, sed accipiendum cui a, nulli inest b, omni inesse, sit enim a, nulli c, inesse, quod erat conclusio, cui autem a, nulli, acceptum sit b, omni inesse: necesse igitur b, omni c, inesse, quare quum tria sint, vnum quodque conclusio factum est: & circulo demonstrare, hoc est conclusionem accipientem & econuerso alteram ꝓpositionem, reliquam ratiocinari. In syllogismis vero, qui in parte, vniuersalẽ quidem proposit onẽ non est demõstrare per altera, eam vero quæ secundũ partẽ erit: quòd igitur non est demonstrare vniuersalẽ, manifestũ: vniuersale namq; mõstratur per vniuersalia, cõclusio aũt non est vniuersalis, opotet aũt ex cõclusione monstrare & altera proprositione. Amplius omnino neq; fit syllogismus cõuersa propositione, in parte enim ambæ fiunt propositiones, eam vero quæ est in parte est, sit enĩ monstratum a, de aliquo c, per b, si igitur acceptum fuerit b, omni a, & cõclusio maneat b, alicui c, inerit, fit enim prima figura, & est a, medium. Si aũt sit priuatiuus syllogismus, vniuersalem quidem ꝓpositionẽ non est mõstrare, ob id quod & prius dictũ

est,eam vero quæ est in parte,est,si itidem conuersa fuerit a, b,quemadmodum & in vniuersalibus,non est, per assumptionẽ autem est vt cui,alicui non ineſt,b,alicui ineſſe, aliter enim non fit syllogiſmus eo quod propoſitio quæ in parte est negatiua.

## De eadem cyclica,circulari ostensionem in secunda figura Caput. VI.

IN secunda autem figura,affirmatiuum quidẽ non est mõſtrare per hunc modum,priuatiuum vero est, prædicatiuum igitur non monſtratur,eo quod ambæ propoſitiones non sũt affirmatiuæ,concluſio autem est priuatiua,ſed prædicatiuum ex ambabus monſtrabatur affirmatiuis. Priuatiuum vero ſic monſtratur, inſit a,omni b,nulli autem c,cõcluſio b, nulli c. Si igitur acceptum fuerit b,õni a ineſſe,neceſſe est a,nulli c ineſſe fit enim ſecunda figura,medium b. Si autem a,b,priuatiuum acceptum fuit,alterũ vero prædicatiuum, prima erit figura. nam c,quidẽ õni a,b,autem nulli c:quare b,nulli a, neque igitur b,ipſi a,medium c. Per concluſionem igitur & vnam propoſitionem non fit ſyllogiſmus,accepta autem altera,erit. Si vero non vniuerſalis ſyllogiſmus ſit,in toto quidẽ propoſitio nõ demonſtratur ob eandem cauſam,quam diximus & prius,quæ aũt est in parte monſtratur quando ſit vniuerſale prædicatũ. Inſit enim a,omni b,c,vero nõ õni,cõcluſio b,c,ſi itaq; acceptum fuerit b, õni a,c,aũt nõ õni,a,alicui c,nõ ineſt,mediũ b. Quod ſi est vniuerſalis priuatiua nõ demõſtrabitur a,c,propoſitio, cõuerſo a, b,accidit enĩ aut vtraſq;,aut alterã propoſitionẽ fieri negatiuã. Quare non erit ſyllogiſmus, ſed conſimiliter monſtrabitur, quemadmodũ & in vniuerſalibus,ſi acceptũ fuerit cui b, alicui nõ ineſt a,alicui ineſſe.

De

## De cyclica ratiocinatione in tertia figura.

## Cap. VII.

IN tertia autem figura, quando ābę quidem propositiones vniuersaliter acceptæ fuerint, non contingit monstrare per se inuicem: vniuersale nanq; monstratur per vniuersalia: conclusio aũt quæ in hac semper est secundum partem. quare manifestũ quòd ŏnino non contingit monstrare per hanc figuram vniuersalem propositionem. Quòd si hæc vniuersaliter sit, illa vero in parte, aliquando quidem erit, quandoq; autem non erit. Quũ igitur vtræq; prædicatiuæ acceptæ fuerint, & vniuersale fiat ad minus extremum erit, quum vero ad alterum, non erit: insit n. a, ŏni c, ipsum autem b, alicui, conclusio a, b. Si ergo acceptum fuerit c, ŏni a inesse conuersa vniuersali & a, b, quod erat cŏclusio, c, quidẽ ostensum est alicui b, inesse, b, vero alicui c, nŏ est mŏstratum, Aqui necesse est, si c, alicui b, & b, alicui c, inesse, sed nŏ est idem hoc illi & illud huic inesse, sed assumendum si hoc alicui illi & alterũ alicui huic. hoc autem accepto non amplius fit ex conclusione & altera propositione syllogismus. Si vero b, ŏni c, a, autẽ alicui c, erit demŏstrare a, c, quando acceptũ fuerit c, quidem ŏni b, inesse, a, autem alicui. si enim c, ŏni b, a, autem alicui b, necesse est a, alicui c, inesse mediũ b. Et quando sit hæc quidem prædicatiua, illa vero priuatiua, quę autem prædicatiua vniuersalis mŏstrabitur altera, insit enim b, ŏni c, ipsum vero a, alicui nŏ insit, cŏclusio, quod a, alicui b, nŏ inest. Si igitur assũptũ fuerit c, ŏni b, inesse, erat aũt & a, nŏ ŏni b, necesse est a, alicui c, nŏ inesse, mediũ b: quando aũt priuatiua fiat vniuersalis, nŏ mŏstratur altera, nisi quẽadmodũ in prioribus, si acceptũ fuerit, cui hoc

alicui non ineſt, alterum alicui ineſſe: vt ſi a quidem nulli c, ipſum vero b, alicui: cõcluſio quod a, alicui b, nõ ineſt. Si igitur acceptũ fuerit, cui a, alicui nõ ineſt c, alicui ineſſe, neceſſe eſt c, alicui b, ineſſe, aliter aũt non eſt conuertentem vniuerſalem propoſitionẽ monſtrare alteram, nullo enim modo erit ſyllogiſmus. Manifeſtum itaq; quòd in prima quidem figura, mõſtratio per ſe inuicem & per tertiam & per primam efficitur figurã, quũ enim prædicatiua eſt concluſio per primam, quum autem priuatiua per vltimam, accipitur enim cui hoc nulli, alteram omni ineſſe. In media autem quum ſyllogiſmus quidẽ vniuerſalis ſit, & per ipſam & per primam figuram, quum vero in parte & per ipſam & per vltimam. In tertia autem per ipſam omnes. Manifeſtum autem & quòd in tertia & media, qui non per ipſas fiunt ſyllogiſmi, aut nõ ſunt ſecundũ circularẽ mõſtrationẽ, aut imperfecti.

## De ſyllogiſmo conuerſiuo. Caput. VIII.

CONuertere autem eſt tranſponentẽ concluſionem facere ſyllogiſmũ quòd aut extremũ medio non inerit, aut hoc vltimo, neceſſe enim cõcluſione cõuerſa, & altera propoſitione manẽte, interimi reliquam, ſi enim erit, & concluſio erit: Differt autem oppoſite aut contrarie conuertere concluſionem, non enim idem efficitur ſyllogiſmus, quum utroque modo conuertitur, ſed hoc per ſequentia manifeſtum erit. Dico autem opponi, omni non omni, & alicui nulli, contrarie uero omni nulli, & alicui non alicui ineſſe: ſit nãque monſtratum a, de omni c, per medium b, ſi itaque a, acceptum fuerit nulli c, ineſſe, ipſi uero b, omni, nulli c, inerit b. Etſi a, quidem nulli c, b autem omni c, a non omni b, & non omnino nulli, non enim monſtrabatur uniuerſale

vniuersale per ultimam figuram, omnino vero non est uniuersaliter destruere per conuersionem propositionẽ, quæ est ad maius extremũ, semper enim tollitur per tertiam figurã. Necesse namq; ad vltimum extremum ambas accipere propositiones. Etsi priuatiuus syllogismus sit consimiliter, sit enim ostensum a, nulli c, inexistens, per b, igitur si acceptum fuerit a, inesse õni c, ipsi uero b, nulli b, inerit nulli c, & si a, & b, omni c, a alicui b, sed nulli inerat. Quòd si oppositæ conuersa fuerit conclusio, & syllogismi oppositi & non uniuersales erunt, namque fit altera ꝓpositio in parte, quare & cõclusio erit secundũ partẽ. Sit enĩ prædicatiuus syllogismus, & conuertatur sic, igitur si a, nõ omni c, omni autem b, ipsum b, non omni c, & si a, quidem non omni c, ipsum uero b, omni a, non omni b. Consimiliter autem & si priuatiuus syllogismus, si enim a, alicui c, inest, ipsi uero b, nulli, b, alicui c, non inerit, non simpliciter nulli: & si a, alicui c, b uero omni, quemadmodum in principio acceptum est a, alicui b inerit. Cæterum in syllogismis, qui in parte quãdo oppositi quidẽ conuertatur conclusio tolluntur ambæ propositiones: quãdo autem contrariæ, neutra: non enim amplius accidit tollere, quẽadmodum in uniuersalibus deficiente conclusione secundum cõuersionem. Sed neq; omnino tollere, sit enim ostensum a, de aliquo c. Igitur si acceptum fuerit a, nulli c inesse, ipsum vero b, alicui a, alicui b, non inerit, & si a, nulli c, omni autem b, ipsum b, nulli c, quare tolluntur utræq;. Quòd si cõtrariæ cõuertãtur neutra, si enim a, alicui c, non inest, ipsi uero b, omni b, alicui c non inerit, sed nondum tollitur, quod a principio contingit namq; alicui inesse & alicui non inesse, sed ipsius a, b uniuersalis nihil omnino

fit syllogismus, si enim a, non inest alicui c, b, vero alicui inest, neutra propositionum vniuersalis est, consimiliter autem & si priuatiuus syllogismus, si enim accipietur a, omni c, inesse, tollentur utræq; si vero alicui neutra, demonstratio aũt eadem.

## De syllogismo conuerſuo in ſecunda figura.

## Cap. IX.

IN secunda autem figura, propositionem quidẽ, quæ ad maius extremũ non est interimere contrariæ, facta conuersione vtrolibet modo, nam semper erit conclusio in tertia figura, vniuersalis autem non erat in hac syllogismus, alteram vero similiter tollemus conuersioni. Dico autem similiter, si contrariæ quidem conuertitur contrariæ: si vero oppositæ, oppositæ. Insit enim a, omni b, ipsi autem c, nulli, conclusio b, c. Si itaq; acceptũ fuerit b, omni c, inesse, & a, b, maneat: a, omni c, inerit. nam fit prima figura: quod si b, omni c, a, vero nulli c: a, non omni b, figura vltima. Si autem oppositæ conuersum fuerit b, c: a, b, quidem itidem monstrabitur: a, c, vero oppositæ, si enim b, alicui c: a, autem nulli c, a, alicui b non inerit. Rursus si b, alicui c, a vero omni b, a, alicui c, quare oppositus fit syllogismus. Consimiliter monstrabitur & si e conuerso se habeãt propositiones. Quod si syllogismus est in parte, si contrariæ conuertatur conclusio, neutra propositionum tollitur, quemadmodum neque in prima figura: si vero oppositæ, vtræq;, ponatur enim a b, quidem nulli inesse, ipsi autem c, alicui c, conclusio b c. Si itaq; positum fuerit b, alicui c, inesse, & a b maneat, conclusio erit, quod a, alicui c non inest, sed non est sublatum, quod a principio. contingit enim alicui inesse & non inesse. Rursus si b alicui c, & a, alicui c, non

est

est syllogismus, neutrum enim acceptorum uniuersale: quare non tollitur a,b: quòd si oppositæ conuertatur tolluntur ambæ, si enim b,omni c,a uero nulli b,nulli c,ipsum a, sed erat alicui. Rursus si b,omni c a:autem alicui c,a alicui b, eadem uero demonstratio & si uniuersale prædicatiuum.

## De syllogismo conuersiuo in tertia figura.

## Caput. X.

SEd in tertia figura quum contrariç quidem conuertatur cõclusio,neutra tollitur propositionũ secundũ nullum syllogismorũ:quum uero oppositæ,ambæ & in omnibus. Sit ostẽsum a,alicui b,inexistens,medium autem sit acceptum c, & sint propositiones uniuersales. Igitur si acceptum fuerit a,alicui b, non ineße:b,uero omni c,non fit syllogismus a,& c,neque si a, b,alicui non insit:c,autem omni: non erit b, & c, syllogismus. Consimiliter aũt monstrabitur & si non uniuersales propositiones:aut enim ambas necesse est secũdũ partẽ esse per cõuersionẽ,aut uniuersale ad minus extremum fieri:uerum sic non erat syllogismus,neq; in prima figura,neq; in media. Quòd si oppositæ conuertãtur propositiones,tolluntur ambæ:si enim a, nulli b, b,uero omni c,a nulli c. Rursus si a,nulli quidem b,ipsi uero c, omni b,nulli c,& si altera non uniuersalis consimiliter. Si enim a,nulli b, b,uero alicui c a,alicui c,non inerit:quòd si a,b quidem nulli:c,aũt omni,nulli c,ipsum b. Similiter uero & si priuatiuus syllogismus,sit enim ostensum a,alicui b,non inexistens, sit autem prædicatiuum quidem b,c:negatiuum autem a,c:sic enim efficiebatur syllogismus,quando igitur contrarium acceptũ fuerit cõclusioninõ erit syllogismus:si enim a,alicui b,b uero omni

c,non erat syllogismus ipsius a,& ipsius c, neq; si a, alicui b,c uero nulli,non erat ipsius b,& ipsius c,syllogismus. Quare nõ tollũtur propositiones, quando autem oppositum tolluntur si enim a,omn b,& b,ipsi c,a omni c,sed nulli inerat. Rursus si a,omni b:ipsi autem c,nulli b,nulli c. Sed omni inerat. Consimiliter autem monstratur & si non vniuersales sunt propositiones,sit enim a,c& vniuersale & priuatiuum,alterum autẽ prædicatiuum in parte. Si igitur a, omni b,b autem alicui c,a alicui c, contingit: sed nulli inerat. Rursus, si a, omni b, ipsi autem c,nulli:b,nulli c. Si autem a,alicui b,& b,alicui c,non fit syllogismus:neque si a,alicui b,ipsi autem c,nulli,neque sic. Quare illo quidem modo tollũtur:sic autem nõ tolluntur propositiones. Manifestũ est ergo per dicta quomodo conuersa conclusione in una quaque figura fit syllogismus, & quãdo cõtrarius propositioni,& quãdo oppositus,& quod in prima quidem figura per mediã & vltimã fiunt syllogismi. Et quæ ad minus extremũ semper per mediũ tollitur,quæ uero ad maius per vltimum. In secunda autẽ per primam & ultimã: quæ quidem ad minus extremum semper per primam figuram:quæ autem ad maius, per vltimam. Sed in tertia per primam & per mediam: quæ quidẽ ad maius semper per primam:quæ autem ad minus, per medium. Quid igitur est cõuertere & quomodo in unaquaq; figura & quis fit syllogismus,manifestum.

## ¶ De syllogismo per impossibile. Cap. XI.

SYllogismus vero, qui per impossibile monstratur quidem quando contradictio conclusionis posita fuerit, & assumpta sit alia propositio. Fit autem in omnibus figuris, simile

mile namque est conuersioni. Veruntamen quòd differt intantum, quoniam conuertitur quidem facto syllogismo & impositis ambabus propositionibus: deducitur vero ad impossibile nõ præconfesso prius oppositio, sed manifesto existente, quoniam verum. Termini autem similiter se habebunt in ambobus, & eadẽ amborũ acceptio. Vt si a, inest õni b: medũ aũt c. Si fuerit suppositũ a, aut non õni aut nulli b, inesse: c, uero õni, quod erat verum: necesse est c, aut nulli, aut non õni b, inesse: hoc autẽ impossibile: quare falsum, quod suppositũ est. Verũ igitur oppositum. Consimiliter vero & in alijs figuris: quęcunq; enim cõuersionem suscipiunt, & syllogismum per impossibile: alia itaq; problemata õnia per impossibile monstrantur in omnibus figuris. Vniuersale autem prædicatiuum in media quidẽ & tertia monstratur, in prima vero non monstratur: supponatur namq; a, non omni b, aut nulli inesse, & accipiatur alia propositio vtrolibet modo, siue c, inesse omni a, siue b, õni d, sic enim esse posset prima figura: si igitur suppositũ est a, inesse non omni b, non fit syllogismus quomodolibet accepta ꝓpositione: si autẽ nulli, quãdo b, d assumpta fuerit, syllogismus quidem erit fasi: sed propositum nõ monstratur. Si enim a, nulli b, b vero omni d, a nulli d: hoc uero impossibile: falsum itaq; a, inesse nulli b. Sed nõ, si nulli falsum, omni uerum. Quod si c, a accepta fuerit, non fit syllogismus: neque quando suppositum sit a, inesse non omni: b quare manifestũ quòd omni inesse non monstratur in prima figura per impossibile: alicui uero & nulli & non õni monstratur: supponatur enim a, nulli b, inesse: b autem acceptum sit omni aut alicui c, igitur necesse est a, nulli aut non õni c, inesse. Sed hoc impossibile:

possibile: sit enim uerum & manifestũ, quòd a, inest omni c: quare si hoc falsum, necesse est a, alicui b, inesse. Quòd si ad a, sumpta fuerit altera propositio, nõ erit syllogismus, neq; quando cõtrarium conclusioni suppositum fuerit, ut alicui non inesse: planum igitur quòd oppositum supponendum. Rursus supponatur a, alicui b, inesse: acceptum autem sit c, omni a, necesse itaque c, alicui b, inesse: hoc aũt sit impossibile. Quare falsum quod suppositũ est: si uero sic, uerum nulli inesse. Consimiliter autem & si priuatiuum sumptum fuerit c, a. Sed si propositio, quæ est ad b, accepta fuit, non erit syllogismus: si autem contrarium suppositum fuerit, syllogismus quidem erit & impossibile. Sed non monstratur suppositũ, supponatur enim a, omni b, & c, accipiatur omni a, igitur necesse est c, omni b, inesse: hoc autem impossibile, quare falsum a, inesse omni b: uerum nondum utiq; necessarium, si non omni, nulli inesse. Consimiliter autem etsi ad b, accepta fuerit altera propositio, syllogismus quidẽ erit & impossibile: sed non tollitur suppositio: quare oppositum supponendum. Vt autem monstremus a, inesse non omni b, supponẽdum omni inesse, si enim a, õni b, & c, omni a, c õni b. Quare si hoc impossibile, falsum, quod suppositum est. Consimiliter autem & si ad b, accepta fuit altera propositio: & si priuatiuum erat c, a consimiliter: sic etenim fit syllogismus. Si uero ad b, sit priuatiuũ, nihil monstratur. Quòd si non omni, sed alicui inesse suppositum fuerit, non monstratur, quoniam non omni, sed quoniam nulli: si enim a, alicui b: c uero omni a, c alicui b, inerit: si igitur hoc impossibile, falsum est a, alicui b, inesse: quare uerum, nulli: hoc autem monstrato, tollitur ipsum uerum: a, enim alicui quidem b,

inerat:

inerat: alicui autem non inerat. Amplius non accidit impossibile iuxta hypothesim: esset enim vtiq; falsa: si quidem ex veris non est falsum ratiocinari: nunc autem est vera: inest nanque a, alicui b: quare non supponendum alicui inesse sed omni. Consimiliter vero & si monstraremus a, alicui b, non inexistens: si enim idem alicui non inesse & non omni inesse: eadem vtrorunq; demonstratio. Manifestum ergo quòd non contrarium, sed oppositum supponendum in omnibus syllogismis: nanq; sic necessarium erit & dignitas probabilis: si enim de õni affirmatio aut negatio: quum monstratum fuerit quòd non negatio, necesse est affirmationem verificari. Rursus si nõ ponit affirmationẽ verificari, probabile est existimare negationẽ. Contrariũ autem neutro modo conuenit existimare: neq; enim necessarium si nulli falsum, omni verum esse: neq; probabile, ut si alterũ falsum, quòd alterum verum. Planum igitur quòd in prima figura alia quidem problemata omnia monstrantur per impossibile, vniuersale autem affirmatiuum non monstratur.

## De syllogismo per impossibile in secunda figura. Caput. XII.

IN media verò atque vltima, & hoc monstratur: ponatur enim a, non omni b, inesse, acceptum autem sit a, omni c, inesse: igitur si non omni b: c uero omni c, non omni b: sed hoc impossibile: sit enim manifestum quod c, inest omni b, quare falsum, quòd supponitur: verum itaque omni inesse. Si autem contrarium suppositum fuerit, syllogismus quidem erit, & impossibile, non tamen monstratur propositum: si enim a, nulli b: ipsi uero c, omni c, nulli b: sed hoc impossibile: quare falsum

nulli

nulli ineſſe: cæterum non ſi hoc falſum, omni uerum: quando autem a, ineſt alicui b, ſupponatur a, nulli b, ineſſe: c, autem omni inſit: neceſſe igitur c, nulli b, quare ſi hoc impoſſibile, neceſſe eſt a, alicui b, ineſſe: quòd ſi fuerit ſuppoſitum alicui non ineſſe, eadem erunt, quæ & in prima figura. Rurſus ſubijciatur a, alicui b, ineſſe: ipſi uero c, nulli inſit: neceſſe itaque c, alicui b, non ineſſe, ſed omni inerat: quare falſum quod eſt ſuppoſitum, a, igitur nulli b, inerit. Quoniam autem a, nõ omni b, ſupponatur omnium ineſſe, ipſi uero c, nulli: neceſſe igitur c nulli b, ineſſe: hoc autẽ impoſſibile: quare verum non omni ineſſe. Planum igitur quòd omnes ſyllogiſmi fiunt per mediam figuram.

## De oſtenſione per impoſſibile in tertia figura. Caput. XIII.

COnſimiliter autem & per ultimam: ponatur enim a, alicui b, non ineſſe: ipſum uero c, õni: a igitur alicui c, non ineſt: ſi igitur hoc impoſſibile, falſum alicui non ineſſe: quare uerũ omni. Si uero ſuppoſitum fuerit nulli ineſſe, ſyllogiſmus quidem erit & impoſſibile: non autem monſtratur propoſitum: nã ſi contrarium ſuppoſitum fuerit, eadem erunt, quæ & in prioribus ſed ad alicui ineſſe, accipiẽda eſt hæc ſuppoſitio: ſi enim a, nulli b: c uero alicui b, a non õni c. Si igitur hoc falſum, uerũ a, alicui b, ineſſe. Quando autem a, ineſt nulli b, ſupponatur alicui ineſſe: accipiatur autẽ & c, õni b, inexiſtens: igitur neceſſe eſt ipſum a, ineſſe alicui c: ſed nulli inerat: quare falſum a, ineſſe alicui b. Si uero ſuppoſitũ fuerit a, inexiſtens omni b, nõ monſtratur propoſitum, ſed ad non õni ineſſe, hæc accipienda eſt ſuppoſitio,

tio, si enim a, omni b, & c, alicui b, a, inest alicui c, sed hoc nõ erat quare falsum omni inesse, si autem ita, verum non omni, quòd si fuerit suppositum alicui inesse, eadem erõt, quę & in prædictis. Manifestum igitur quòd in omnibus sollogismis per impossibile oppositum supponendum: planum & quòd in media figura monstratur quodammodo affirmatiuũ, & in vltima vniuersale.

## Quo ostensiua, & quæ ad impossibile ducitur demonstratio differant. Cap. XIIII.

DIffert autẽ demonstratio ad impossibile ab ostẽsiua, eo, quòd ponit, quod uult tollere, deducens ad confessum falsum, ostensiua uero incipit ex confessis positionibus ueris. Accipiũt itaq; ambæ duas propositiones confessas, sed illa quidem ex quibus est syllogismus, hæc vero unam quidem harum, unam autem contradictionem conclusionis, & illic quidem non est necesse conclusionem notam esse, neque prę accipere, quod est aut non, hic uero necesse quòd est. Differt autem nihil affirmatiuam aut negatiuã esse conclusionem, sed similiter se habet in utrisque. Omne uero quod ostensiue concluditur & per impossibile mõstrabitur, & quod per impossibile, ostensiue, per eosdem terminos, quãdoquidem enim syllogismus in prima efficiatur figura, uerum erit, in media aut ultima, priuatiuum quidem in media, prædicatiuum autem in ultima. Quum uero in media syllogismus, quod uerum in prima & in ommbus problematibus: quando autem in ultima syllogismus, quod uerum in prima & media: affirmatiua quidem in prima, priuatiua uero in media. Sit enim ostensum a, nulli aut non omni b, per primam figuram, igitur suppositio quidem erat a, inesse alicui

b,c uero accipiebatur:a,quidem omni ineſse:b, autem nulli:nam ſic efficiebatur ſyllogiſmus & impoßibile. Hoc aũt media figura,ſi c,a quidem omni b,uero nulli ineſt, & manifeſtũ ex his quòd nulli b,ineſt a. Conſimiliter autem & ſi nõ omni monſtratum eſt inexiſtens, ſuppoſitio namque eſt omni b, a ineſſe:c,uero accipiebatur,a,quidem omni:b uero non omni:& ſi priuatiuum acciperetur c,a conſimiliter: ſic enim efficitur media figura. Rurſus mõſtratum ſit a,inexiſtẽs alicui b,ſuppoſitio igitur nulli ineſse:b,uero accipiebatur omni c, ineſse: & a,aut omni aut alicui c:ſic enim erit impoßibile:hoc autem ultima figura:ſi a,& b,omni c:& manifeſtum ex his quòd neceſſe eſt a,alicui b,ineſſe: Similiter autem & ſi b,aut a, acceptum fuerit inexiſtens alicui c. Rurſus in media figura ſit oſtenſum a,omni b,inexiſtens: igitur ſuppoſitio erat a,ineſſe nõ omni b,eſt autem acceptum a,omni c:& c,omni b,ſic enim erit impoßibile:hoc uero prima figura ſi a,omni c,& c,omni b. Similiter autem & ſi alicui oſtenſum eſt inexiſtens:ſuppoſitio namque erat a,ineſse nulli b:ſed acceptum fuit a,omni c,& c,alicui b, Quod ſi priuatiuus,ſit ſyllogiſmus,ſuppoſitio quidem a,alicui b:acceptum uero eſt,a nulli c,& c,omni b:quare fit prima figura. Etſi nõ univerſalis ſyllogiſmus:ſed a,alicui b,monſtratum eſt non ineſſe conſimiliter: nam ſuppoſitio a,ineſſe omni b,acceptum uero eſt a, nulli c,& c,alicui b,ſic enim prima figura. Rurſus in tertia figura oſtẽſum ſit a, omni b,ineſſe,igitur ſuppoſitio erat a, ineſse non omni b,acceptum autem eſt c,omni b,et a,omni c,ſic enim erit impoßibile,hoc uero prima figura. Similiter autem & ſi in aliquo demonſtatio,ſuppoſitio namq; a,ineſſe nulli b,acceptum autẽ

eſt

est c, alicui b, & a, õmi c. Si uero priuatiuus syllogismus, suppositio quidem a, alicui b, inesse, acceptum est autem c, a quidem nulli b: uero omni, hoc autem media figura. Similiter autem & si non vniuersali, demonstratio. Suppositio enim erit a, inesse omni b: acceptum vero fuit c, a quidem nulli: b, autem alicui: hoc uero media figura. Manifestum ergo quòd per eosdẽ terminos, & ostensiue est monstrare unumquodq; problematum, & per impossibile. Consimiliter autẽ erit & ostensiuis existẽtibus syllogismis ad impossibile deducere in terminis acceptis: quãdo ꝓpositio opposita conclusioni accepta fuerit: fiunt enim ijdẽ syllogismi ijs, qui per conuersionẽ. Quare statim habemus & figuras, per quas unumquodq; erit: manifestum igitur quòd vnũquodq; problema monstratur ambobus modis, & per impossibile & ostensiue: & nõ cõtingit alterũ separari ab altero.

## De ratiocinatione ex oppositis. Caput. XV.

IN quali autem figura est ex oppositis propositionibus ratiocinari, & in quali non est, ita erit manifestũ. Dico autẽ oppositas esse propositiones secũdũ dictionẽ quidẽ quatuor: vt omni ei, quod est nulli, & omni ei, quod est non omni, & alicui ei, quod est nulli, & alicui ei, quod est non alicui: secundum autem veritatem, tres: alicui enim ei, quod est non alicui secundum dictionem solum opponitur. Harum uerò contrarias quidem, quæ vniuersaliter, omni ei, quod est nulli, inesse: ut omnem scientiam esse studiosam, ei quod est nullam esse studiosam: alias autẽ oppositas. In prima igitur figura non est ex oppositis propositionibis syllogismus, neque affirmatiuus, neq; negatiuus: affirmatiuus quidẽ, quoniam ambas oportet affirmatiuas

matiuas esse propositiones: oppositę uero affirmatio et negatio. Priuatiuus autem, quoniam oppositę quidem idem de eodē prędicant & negant, medium uero, quod in prima, non dicitur de ambobus, sed ab illo aliud quidem negatur, ipsum autem de alio prædicatur, uerum hæc non opponuntur.

## De ratiocinatione ex oppositis in secunda figura. Caput. VI.

IN media autem figura & ex oppositis & ex contrarijs contingit fieri syllogismum. Sit enim bonū quidem in quo a, scientia uero, in quo b, & c, si itaq; scientiam omnem studiosam accepit & nullam a, b omni inest, & c, nulli. Quare b, nulli c, nulla igitur scientia, scientia est. Similiter autem etsi omnē accipiens studiosam, medicinam non studiosam accepit, namque ipsum a omni b, ipsi uero c: nulli quare quædam scientia non erit scientia, etsi ipsum a, c quidem omni, b autem nulli, est uero b, quidem scientia, c autem medicina, sed a, suspitio: quum enim acceperit nullam scientiam suspitionem: accepit aliquam scientiā esse suspitionem. Differt autem ab eo qui pridem, eo quòd terminis conuertitur, prius enim ad b: nunc autem ad c affirmatiuū: etsi altera propositio nō sit vniuersaliter, consimiliter. Semper enim medium est, quod ab altero quidem negatiuè dicitur, de altero autem affirmatiuè: quare contingit opposita concludi, non autē semper, neque omnino, sed si ita se habeant: quæ sunt sub medio, vt aut eadem sint, aut totum ad partem, aliter autem impossibile, neq; enī erūt ullo modo propositiones neq; cōtrariæ, neq; oppositę.

## De syllogismo ex oppositis in tertia figura. Caput. XVII.

Sed

UNIVERSIDADE LIVRARIA DA

Sed in tertia figura affirmatiuus quidē syllogismus nunquā erit ex positis propositionibus obdictā causam & in prima figura, negatiuus uero erit & vniuersaliter & non uniuersaliter terminis existentibus. Sit enim scientia in quo b, & c, medicina autem in quo a, si itaque acceperit omnem medicinā scientiam, & nullam medicinam sciētiam b, omni a, sumpsit, & c, nulli, quare erit aliqua scientia non scientia. Similiter autem & si non uniuersaliter accepta fuerit a, b propositio, si enim est aliqua medicina scientia, & rursus nulla medicina scientia, accidit scientiam aliquam non inesse scientiam. Sunt autem quū termini uniuersaliter accipiuntur propositiones contrariæ, quū uero alter in parte, oppositæ. Oportet autem existimare, quod contingit quidem sic opposita accipere, quemadmodum diximus, omnem scientiam studiosam esse, & rursus nullam aut aliquā non studiosam, quod non consueuit latere. Est autem per alias interrogationes ratiocinari alterum, aut quemadmodum in topicis dictum est, accipere. Quoniam uero affirmationum oppositiones sunt tres, sex modis contingit opposita accipere: aut omni & nulli, aut omni & non omni, aut alicui & nulli, & hoc conuertere in terminis, ut a, omni b, ipsi uero c, nulli, aut c, omni b, autem nulli, aut huc quidem omni, illi uero non omni, & rursus hoc conuertere secundum terminos. Similiter autem & in tertia figura, quare manifestū, & quot modis, & in qualibus figuris cōtingit per oppositas propositiones fieri syllogismū. Sed & manifestū quod ex falsis quidē est verū ratiocinari, quēadmodum dictum est prius: ex oppositis autem nō est, semper enim syllogismus fit contrarius rei (ut si est bonum non esse bo-

num,aut si animal non animal)eo quòd ex cõtradictione est syllogismus,& termini subiecti aut ijdem sunt,aut hic quidem totum,ille uero pars. Planum autem & quod in paralogismis,nil prohibet fieri suppositionis contradictionẽ. Vt si est impar nõ esse impar,ex oppositis namq; propositiombus,contrarius erat syllogismus. Si itaque tales acceperit,erit suppositionis cõtradictio. Oportet autem existimare,quòd ita quidem nõ erit contraria concludere ex uno syllogismo,(ut sit conclusio,non existens bonũ,bonũ,aut aliud quid tale) nisi statim propositio talis accepta fuerit,vt animal album esse & non albũ,hominem verò animal,sed aut contradictionem oportet assumere,vt quod omnis scientia suspicio & non suspicio,postea accipere quod medicina scientia quidem est,nulla autem suspicio,quemadmodum elenchi fiunt,aut ex duobus syllogismis,quare esse quidem contraria secundum veritatem,quæ sumpta sũt non est alio modo,quã hoc veluti prius dictum fuit.

## De petitione principij. Cap. XVIII.

IN principio autem petere & accipere est quidem vt in genere sumere in eo,quod non est demonstrare propositum,hoc autem accidit multifariam. nã & si õnino non ratiocinatur, & si per ignotiora, aut similiter ignota,& si per posteriora prius,demonstratio namq; & ex credibilioribus & prioribus est:horum igitur nihil est peti,quod in principio. Sed quoniam non nulla quidem per se ipsa apta nata sunt cognosci,quædã vero per alia,principia enim per se ipsa,quæ autẽ sub principia p alia quãdo nõ p se ipsũ cognoscibile,conetur aliquis p se ipsũ mõstrare,tũc petit quod ex principio. Hoc aũt est quidẽ sic facere,

vt

vt ſtatĩ poſtulet quod propoſitũ eſt, cõtingit vero & in alia trã-
ſeuntes apta nata per illud mõſtrari, per hçc demõſtrare, quod
ex principio, veluti ſi a, monſtraretur per b, b, autem per, c, c, au-
tem natum eſſet monſtrari per a, accidit enim ita ratiocinantes
ipſum a, per ipſum monſtrare, quod factum, quæ coalternas pu
tant ſcribere, latent enim ipſi ſe ipſos talia accipiẽtes, quæ nõ eſt
poſſibile monſtrare non exiſtẽtibus coalternis: quare accidit ita
ratiocinantibus, vnumquodque eſſe dicere, ſi eſt vnum quodq;, ſed
ita omne erit per ſeipſum cognoſcibile, quod impoſſibile. Si igi-
tur obſcuro exiſtente quòd a, ineſt ipſi c, ſimiliter autẽ & quòd
ipſi b, peteretur a, ineſſe ipſi b, nondum clarum, ſi quod in prin-
cipio petitur, ſed planũ, quòd non demonſtrat: non enim eſt prin-
cipiũ demonſtrationis, quod ſimiliter obſcurum, ſit tamen b, ad c
ita ſe habeat, vt idẽ ſint, aut videlicet. Conuertuntur, aut ineſt alte
rũ alteri, petitur quod in principio, mõſtrare enĩ poſſet per illa,
quòd a, ineſt ipſi b, ſi conuertuntur: nunc autẽ hoc prohibet, ſed nõ
modus: ſi vero hoc faceret, quod dictũ eſt, faceret vtiq; & con-
uerteret per tria. Similiter autẽ & ſi acciperit b, ipſi c, ineſſe, iti-
dem obſcurũ exiſtens: & ſi a, ipſi c, nondũ quod à principio pe-
tit: ſed nõ demonſtrat. Si vero idem ſint a, & b: aut eo quòd con
uertuntur, aut eo quòd ex b ſequitur a, quod à principio eſt, petit
ob eandem cauſam: quid enim poteſt, quod ex principio dictum
nobis eſt, quod per ſe ipſum monſtrare, quod non per ſeipſũ ma-
nifeſtũ: ſi igitur eſt in principio peti per ſepſum mõſtrare, quod
non per ſeipſũ manifeſtũ: hoc autem eſt non monſtrare, quando
quum ſimiliter obſcura ſint id, quod monſtratur, & id per quod
mõſtrat, aut eo quòd eadẽ eidem, aut eo, quòd idem eiſdem ineſt,

accipiat. In media quidem figura & tertia vtroq; modo contingere posset peti, quod in principio: in prædicatiuo autem syllogismo & in tertia & prima: quando autem negatiuæ, quum eadem ab eodem, & non similiter ambæ propositiones. Consimiliter vero & in media, propterea, quod termini non cõuertantur secundum negatiuos syllogismos. Est autem in principio petere in demonstrationibus quidem, quæ secundum veritatem sic sehabent, in dialecticis vero quæ secundum opinionem.

## De non propter hoc accidere falsum. Cap. XIX.

NOn propter hoc autem accidere falsum: quod plerunque in rationibus consueuimus dicere. Primum quidem est in syllogismis ad impossibile: quando ad contradictionem sit huius: quod monstrabatur ea, quæ est ad impossibile. Neq; enim qui non contradixit, dicet quod est non pœnes hoc: sed quod falsum aliquid positum fuit eorum, quæ prius: neq; in ea quæ monstrat: non enim ponit, quod contradicit. Amplius autem quando sublatum fuerit aliquid ostensiue per a, bc, non est dicere, quod non pœnes positum factus est syllogismus: namq; non pœnes hoc fieri tunc dicimus, quando sublato hoc, nihil minus concludatur syllogismus: quod non est in ostensiuis: sublata enim positione neq; ad hanc erit syllogismus. Manifestum igitur quod in ijs, quæ ad impossibile dicitur non pœnes hoc: & quando ita se habeat ad impossibile, suppositio, quæ à principio: vt & existente & non existente hac, nihil minus accidat impossibile. Qui igitur manifestissimus est eius, quod est non ppter positionem esse falsum: quando à suppositione inconiunctus fit â

medijs

me lijs ad impoßibile ſyllogiſmus: quod dictũ eſt & in topicis. Non cauſam enim vt cauſam ponere: hoc eſt: vt ſi uolens monſtrare quòd diameter eſt incommenſurabilis, arguere Zenonis rationem, quòd non eſt moueri, & in hoc deduceret impoßibile: nullo nanq; modo nullibi continuum eſt falßum dictioni quæ â principio. Alius autem modus ſi continuum ſit impoßibile ſuppoſitioni, non tamen propter illam accidat: hoc enim contingit fieri & ſurſum & deorſũ accipiẽti cõtinuũ: vt ſi a, ponatur ipſi b, ineße: b, autem ipſi c: c, vero ipſi d: hoc autẽ ſit falßum b, ineſſe ipſi d: nanq; ſi ablato a, nihil minus ineſſet b: ipſi c, & c, ipſi d, nõ eſſet vtiq; falßum propter ſuppoſitionem, quæ à principio. Aut rurſus ſi quiſpiam rurſum acciperet continuum: vt ſi a: ipſi b: e, vero ipſi a, & f, ipſi e, falßũ eße poſſet f: ineſſe ipſi a: nanq; & ſic nihil minus eße poſſet impoßibile, ſublata ſuppoſitione, quę à principio. Sed oportet ad terminos, qui â principio coaptare impoßibile: ſic enim erit propter ſuppoſitionem: vt deorſum accipienti continuum ad prædicatuũ terminorũ, nã ſi impoßibile a, ipſi d, ineſſe, ablato a, non ãplius erit falßum. Surſum vero de quo prædicatur, ſi enim non accidit f, ineſſe ipſi b, ablato b, non amplius erit impoßibile. Similiter autem & priuatiuis exiſtentibus ſyllogiſmis. Manifeſtũ igitur quòd impoßibili nõ inexiſtẽti ad terminos, qui à principio, non accidit falßum propter poſitionẽ. Aut neq; ita ſemper propter ſuppoſitiones erit falßum, nanq; & ſi poſitum fuerit a, ineſſe nõ ipſi b ſed ipſi K: K, vero ipſi c, & hoc ipſi d, & ſic manet impoßibile. Similiter aũt & ſurſũ accipienti terminos. Quare quoniam & exiſtẽti & non exiſtenti hoc accidit impoßibile, non eſſet vtiq; propter poſitionem,

aut hoc,quod est,non existenti hoc nihil mīnus fieri falsum, non ita accipiendum:ut quum aliud ponitur,accidat falsum,sed quādo ablato hoc per reliquas propositiones idem concludatur impossibile,quoniam idem utique falsum per plures suppositiones accidere,nihil fortasse inconueniens. Veluti coalternas cōcidere,& si maior est extrinsecus intrinseco,& si triangulus haberet plures rectos duobus.

## De falsa ratiocinatione,catasyllogismo, hoc est corratiocinatione & elencho. Caput. XX.

FAlsa autem oratio efficitur penes primum falsum, aut enim ex duabus propositionibus,aut ex pluribus omnis est syllogismus. Si igitur ex duabus harum alteram, uel & ambas necesse est falsas esse,ex veris enim non erat falsus syllogismus,quod si ex pluribus,ut c,per a,b:hoc autem per d, e,f, b,ex his aliquid superiorum falsum erit,& oratio poenes hoc, nanq; a,& b,per illa concluduntur,quare poenes illorum aliquid accidit conclusio & falsum. At hoc autem quod non fiat ratiociniū,obseruandū,quando sine cōclusionibus rationē interrogat, ne bis in propositionibus idē detur,quoniā scimus quòd sine medio non efficitur syllogismus,mediū vero est quod plures dicitur, qualiter aūt oportet ad vnāquāq; conclusionē mediū obseruare, manifestū ex eo,quod scimus,quale in vnaquaq; figuru mōstratur:hoc aūt nos non latebit eo,quòd scimus,quomodo præstamus orationem. Oportet auttem quod custodire prçcipimus respondentes, ipsos arguentes conari latere. Hoc autem erit primum quidem si conclusiones non præratiocinentur, sed acceptis necessarijs sint obscuræ. Amplius vero si propinqua non interrogat

rogat, sed quàm maxime immediata, vt si sit opus concludere a, d, e, f media b, c d, e: oportet itaque interrogare si a, ipsi b, & rursus non si b, ipsi c, sed si d, ipsi e, & postea si b, ipsi c, & sic reliqua. Et si per vnum medium fiat syllogismus a, medio incipere: maxime enim sic latere posset respondentem. Quoniam autẽ habemus quãdo & quomodo se habentibus terminis fit syllogismus, manifestum & quando erit & quando non erit redargutio. Quum enim omnes responsiones concedũtur aut vicissim ponuntur, ut hæc quidem negatiua, illa uero affirmatiua, accidit fieri redargutionem. Erat enim syllogismus: & ita & illo modo se habentibus terminis: quare si quod ponitur contrarium conclusioni, necesse est fieri redargutionem, redargutio nam q̃ contradictionis syllogismus. Quod si nihil concederetur, impossibile fieri redargutionem, non enim erat syllogismus omnibus terminis priuatiuis existentibus, quare neque redargutio: si enim redargutio necesse syllogismum esse, syllogismo autem existẽte, non necesse est redargutionem esse. Similiter uero & si nihil poneretur secundum responsionem in toto, eadem nã q̃ erit determinatio redargutionis & syllogismi.

## De fallacia secundam opinionem. Caput. XXI.

ACcidit autem aliquando (quemadmodum in terminorum positione decipimur) & secundum suspitionem fieri deceptionẽ: quẽadmodũ si cõtingit idẽ pluribus primis inesse: & hoc quidẽ latere quempiã & existimare nulli inesse, illud aũt nosse. Sit a, inexistẽs b, & c, per se ipsa: & hęc õm d, similiter: Si igitur existimat a, õmi quidẽ b, inesse, et hoc ipsi d: a uero nulli c, & hoc omni d. Eiusdẽ secundũ idẽ habebit scientiã & ignorantiam.

rantiã. Rursus si quis deciperetur circa ea, quæ ex eadem coordinatione: ut a, inest ipsi b: hoc autem ipsi c, & c, ipsi d: suspicaretur nero a, omni b, inesse, & rursus nulli c, simul enim & noscet & non suspicabitur inesse. Igitur nil aliud censebit ex his, quã quod scit, hoc nõ suspicari: scit enim quodãmodo, quòd a, inest ipsi c, ueluti uniuersali, quod secundum partem. Quare quod quodãmodo scit, hoc pœnitus censet nõ suspicari: quod est impossibile. Sed in prius dicto, si non medium ex eadẽ coordinatione secundum utrumque mediorum ambas propositiones non accidit suspicari. Vt a, b quidem omni: c, uero nulli: hęc autem utraque omni d. Accidit enim aut simpliciter, aut ad aliquid cõtrariam accipi propositionem primã: si enim cui omni inest b, existimat ipsum a, inesse: b uero ipsi d, nouit: & quod ipsi d, a, nouit. Quare si iterũ cui c, nulli existimat a, inesse, cui b, alicui inest: huic nõ existimat a, inesse: quod autẽ omni existimatur cui b, rursus alicui non existimare cui b: aut simpliciter, aut ad aliquid, cõtrarium est: sic igitur non contingit suspicari. Secundum ʋtrumque uero ʋnam, aut secundum alterum ambas, nihil prohibet ut a, õni b, ipsi d, & rursus a, nulli c. Similis enim talis deceptio, & quemadmodum decipimur circa eas, quæ in parte, ueluti si a, inest omni b, b uero omni c, a omni c, inerit, si itaque quispiam nouit, quòd a, inest omni cui b, nouit, & quod cui c, sed nil prohibet ignorare c, quod est, ut si a, duo recti, in quo autem b, triangulus, in quo uero c, sensibilibus triãgulis, suspicare nãq; posset aliquis non esse c, sciens quòd õnis triãgulus haberet duos rectos: quare simul nosset & ignorabit idẽ, nosse enim õnẽ triãgulũ, quòd duobus rectis, non simplex est, sed hoc quidẽ uniuersalẽ

salē habere scientiā, illud autem singularem, sic igitur ut in uniuersali nouit c, quod duo recti, in singulari autem non nouit, quare non habebit contrarias. Similiter uero & ratio, quæ in Menone, quòd disciplina recordatio, nullibi namque accidit præsciri quod singulare est, sed simul cum inductione accipire scientiam quæ secundum partem, tanquam recognoscentes, quædam enim subito nouimus, quēadmodum quòd duobus rectis, si nouerimus quòd triangulis. Similiter autem & in alijs. Vniuersali igitur speculamur, quæ in parte, propria uero non nouimus, quare accidit & decipi circa ipsa, uerum non contrariæ, sed habere quidē uniuersalem, decipi uero ea, quæ secundum partem. Similiter autem & in prædictis, neque enim contraria deceptio, quæ secūdum medium scientiæ, quæ secūdum syllogismum, neque quæ secundum utrumque mediorum suspicio, nihil autem prohibet scientem & quod a, toti b, inest, & rursus hoc ipsi c, existimare a, nō inesse c. Vt quod ōnis mula sterilis, et ipsa mula, existimare prę gnantem hanc esse, non enim scit, quod a, ipsic, non simul speculās assumptū, quod secundum utrumq;. Quare planū quod & si hoc quidem nouit, illud uero non nouit, decipietur, quòd habent uniuersales ad scientias, quæ secundum partem: nullum enim sensibilū extra sensum existens nouimus: neq; si sentiētes, scimus nisi ut uniuersale & eo, quod est habere propriam scientiam, sed non in eo quod actu est. Scire nāq; trifariā dicitur, uel ut uniuersali, uel ut propria, uel ut in actu: quare & decipi tot medijs: nihil igitur prohibet & nosse & deceptum esse circa idē, ueruntamen non contrariæ: quod accidit & secundum utrāque cognoscenti ꝓpositionē, & non consideranti prius: suspicās enī

mulam

mulam prægnantem esse, non habet scientiam secundũ actum: neq; iterũ ob suspitionem contrariam deceptionẽ scientiæ: syllogismus enim est contraria deceptio in uniuersali. Qui vero suspicatur bono esse malo esse, idem suspicabitur bono esse & malo, sit nãq; bono esse, in quo a, malo aũt esse, in quo b, rursus vero, bono esse, in quo c. Quoniã igitur idẽ suspicabitur b, & c, & esse c, b, suspicabitur, & rursus b, a, esse consimiliter, quae, & c, & a. Quẽadmodũ enim si erat verũ, de quo c, b, & de quo b, a: & de c, a, verũ erat: ita & in ipso suspicari: similiter aũt & in ipso esse, quũ enim idem sint c, & b, & rursus b, & a, & c, ipsi a, idẽ erat: quare & in ipso opinari cõsimiliter, ergo hoc quidẽ necessarium, si quis dabit primum, sed fortasse illud falsum, suspicari quendam malo esse, bono esse, nisi secundum accidens, hoc nũquã multipliciter opinari possibile est, cõsiderandũ vero hoc melius.

## De conuersionibus terminorum. Cap. XXII.

QVando aũt extrema cõuertũtur, necesse est & medium conuerti adutraq;, si enim a, de c, per b, inest, si cõuertuntur & ipsum c, inest omni, cui a: & b, cum a, cõuertitur, & inest b, omini cui a, per mediũ, c, & c, cum b, conuertitur per medium a, & in non inesse consimiliter, veluti si b, ipsi c, inest: a, vero ipsi b, non inest, neq; a, ipsi c, inerit: si igitur a, conuertitur cũ b, & cõuertitur cũ a, sit enĩ b, nõ inexistẽs ipsi a, neq; igitur c, nã b, inerat õm c. Etsi c, cõuertitur cũ b, & b, cõuertitur cũ a, de quo enĩ b, õni et c, etsi c, ad a, cõuertitur, et b, cõuertitur, cui b, c. Cui vero a, c, non inest, & solũ hoc à conclusione incipit, alia aũt non similiter vt in prædicatiuo syllogismo. Rursus si a & b, conuertuntur, & c, & d, consimiliter, necesse aũt a, vel c,

omni

omni ineſſe,& b,& d,ſic ſe habebit,ut ōni alterū inſit,quoniã cui a,b:& cui c,d:ōni aũt a,uel c,& nō ſimul,planũ quòd & b, uel d,omni & non ſimul,ut ſi ingenitũ incorruptibile & incorruptibile igenitũ,neceſſe quod ſit corruptibile et corruptibile factũ eſſe:duo enim ſyllogiſmi fiũt. Rurſus ſi ōni a,aut b,& c,aut d,ſimul uero nō inſunt,ſi conuertũtur a,& c:& b,& d,cõuertentur,ſi enim b,nō ineſt,alicui cui d,planũ quòd a,ineſt:ſi uero a,& c,cõuertũtur enim,quare ſimul a,& d,hoc aũt impoſſibile. Quum uero a,toti b,& c,inſit,& de nullo alio prędicetur,inſit aũt & b,omni c,neceſſe eſt a,& b,cõuerti,quoniã enim a,de ſolis b,c dicitur,prędicatur aũt b,& ipſum de ipſo et de c. Planũ quòd de quibus a,et d,dicetur ōnibus uerũ & de ipſo a. Rurſus quãdo a,& b,toti ineſt c. Cõuertitur aũt c,cũ b,neceſſe a,ōni b, ineſſe,quoniã enim a,omni c,cuero ipſi b,eo quòd cõuertitur,& a,omni b,inerit. Quãdo autẽ duobus exiſtentibus,ut a,eligibilius ſit quàm b,quum ſint oppoſita,& d,quàm c,ſimiliter ſi eligibiliora ſunt a,c quàm b,d,a eligibilius quàm d. Similiter enim ſequendum a,& fugiendum b,oppoſita nam ęq; & c,ipſi d,nam & hæc oppoñtur:ſi igitur a,ipſi d,ſimiliter eligendũ,& b,ipſi c,fugiendũ,utrumque enim utrique ſimiliter fugiendum ſequendo. Quare & ambo a,c ipſis b:d quoniam autem magis nō poſſunt ſimiliter:namque b,d ſimiliter erant,ſi uero d,quàm a, eligibilius,& b,quàm c,minus fugiendum: nam minus minori opponitur,eligibilius autem maius bonum & minus malũ, quam minus bonum & maius malum,& totũ ergo b,d eligibilius quã a,c,ſed nunc non eſt a,igitur eligibilius quàm d,& c utaque quã b,minus fugiendũ:ſi ergo eligeret omnis amans ſecũdum amo-

rem

rem a, sic se habere ut gratificetur, & non gratificari in quo c, aut gratificari in quo d, & nõ talem esse ut gratificetur in quo b, planum quod a, talem esse, eligibilius est quàm gratificari. Amari igitur coitu eligibilius secundum amorem, amor igitur magis est amicitiæ quàm ipsius coitus, quòd si magis huius & finis hoc: coire igitur aut non est pœnitus, aut eius quòd est amari gratia, namque & alij affectus & artes sic. Quomodo igitur se habent termini secundum conuersiones, eo quod magis fugienti vel eligibiliores sint, manifestum.

## De epagoge, id est inductione. Caput. XXIII.

QVoniam autem non solum dialectici & demonstratiui syllogismi per præductas efficiuntur figuras, sed & rethorici simpliciter quæcumque fides est, & secundũ quãcunque methodum nunc utique dicendum erit: omnia enim credimus, aut per syllogismum, aut ex inductione. Inductio igitur est, & ex inductione syllogismus, alterum extremum medio ratiocinari per alterum, ueluti si ipsorum a, c medium sit b, per c, monstrare a, inexistens ipsi b: sic enim facimus inductiones, vt sit a, longæuum, in quo autem b, bilem non habens, in quo uero c, singulare longæuum, sicut homo & equus & mulus: a igitur inest toti c, omne enim quod bile caret longæuum: sed & b, bilem non habens, inest omni c. Si igitur conuertitur c, cum b, & non excedit medium, necesse est a, inesse ipsi b, monstratum namque fuit prius, si duo quædam eidem insint, & ad alterum ipsorum conuertatur extremum, quòd conuertenti & alterum prædicatorum inerit. Oportet autẽ intelligere c, ex omnibus singularibus compositũ, inductio enim per omnia. Est autẽ

talis

talis syllogismus primæ & immediatæ propositionis, quorũ nãq; est mediũ per mediũ syllogismo, quorum uero nõ est per inductionẽ, & quodãmodo opponitur inductio syllogismra, hic enim per mediũ extremũ tertio monstrat, illa aũt per tertiũ extremum medio: natura igitur prior & notior per mediũ syllogismus, nobis uero notior qui per inductionem.

## De paradigmate, hoc est exemplo.

### Caput. XXIIII.

SEd exemplum est quando extremũ medio inexistẽs monstratum fuerit per simile, tertio, oportet autem mediũ tertio & primum simili notius esse inexistens, ut sit a, malũ, b, contra cõfines bellũ inferre, in quo c, Athenienses cõtra Thebanos, in quo autem d, Thebanos cõtra Phocenses. Si itaq; uelimus monstrare quod bellũ gerere cũ Thebanis est malũ, accipiendũ quod contra confines bellũ gerere est malũ, huius aũt fides ex similibus: ut quoniã Thebanis, quod cõtra Phocenses. Qua igitur malum est quod contra confines, quod uero contra Thebanos contra confines est, planũ quod contra Thebanos bellũ gerere malum: manifestum itaque quod b, ipsi c, & ipsi d, inest ambo enim sunt, contra confines bellũ inferre, & quod a, ipsi d. Thebanis enim nõ fuit utile bellũ contra Phocenses, quod aũt a, ipsi b, inest per d, demonstrabitur. Eodẽ autem modo si per plura similia fides fiat, medij ad extremum. Manifestum igitur quod exemplũ est, neque ut pars ad totum, neque ut totum ad partem, sed ut pars ad partem, quãdo ambo sub eodem sint, notum uero alterum. Et differt ab inductione, quoniam hæc ex omnibus indiuiduis, extremum monstrabat inesse medio, & ad

extre-

extremum non coaptabat syllogismum, illud autem & coaptat & non ex omnibus monstrat.

## De apagoge, abductioneque. Caput. XXV.

ABductio uero est, quum primum medio inexistens manifestum sit, ultimo autem medium, obscurum quidem, sed similiter credibile, aut magis quàm conclusio. Amplius si pauca sint media ultimi & medij, omnino enim propinquius scientiç accidit esse, ut sit a, docibile, in quo b, scientia, c, iustitia, quòd igitur scientia docibilis, planum, si autem uirtus scientia obscurũ, si igitur b, c similiter aut magis credibile quàm a, c abductio est, est enim proximius ipsi scire, eo quòd assumpsimus a, c scientiam prius non habentes. Aut rursus si pauca sint media ipsorum b, c namque & sic proximius ipsi cognoscere, velut si d, esset quadrari, in quo autem e, rectilineum, in quo uero f, circulus, si ergo ipsius e, f unum solum esse medium hoc, quod est cum lunulis æqualem fieri circulum rectilineo, esse posset prope ipsum cognoscere, quum uero b, c neque credibilius sit quàm a, c neque pauca media, non dico abductionem, neque quando b, c, sit immediatum, tale enim scientia est.

## De instantia quam enstasim dicunt. Caput. XXVI.

CAEterum instantia est propositio propositioni contraria, differ autem à propositione quoniam instantiam contingit esse in parte, propositionem uero aut omnino non cõtingit, aut non in vniuersalibus syllogismis. Fertur autem instantia bifariam, & per duas figuras: bifariam quidem quomã

aut

aut vniuersaliter, aut in parte omnis instãtia: ex duabus uero figuris, quoniam oppositæ feruntur propositioni, opposita autẽ in prima & tertia figura concluduntur solis, quando enim censeat omni inesse instamus quòd nulli, aut quòd alicui non inest. Horum autem nulli quidem ex prima figura, alicui vero non, ex ultima, ut fit a, unam esse scientiam, in quo b, contraria. Quum igitur proponit unam esse contrariorũ scientiã, instat, aut quod omnino non eandem oppositorum, contraria aũt opposita, quare fit prima figura, aut quoniam noti, & ignoti, non una, hæc uero tertia, namq; secundum tertiam noto & ignoto, contrario quidem esse uerum: unã autem ipsorum scientiam esse, falsum. Rursus in priuatiua propositione consimiliter, quum enim censet non esse vnam contrariorum, aut quòd omnium oppositorũ, aut quòd aliquorum contrariorum eãdem disciplinam dicimus, ut sanabilis & ægrotabilis, omnium igitur ex prima, aliquorũ uero ex tertia figura. Simpliciter enim in omnibus, quum vniuersaliter quidem instant ad uniuersale contradictionem dicere eorum, quæ proponuntur, uelutisi non existimet eandem cõtrariorum, omnium dicentem oppositorum unam: sic autem necesse primam esse figuram, medium enim fit quod uniuersale ad id, quod ex principio. In parte uero ad quod est uniuersale, de quo dicitur propositio: ut noti & ignoti non eandem, contraria enim uniuersaliter ad hæc, & sit tertia figura, mediũ enim quod in parte accipitur, ut notum & ignotum, ex quibus enim est ratiocinari contrarium, ex his & instãtias conamur dicere: quare et ex solis his figuris ferimus, in solis enim oppositi syllogismi, per mediã enim nõ erat affirmatiuæ. Amplius et si pluris

ris indigeat orationis, quæ per mediam figuram, ueluti si nõ det a, inesse b, eo quod c, nõ sequitur ipsum. Hoc enim per alias propositiones planũ. Nõ oportet autem instantiam ad alia uerti, sed statim manifestam habere alteram propositionem. Vnde & signũ ex sola hac figura non est. Considerandum autẽ & de alijs instantijs, ut de ijs, quæ sunt ex cõtrario, & simili & eo quod secundum opinionem, & si eam quæ est in parte ex prima, aut priuatiuam ex media possibile capere. Verisimile uero & signum non est idem: sed uerisimile quidem est propositio probabilis: quod enim, cognoscunt vt in pluribus ita fieri aut nõ fieri, esse aut non esse, hoc est uerisimile, ut odire inuidentes, aut beneuolentia prosequi amatos. Signum autem uult esse propositio demonstratiua, aut necessaria, aut probabilis, quo enim existẽte est, aut quo facto prius aut posterius facta est res, signũ est, quod factum fuerit aut sit.

## De eicote, hoc est consentaneo, signo, iudicio & enthymemate. Caput. XXVII.

ENthymema igitur est syllogismus imperfectus ex uerisimilibus aut signis. Accipitur autem signũ trifariã, quod modis & medium in figuris, aut enim ut in prima, aut in media, aut ut in tertia: ueluti monstrare prægnantem eo, quod lac habet, medium enim lac habere, in quo a, prægnantem esse b, lac habere, mulier in quo c. Quod autem sapientes studiosi. Pittacus enim studiosus per ultimam, in quo a, studiosum, in quo b, sapientes in quo c, pittacus. Verum igitur & a, & b, de c, prædicare, sed hoc quidem non dicunt propter cognoscere, illud autem accipiunt. Prægnantem uero esse, quoniam pallida, per mediã figuram

figuram vult esse, quoniam enim sequitur pallidum prægnantes, sequitur aut & hanc, monstratum fuisse putant, quòd est prægnans. Pallidum in quo a, prægnantem esse, in quo b, mulier in quo c: Si igitur una dicta fuerit propositio, signum fit solum, sin autem & altera assumpta fuerit, syllogismus, ut quoniam Pittacus liberalis, nã honoris cupidi liberales. Pittacus vero honoris cupidus. Aut rursus quid sapiẽtes boni, Pitacus enim bonus, sed & sapiens, sic igitur fiunt syllogismi, uerum quòd per primam figuram insolubilis, si uerus sit, vniuersalis enim est, qui vero per ultimam, solubilis, & si uera sit conclusio, eo quòd non est vniuersalis, neq; ad rem syllogismus: non enim si Pittacus studiosus, propter hoc & alios necesse sapientes. Qui uerò per mediam figuram: semper & omninò solubilis, nunquam enim fit syllogismus ita se habentibus terminis: nõ enim si prægnans pallida, pallida autem & hæc, necesse prægnantem esse hanc, uerum igitur in omnibus erit signis, differentias autem habent quæ dictæ sunt. Aut igitur sic diuidendum signũ. Horum vero medium vestigium sumendum: vestigium namque quòd scire facit aiunt esse, tale aũt maximè quòd medium. Aut quæ ex extremis signũ dicẽdũ, quę vero ex medio vestigiũ. Probabilissimũ namq; et maximè verũ, quod est per primã figurã.

## De syllogismo physiognomico. Cap. XXVIII.

NAturam vero cognoscere possibile est, si quis det simul mutari corpus & animam, quæcumq; naturales passiones sunt: qui enim fortasse musicam didicit mutauit animam in aliquo, verum passio hæc non est ex ijs, quæ natura nobis insunt: sed quemadmodum iræ & desideria ex naturalibus

motibus. Si igitur & hoc datũ fuerit & vnũ vnius signum esse, & possimus accipere propriã vniuscuiusq; generis passionem signũ, poterimus naturam cognoscere. Si enim seorsum est alicui generi individuo inexistens passio, ut leonibus fortitudo, necesse & signũ esse aliquod. Simul namq; inuicẽ pati supposituũ est, etsi hoc magnas extremitates habere, quòd alijs inesse generibus non totis contingit, signum enim ita proprium est, quoniam totius generis propria est passio, & non solũ propria, quẽ admodum consueuimus dicere. Inerit igitur & in alio genere hoc & homo erit fortis, & aliud aliquod animal, habebit igitur signum: vnum enim vnius erat. Si igitur hæc sunt, & poterimus talia signa colligere in his animalibus, quæ solum vnam aliquam passionem habent propriam, vna quæq; autem habet signum, quoniam necesse vnum habere poterimus naturam cognoscere. Quòd si duo habet propria totum genus, vt leo forte & communicatiuum, quo modo cognoscemus vtrum vtrius signum seorsum consequentium signorum. An si alij alicui non toti ambo, & in quibus non totis vtrunque, quando hoc quidem habet, illud vero non. Si enim fortis quidem, liberalis vero non, habet autẽ ex duobus hoc, planum quòd & in leone hoc signum fortitudinis. Est itaque naturam cognoscere, in prima figura medium conuerti cùm primo extremo, supergredi vero tertium & non conuerti, vt fortitudo a, extremitates magnę in quo b: c, autem leo, cui igitur c, b, omni, sed & alijs, cui vero b, & a, omni, & non pluribus, sed conuertitur. Quòd si non, non erit vnum vnius.

Libri Priorum Analyticorum Arist. finis.

Aristo-

# ARISTOTELIS POSTERIORVM *Analyticorũ* Liber Primus.

## De præcognitis. Cap. I.

OMnis doctrina, omnisq; disciplina, intelectiua præexistente cognitione fit. Id si omnes quo fiant pacto considerem⁹, manifestum profecto fiet. Mathematicæ namque scientiæ illo comparantur modo, cæterarumq; artium vnaquçque. Sanè circa orationes quoq;, siue illæ per ratiocinationes, siue per inductionem fiunt, seruari modus idem solet: in vtrisq; nanq;, per anteà nota doctrina nimirum fit: quippe cum in altera tanquam à cognoscentibus propositiones accipiantur: in altera per singulare iam notum ipsum vniuersale ostendatur. Simili profectò modo & oratoriæ rationes suadẽt: aut enim exẽplis, quod est inductio: aut enchymematibus, quod quidem ratiocinatio est, facultas ipsa solet oratoria suadere.

Dupliciter aũt prænosse necesse est: quædam enim esse, quçdam quid dictu significent, quædam vtrique modo anteà percipiamus oportet: ueluti de quouis quidem affirmationem, aut negationem dici uerum esse: triangulum autẽ hoc significare: unitatem utroque modo, & quid significet, & etiam esse: nõ enim unumquodque istorum simili nobis modo manifestum est. Fit autem, ut quæ cognoscimus, eorum quædam prius etiam cognouerimus. Quorundam uerò cognitionẽ simul accipiamus, ueluti quæcunque sunt sub uniuersali, quorũ quidẽ habetur cognitio. Nam omnem triangulum tres duobus rectis æquos habere,

ante sciuimus: at id quod est in semicirculo, triangulum esse, simul vt eo inducti sumus, agnouimus. Hoc enim pacto nõnullas discimus rerum, & non per medium extremum cognoscimus, scilicet quæcumq; singulares rerum formę sunt, & de subiecto nullo dicuntur. Anteã uero quàm facta inductio uel ratiocinatio sit, partim fortasse nos scire, partim nescire dicendũ est. Quod enim non sciuit an esset simpliciter, id quomodo duobus rectis æquales habere, scire simpliciter licet: at patet, quòd hoc quidem pacto scit: scit enim vniuersaliter, simpliciter uerò non scit: quòd quidem ni ita sit, ea profecto que in Menone hæsitatio est, vsu ueniet: aut enim nihil quisquam discet, aut ea quæ scit discet. Non enim ita respondendum est, qualiter soluere quidam nituntur: omnmenè dualitatem parem esse scis? annuenti uerò, dualitatem ei quandam offert, quam quidẽne esse putabat, ita neque parem esse putabat: soluunt enim, non omnem se scire dicentes esse parem dualitatem, sed eam quam esse dualitatem sciunt. Et tamen sciunt quidem id, cuius demonstrationem tenẽt, cęperũtq;: at non eius omnis quòd ipsi aut triangulum, aut numerum esse sciunt, sed trianguli & numeri simpliciter omnis demonstrationem cęperunt. Nulla enim huiuscemodi propositio sumitur, quem tu scis numerum, aut quam tu scis rectilineam figurã, sed absolutè quodlibet sumitur. Sed nihil ut arbitror obstat, si id quod discit quis partim quidem norit, partim uerò ignoret. Nõ enim absurdum est hoc, si id quod tenet, addiscat aliquo modo: sed si hoc pacto, eaq; ratione qua disci, eodẽ modo teneat.

Tex. iiij.

## De modis sciendi, & demonstratione.

## Caput. II.

Scire

SCire autem vnãquanq; rem simpliciter, sed non vt Sophis- Text. v.
tæ per accidens arbitramur: cùm causam ob quam res est, illius causam esse, & fieri non posse vt res aliter sese habeat cognoscere arbitramur. Patet igitur, ipsum scire tale quid esse: nã & hi qui nesciunt, & ij qui sciunt, illi ità se rẽ habere putãt, hi ita sese etiã habẽt. Quare cuiusq; simpliciter est scientia, id vt aliter sese habeat fieri omninò non potest. An verò & alius sciendi modus sit, posteriùs dicemus. Dicimus autem & per demõstrationem nos scire: demõstrationem autem dico ratiocinationem eam, quæ scientiam efficit: eam verò scientiam efficere dico, qua scimus, eam ipsam habendo. Si igitur ipsum scire tale est, quale posuimus, necesse est & demonstratiuam scientiam ex veris & primis medioq; vacantibus, & ex notioribus & prioribus ipsa cõclusione, causisque eiusdem esse. Sic enim erunt & ipsa principia propria eius quod demonstratur: nam ratio- media
cinatio quidem esse sine ijs potest, demonstratio vero non potest: scientiam enim non facit. Vera igitur esse oportet, quia fieri nequit, vt id quod non est sciatur: veluti diametrum commensurabilem esse. Oportet autem & ex primis & indemonstrabilibus esse: quia non scit, qui demonstrationem horũ non habet: scire enim non per accidens ea quorum est demonstratio, nihil aliud est sanè, quàm demonstrationem habere. Causæ etiam notioraque ac priora sint oportet: causæ quidem, quia tum scimus, cùm causam cognoscimus: priora vero, siquidem et principia
causæ sunt, & anteà cognita, non illo solum modo quod quid significant, sed altero etiam quo quid sint scimus. Dupliciter autem priora notioraque dicuntur. Non enim idem prius natu-

ra, & nostra ex parte prius: neque notius simpliciter, & nobis etiam notius est. Atque ea quidem ad nos priora notioraue dico, quæ propinquiora sensui sunt: ea vero simpliciter priora notioraue, quæ à sensu longius distant. Sunt autem remotissima quidem ea, quæ sunt vniuersalia maxime: propinquissima vero, singularia ipsa. Atque hæc inter sese opponũtur. Ex primis aũt esse nihil aliud est, quàm proprijs è principijs esse: idẽ enim primũ atq; principium dico.

Est aũt demonstrationis principiũ propositio medio vacãs. Ea verò medio vacat, qua nulla est alia prior. Propositio verò alter enuntiationis pars est, vnũ de vno cõplectẽs: differendi quidẽ, quæ vtrãuis accipit, demonstrandi vero, quæ definite alterũ, quòd est uerũ. Enuntiatio cõtradictionis vtrauis est pars. Cõtradictio est oppositio, cuius per se mediũ nullũ est, Contradictionis partium ea quidẽ, qua quippiã cuipiã adiũgitur, affirmatio: ea uerò, qua quippiã à quopiã se mouetur, negatio nũcupatur. Principiorũ autem ratiocinandi, vacantiũ medio, id quidẽ positio dicitur, quòd fieri nequit vt demõstretur, quodq; non necesse est eũ habere, qui discere quid instituit: id verò quod oẽs habere, qui modo discere aliquid parant, necesse est, dignitas appellatur: sunt enim talia quædam. Atq; talibus hoc potissimũ nomen tribuere solemus. Rursus ea quidẽ positionũ, quæ vtrãuis enũciationis accipit partẽ, ẽẽ inquã quippiã, aut nõ esse statuẽs, suppsitio: ea uero, quæ est sine hoc ipso, definitio dicitur: definitio nãq; positio quidẽ est (ponit enĩ Arithmeticus unitatẽ quãtitate indiuisibilẽ esse) sed suppositio sane nõ ẽ: nã quid sit vnitas, et unitatẽ esse eadẽ non sunt. Cùm aũt credere scireq; rem talem per ratioci-

tiocinationem oporteat, quam demonstrationem uocamus: hæc verò est quia sunt ea quibus extruitur ratiocinatio: necesse est, non solùm prima illa, uel omnia, uel aliqua priùs noscantur, sed etiam magis ut noscantur: semper enim illud est tale magis, ob quòd unumquodque tale est: ueluti magis, id est dilectum atque amatum, ob quod amamus atque diligimus. Quare si ob prima scimus ac credimus, & illa sanè scimus ac credimus magis, quoniam ob illa & ipsa scimus posteriora. Fieri autem non potest, ut ea magis quisquam quæ nescit, & circa quæ non melius dispositus est, quàm si scierit, quàm ea quę cognoscit, credat atq; assentiatur. At euenit id profectò, si non priùs cognouerit principia quisquiã, quàm ea quæ per demonstrationẽ creduntur. Magis enim principijs aut õnibus, aut quibusdã credere, quàm cõclusioni, necesse est. Atq; & qui p demonstrationẽ scientiã habiturus est, nõ solùm ipsa prĩcipia magis nota, magisq; credita sint, quàm id quod ex ipsis ostẽditur oportet: sed etiam nihil prorsus eorum quæ principijs ijs opponuntur, undeq; ratiocinatio falsa, vereq; contraria existat, aut credibilius, aut notius principijs ipsis sit oportet: quippe cùm eũ qui simpliciter est scientiã cõsequutus, nũquã ab ea, persuasione vlla dimoueri oporteat.

## Quod non omnium sit demonstratio. Cap. III.

SVnt autem, quibus propterea quòd ipsa quoque principia scientia tenere oportet, non videtur esse scientia: sunt etiam, quibus esse quidem videtur, demonstrationes tamen omnium esse: quorum neutrum sanè verum, aut necessarium est. Qui namque scientiam omnino non esse ponunt, ij ascendendum esse in infinitum censent, propterea quòd

posteriora non sciuntur ob ea priora, quorum prima non sunt, rectè quidem dicentes. Fieri enim non potest, vt infinita quisquã pertranseat. Quòd si statur, ac principia sunt, hæc incognita dicuntur esse, cùm ipsorum non sit demonstratio, quod quidem solùm inquiunt esse scire. Quòd si fieri non potest, vt prima sciantur, neq; fieri posse dicunt, vt ea quæ proficiscuntur ex illis sciantur simpliciter, proprieue: sed ex suppositione duntaxat, nempe si illa sint. At secundi de modo quidem sciendi consentiunt: per demonstrationem enim solùm esse scientiam dicunt, verùm omnium demonstrationem esse nihil inquiunt prohibere. Fieri enim potest, vt demonstratio circuli modo versetur, omniaq; mutuo demonstrentur. Nos autem dicimus, nec omnem scientiam esse demonstratiuam: sed eorum, quæ mediis uacant, indemonstrabilẽ esse, quod quidem necessarium esse patet. Nam si necessariũ est vt priora sciantur, & ea ex quibus conficitur demonstratio: statur autem tandem in hisce, quæ vacant mediis, hæc indemonstrabilia necesse est esse. Hoc igitur ita sese habere dicimus, & non solùm scientiam, sed & principium scientiæ quoddam esse asserimus, quo terminos ipsos cognoscimus. Et etiam patere dicimus, fieri non posse, vt circuli modo demonstratio simpliciter conuertatur, si demõstrationẽ ex prioribus oportet ac notioribus esse. Fieri enim nequit vt eisdem eadem simul priora sint atq; posteriora, nisi altero modo: veluti si alia nostra ex parte, alia simpliciter dicantur: quo quidem modo facit inductio notum. Quòd si ita sit, non bene est ipsum simpliciter, scire definitum, sed est sane duplex. An altera demonstratio ex hisce quæ nobis sunt notiora, quæ sit simpliciter, demonstratio non est? Euenit

nit autem hisce qui dicunt demonstrationem circulo versari, non solum id quod nunc est dictum: sed etiam nihil aliud ut dicãt, quàm si hoc est, hoc est: hoc vero pacto facile est omnia demõstrare. Atque patet, id ipsum accidere tribus positis terminis. Siue enim per multos, siue per paucos redire dicatur, nihil profecto refert: per pauciores autem quam duos. Nam quando cum a, sit, est necessario b, & b, cum sit, est necessarium etiunc cum a, sit necessario c, ipsum erit, si igitur cum a, sit, necesse est b, & cum b, sit, necesse est esse a: hoc enim erat circuli modo uersari. Ponatur a, in loco, quo ipsum est c. Dicere igitur cum b, sit a, ipsum esse, nihil aliud est, quàm dicere cum b, sit c, ipsum esse. Id autem nihil aliud est, quàm dicere cum a, sit c, ipsum esse. At idem est c, & a. Quare fit, vt hi qui censent orbis modo demonstrationem versari, nihil aliud dicant, quàm cum a, sit a, ipsum esse. Hoc vero pacto facile demonstrare est omnia. At uero nec id ipsum fieri potest, nisi in hisce quæ mutuo se sequuntur, qualia sunt ipsa propria. Demonstratum est igitur prius, vno quidem posito nunquam necessario aliquid aliud esse: uno inquam, aut termino, aut positione una: è duobus autem positionibus primis, ac minimis fieri posse, siquidem & ratiocinari contingit. Si igitur a, & b, & c, mutuo se sequãtur: sic tantum fieri potest, ut ostendantur ex se se mutuo cuncta, quæ in prima ratiocinationis figura postulata sunt, vt in libro de syllogismo ostendimus: quo loco etiam patuit, cæteris in figuris aut ratiocinationem hanc nõ fieri, aut ex hisce quę sunt sumpta nõ fieri. Ea vero, quę prædicationẽ nõ suscipiũt mutuã, fieri nõ potest ut mutuo demonstrẽtur. Quare cũ in demonstrationi-

bus

bus pauca talia sint, cõstat vanũ esse ac impossibile, demõstrationẽ ipsam mutuã essè censere, atque ob id ipsum posse demonstrationem omnium esse.

## Quid de õni, modi per se, & quid uniuersale. Cap. IIII.

tex. vii. CVm autem fieri nequeat, ut id cuius est absolute sciẽtia aliter se se habeat, id necessariũ est profecto, quodcumq; scire demonstratiua sciẽtia potest: ea verò demõstratiua sciẽtia est, quãm demonstrationẽ habẽdo habemus: ergo demonstratio ex necessarijs ratiocinatio est. Sumẽdũ est igitur, ex quibus qualibusue demõstrationes cõficiũtur. Atq; primo, quid de õni, quid per se, quid uniuersaliter dicimus determinemus. Id itaq; de õni dicimus, quod nõ cuidã inest, cuidã nõ inest: neq; quòd interdũ competit, interdũ non cõpetit: vt si animal õni de homine dicitur, si uerũ est hũc dicere hominẽ, uerũ est eũ & animal dicere: ac si nũc uerũ est alterum dicere, verũ est & alterũ dicere & si in õni linea punctũ inest, similiter. Atq; huius signũ est, id quod facimus. Hoc enim pacto inficiationes afferre, cũ de õni interrogamur, solemus, si aut de aliquo nõ dicatur, aut si interdum nõ insit. Per se aũt, in ratione quid est dicẽte, ea quæ sunt dicimus: ut triãgulo linea, et lineæ punctũ inest: ex his enim ipsorũ substantia constat, & hæc in ratione quid est dicente, insunt. Et itẽ ea quorũ in ratione quæ quid est patefacit, ea ipsa sunt, quibus insunt, quo pacto lineæ quidẽ rectũ & curuũ inest, numero uerò paratq; impar, primũ atq; compositũ: figura deniq; laterũ æqualiũ, ac altera parte longius. Atq; in horũ quidẽ definitiõe numerus, in illorũ aũt linea est. Quę igitur aut illo aut hoc insũt modo, per se cuiq; competere dico: quæ verô neutro modo cõpetunt

tunt accidẽtia, qualiter animali muſicũ, aut albũ competit. Prę-
ter ea id per ſe dicimus, quòd non de ſubiecto alio dicitur vllo:
ambulare enim aliquid aliud eſt, quàm quod ambulãs eſt: & itẽ
album: at ſubſtantia & quæcunq; hoc aliquid ſignificant, cum
non ſit aliud quicquam, id ſunt. Ea igitur quæ de ſubiecto nõ di-
cuntur per ſe, ea verò quæ de ſubiecto dicuntur accidentia uoco.
Inſuper alio modo, id quidem quòd vnicuique ob ipſum competit,
per ſe dicimus: id autem quod hanc conditionem egreditur, acci-
dens, veluti ſi ambulante quopiam coruſcauerit, id accidens di-
cimus: non enim ob id ipſum coruſcauit, quia ambulauerit, ſed
id dicimus accidiſſe: at cum iugularetur quiſpiam, mortem obie-
rit, iugulationemue, id per ſe dicimus: ob id ipſum enim quia in-
gulabatur mortuus eſt, ſed nõ accidit eum cum iugularetur mor-
tem oppetiiſſe. Quæ igitur in his ſequæ ſub ſcientiã ſimpliciter
cadunt, per ſe dicuntur, vel eo pacto vt ſint in prædicatis ſubie-
cta vel eo rurſus vt ipſa ſint in ſubiectis, et per ſe & neceſſario
ſunt. Nam fieri non poteſt, vt non copetant aut ſimpliciter hæc
aut eorum oppoſita: veluti lineæ rectum aut obliquum, & nume
ro par aut impar. Eſt enim contrarium, aut priuatio, aut con-
tradictio genere in eodem, ceu par eſt id, quod eſt non impar
in numeris, vbi ſequitur. Quare ſi neceſſe eſt affirmare aut nega
re, neceſſe eſt & ea quæ per ſe inſunt cõpetere. Id igitur quod
de omni, & id quod per ſe dicimus, hoc ſit modo determinatum.
Vniuerſaliter autem id competere dico, quod de omni dicitur &
per ſe, atq; hoc plane quo ipſum eſt. Patet igitur ea neceſſariò
rebus ineſſe, quæ ipſis vniuerſaliter cõpetũt. Atq; per ſe & hoc
quo ipſum eſt, eadem eſſe dico, veluti lineę per ſe punctũ ineſt, re
ctumue:

ctumue: ea namque ratione qua linea est, & triangulo quo triãgulus est, recti duo: p se enĩ triãgulus tres duobus rectis æquos habet. Tũc aũt quippiã uniuersaluter ineſt, cũ de quouis et primo oſtẽditur: uelut æquales duobus rectis habere, nõ uniuersaliter figuræ ineſt, de figura licet duobus rectis ãgulos æquos habere liceat oſtẽdere. At nõ de quauis figura nec oſtẽdẽs figura quauis ũtitur: quadratũ enim est quidẽ figura, nõ tamẽ tres duobus rectis æquos habet. Is etiã triangulus qui duorũ æqualiũ laterũ est, õnis quidẽ duobus rectis tres æquos habet, at nõ primus: triãgulus enĩ prior. Qui igitur primus his duobus rectis æquos habere ũel quoduis aliud demõſtratur, ei primo uniuersaliter id cõpetit, & demõſtratio p se eius uniuersaliter est: cæterorũ uero quodãmodo, nõ per se, nec eius uniuersaliter est, qui duorũ est æqualiũ laterũ, ſed ſuperat, et ad plura ſeſe extẽdit.

## De deceptione circa ũniuerſale. Caput. V.

Toxxi. OPortet autem non latere errorẽ per ſæpe fieri, & non eſſe id quod oſtenditur primum ũniuerſale, quemadmodum eſſe ũideatur. Decipimur autem hac deceptione, cum aut præter ſingulare, uel ſingularia nihil est, quod accipiatur ſuperius: aut est quidem, ſed nomine caret in diuerſis ſpecie rebus: aut est in parte totum id de quo demonſtratur. Parti, namque accommodabitur quidem demonſtratio. Et de qualibet erit: attamen non erit huius primi uniuerſaliter demonſtratio: ac huiuſce primi, quatenus primum est, demonſtrationem dico, cum est primi uniuerſaliter. Si igitur quiſpiam oſtenderit rectas duas lineas non concurrere: inter quas eadẽ in parte ſũt ãguli recti ex recta linea ſecãte illas oborti: huius ex

eo

eo demonſtratio propriè videbitur eſſe, quia ſic in omnibus angulis rectis eſt: uerum non eſt, quippe cum id fiat non ex eo, quia ſic ſint illi anguli duobus rectis æqui, ſed ex eo quia quouismodo duobus æqui ſint rectis. Etſi nullus alius eſſet triangulus, quàm hiſce, qui duorũ æqualium laterum eſt: huic ut duorũ eſt æqualiũ laterũ, angulos æquos rectis habere competere uideatur. Et ſi militudo rationũ mutato ordine numeris ut numeri, lineis ut lineæ, ſolidis ut ſolida, temporibus denique ut tẽpora ſunt, competere uidetur, quẽadmodũ ſeorſum olim oſtẽdebatur: quod tamen una demonſtratione de omnibus demonſtrari poteſt: ſed quia non ſunt quippiam unum hæc omnia nomine certo uocatũ, numeri inquam, longitudines, tempora, ſolidaque, atque differunt inter ſe ſpecie, ideo ſeorſum ſumebantur: nunc autem uniuerſaliter hoc demonſtratur. Non enim hiſce, uel ut lineæ ſunt, uel ut numeri, ſed ut hoc quod quidem uniuerſaliter his ineſſe cũctis ſupponitur. Quocirca ſi quis unumquenque triangulum, eum inquã, qui ex æqualibus omnibus, et eũ qui ex õnibus inæqualibus: & item eũ qui è duobus æqualibus lateribus conſtat, aut una, aut alia ſeorſum demonſtratione, tres æquos duobus rectis habere oſtenderit, nondũ is profecto triangulũ ſcit duobus rectis æquales habere, niſi eo ſciendi modo, quẽ ipſi more ſuo ſophiſtæ profitẽtur, neque de triãgulo uniuerſaliter id percipit, et ſi nullus aliùs præter iſtos triangulus eſt: non enim id iſtis ut trianguli ſunt, nec omni triãgulo ratione formæ, ſed numeri ſine ſe cognouit. Tametſi nullus triangulus eſt, quẽ ipſe nõ æquos duobus rectis tres habere ſciat. Quando igitur non ſcit uniuerſaliter, & quando ſimpliciter ſcit manifeſtum eſt. Enimverò ſi eadem eſſet triãguli

Tex. xiii.

Tex. xiiij.

guli ratio, et duorum æqualium laterum trianguli, cęterorumq; triangulorum demonstratio, aut cuique, aut omnibus æque sine vllo discrimine accommodaretur, ut patet. Cum uerò non sit eadem, sed diuersa, tresq; anguli duobus rectis æquales, hoc cuique competunt quo quisque triangulus est, nõ scit hisce simpliciter qui dicto modo demonstrat. Patet autem, utrum illi competat vt triangulus est, an ut duorum æqualium laterum: & quando per hunc competit primum & cuius est vniuersaliter demõstratio. Nam ei competit, ut tale est, cui cæteris sublatis competit primo: veluti laterũ duorum æqualiũ æneo triangulo, cõpetẽt anguli duobus rectis æquales: at ære sublato, ut non sit æneus, enã competent. Et itẽ laterum æqualitate duorum sublata, ut nõ sit duorum æqualiũ laterum: at non cõpetent sublata figura, uel termino: sed nõ primis ipsis sublatis. Quo igitur primo sublato non competent, triangulo: quare per hunc & cæteris competẽt, & huius est vniuersaliter demonstratio.

## Quod demonstratio est ex necessarijs & per se propositionibus. Caput. VI.

Te. xv. Si igitur demonstratiua scientia ex principijs est necessarijs: quod enim quispiam scit, id fieri nequit, ut aliter se se habeat. Ea verò quę per se rebus insunt: necessariò competũt. Nam quædam insunt in eorum quibus competunt ratione, quędam in sua res eas habent de quibus dicuntur: quorum alterum oppositorum insit necesse est, patet ex talibus quũsbusdam ratiocinationem constare: omne namq; quod ineſt aut hoc pacto, aut per accidens competit: accidentia verò non sunt necessaria.

Tex xvi. Aut igitur ita dicatur, aut hoc principium supponatur, demõstratio-

strationem necesseriam esse: & si demonstratũ sit quippiam, fieri nõ posse ut illud se se habeat secus. Ex necessarijs ergò cõstare demonstratiuam ratiocinationẽ oportet. Etenim fit, ut & non demonstrãs ratiocinetur ex ueris: at ut ex necessarijs quisquam nisi demonstrans ratiocinatione conficiat, non fit. Id enim ipsum iam demonstrationis proprium est. Signo etiam illo patet, demonstrationem è necessarijs esse: nam inficiationes aduersus eos qui demonstrare putant, negationem necessitatis inferre nos consueuimus: aut putantes omninò fieri posse, quòd res aliter se se habeat, aut disputationis causa cõtendentes. Ex quibus etiã patet stultos eos esse profectò, qui principia bene sumere putãt, si probabilis sit propositio atq; uera, uti Sophistæ: scire enim scientiã habere est: nõ enim ideò propositio principium est, quia ꝓbabilis, aut nõ probabilis est: sed quia prima est ipsius generis circa quòd fit demonstratio. Et uerum non omne proprium est. Atque demõstratiuam ratiocinationẽ ex necessarijs esse oportere, ex hisce patet: nam si non est iste sciens qui non habet eius rationem propter quid est, cuius est demonstratio: atq; fieri potest, ut a, quidem ipsi c, necessariò cõpetat: medium autem b, per quod illud demonstratum, non sit necessariò: is plane qui talem ratiocinationem extruxit, non scit propter quid est: quippe cum illud ob ipsum medium non sit: nam ipsum quidem fieri potest, ut non sit: conclusio autem est necessaria. Prętereà si quũ nunc nescit, rationem habens, & saluus resalua est, neq; oblitus est: is neq; prius sciebat: corrũpi aũt posset mediũ, si nõ est necessariũ: quare habebit quidẽ rationẽ saluus, saluare, non aũt sciet. Neq; igitur prius sciebat. Quòd si mediũ nõ est corruptũ, fieri uerò

Te.xvii

potest

potest ut corrumpatur, id quod accidit, erit possibile atq; contingens: sed vt is sciat qui sic se habet, fieri minime potest. Cum igitur cõclusio necessaria est, nihil prohibet mediũ non necessariũ esse, per quod fuit probata. Fieri namq; potest, ut necessariũ ex non necessarijs etiam concludatur: perinde atque fit, ut uerũ ex falsis concludatur. At cum medium est necessariũ, conclusio quodq; necessaria est: quemadmodum & ex ueris infertur semper cõclusio uera: nam tam a, ipsi b, quàm b, ipsi c, necessariò cõpetat: igitur & a necesse est ipsi cõpetere c. Verum fieri nequit, vt cum conclusio non est necessaria, medium necessarij subeat rationem. Insit enim a, non necessariò ipsi c: si igitur a, ipsi b, & b, ipsi c, competere necessariò dixeris: & a, profectò ipsi
Te. xviij. c, competere necessariò concedas oportet. At ipsi cõpetere nõ eo pacto supponebatur. Cùm igitur id quod demõstratiue quispiam scit, necessariũ oporteat esse, constat per mediũ quoq; necessarium demonstrationem eius illum habere oportere. Vel nescit illud profectò, aut propter quid necessariò sit, aut quòd sit: sed aut se scire arbitratur quod nescit, si scilicet, necessariũ quod necessariũ non est, esse putet: aut nec scire arbitratur: æquo discrimine sane, siue quòd sit aliquid per media: siue cur sit aliquid, per medijs vacantia sciuerit. Eorum autem quæ non per se, eo quo determinata sunt, ea quæ per se competunt modo, accidunt, demonstratiua scientia non est: non enim fit, ut necessario conclusio demonstretur. Fit enim, ut accidens ipsum non insit: de tali namque accidenti loquor. Quanquam fortasse quispiam dubitabit, cuius nam gratia de his hæc interrogare oportet, si cõclusionem esse necesse non est. Nihil enim refert, si quispiam quę-

uis

uis interrogãs, deinde conclusionẽ dicat. At enim interrogare oportet, nõ ut per interrogata necessarius quicquã sequatur: sed quia dicere necesse est ei, qui illa dicit, & vere dici, si competant vere.

## Demonstrationem ex proprijs & ex perpetuis esse. Caput. VII.

CVm igitur ea quæ per se insunt, necessario circa vnum quodq; cõpetant genus, & ut tale est quodq; patet demõstrationes ipsas scientiarũ effectrices de his esse, quę per se cõpetũt, & ex talibus extrui atq; constare, accidentia nãq; non sunt necessaria: quare nõ fit, ut necessario cõclusio propter quid est sciatur, neq; si semper sit, nõ aũt per se sit. Quod ita esse, declarãt eæ ratiocinationũ, quæ per signa cõficiũtur: id enĩ quod est per se, nõ per se quisquã sciet, neq; propter quid est. Scire aũt ꝓpter quid est, nihil aliud est quã ꝑ causam scire: ꝑ se ergo tertio mediũ, & medio primũ inesse oportet. Nõ igitur fieri potest, ut ex alio genere quisquã in aliud transiẽs quidquã demõstret: ueluti conclusionẽ geometricã arithmetica demõstratiõe: tria nãq; sunt, quę in demonstrationibus insunt: unũ id quod demõstratur inesse: hoc aũt est id quod alicui per se generi cõpetit, aliud dignitates: dignitates aũt ea sunt, ex quibus fit demõstratio: tertiũ est genus ipsum subiectũ, cuius affectus accidẽtiaque per se demõstratio patefacit. Fieri igitur potest, ut ea quidẽ sint eadẽ, è quibus fit demõstratio: at quartũ genus diuersum est, ut Arithmeticę Geometriçq;, in hisce fieri nequit, ut adea quę magnitudinibus accidũt, Arithmetica demõstratio accõmodetur, nisi sint ipsæ magnitudines numeri, hoc aũt ut in quibusdam fieri

Tex. ij.

Tex. iij.

potest, posterius explicabitur. Arithmetica uerò demõstratio, sẽper in se genus id habet, circa quod ipsa uersatur: cæteræq; similiter. Quare, si trãsire migrareq; debeat demõstratio, aut idẽ genus simpliciter, aut aliqua ex parte idẽ necesse est esse: secus vero patet fieri non posse. Ex eodem enim genere ipsa extrema & media, necesse est esse: nam si non sint per se accidentia erunt profecto. Quo circa fieri nõ potest, quo Geometria contrariorum vnam sciẽtiã esse, vel duos cubos cubũ esse, demõstret: aut alia quæuis scientia, id quod ad aliam pertinet, nisi in hisce quæ sic inter sese habent, vt altera sub altera collocetur: quod pacto tam ad Arthmeticam Musica quã ad Geometriã perspectiua se habet. Neq; si quid lineis inest: nõ vt lineæ sunt, propiorũq; ratione principiorũ Geometria demõstrat: veluti si pulcherrima linearũ sit linea recta: aut si se habeat ad circunferentiã cõtrario modo, nõ enĩ hæc ratione ꝓprij generis ipsarũ, sed

tex. xxi cuiusdã cõmunis cõpetunt. Patet autem, si propositiones ex quibus fit ratiocinatio vniuersales sint, necessario conclusionem quoque perpetuam esse demonstrationis talis, & demonstrationis omnino, non est igitur eorum quæ intereunt demonstratio, neque scientia simpliciter: sed tanquam per accidens: quia non est ipsius uniuersaliter, sed aliquo in tempore, & quodam etiam modo: atque cum est conclusio corruptibilis, necesse est alteram propositionem & non vniuersalem & caducam esse: caducam, quoniam est & ipsa conclusio talis: non vniuersalem quoniam quoddam non erit eorum, quæ subiecti subeunt rationem: quare fieri nequit uniuersaliter ratiocinatio: sed hoc in tẽ-

tex xxii pore tantum. Similiter res se se habet & in definitionibus ipsis: quippe cũ definitio aut principiũ demõstrationis sit, aut demon-

stratio positiõe differẽs, aut quędã demõstrationis cõclusio. Patet etiã, demonstratiões atq; scientias eorũ quæ sæpe fiũt ut lunæ defectiões, & huiuscemodi rerũ, quo quidẽ sunt tales, hoc esse semper, quo verò non sunt semper, hoc esse particulares. Cũ aũt pateat fieri non posse: ut quidquã demonstretur, nisi ex cuiusq; principijs, si id quod demonstratur rei competit, ut est illa, nõ sane quippiã scitur, etiã si ex ueris & indemonstrabilibus, medioque uacantibus ostendatur. Fit enim ut quippiam perinde ostendatur, atque Briso quadrationem ostendit. Huiuscemodi namque rationes per commune quoddã ostendũt, quod & alij cõpetet: qua propter & ad alias res nõ propinquas ipsæ rationes accommodantur. Igitur res non ut illa est, sed per accidens scitur: non enim & ad aliud genus demonstratio accõmodaretur. Tunc autem unumquodque non per accidẽs scimus, cum per id cognitionem consequimur, per quod competit, ex principijs illius qua ratione est illud: ueluti cum duobus rectis ęquales habere ei scimus competere, cui per se competit idipsum ex principijs. Quare si illud competit ei per se cui competit, mediũ necesse est in eadem esse propinquitate. Quòd si non sit ita, at perinde erit, atq; cũ Musica per Arithmeticã demonstratur. Atq; talia demonstrãtur quidem similiter, differẽtia tamen est. Nam ipsum quidem esse ad aliã scientiam attinet: Subiectum enim genus diuersum est: ipsum autem propter quid superioris nimirum est, cuius per se sunt ipsi affectus. Quare patet ex hisce fieri non posse, ut demonstretur quicquam, nisi ex suis quidq; principijs: sed horum principia habent cõmune. Quòd si id cõstat, patet fieri non posse quisquã propriorum principiorũ

tex.xxiii

quatenus sunt ulteriores

c.

per principium

Eam cõclusionẽ esse uerã pertinet ad subalternatã.

at demõstrare cõclusionẽ per propriã causã ad quã pertinet considerare passiones per se

vt demonstrationem exhibeat. Erunt enim illa omnium principia, & ipsorum scientia domina omnium erit. Etenim is scit magis, qui superioribus ex causis scit: scit enim tum ex prioribus, cũ ijs è causis scit, quæ non effectus subeunt rationem: quare si magis scit, & maxime: & si est illa scientia, magis profectò maximeque scientia est. Demonstratio vero ad aliud genus nõ accommodatur, nisi eo modo quo tam ad demonstrationem facultatis machinarum extruendarum, vel ad perspectiuas Geometricæ, quàm ad Musicã Arithmeticæ demonstrationes accõmodãtur, vt diximus. At vero difficile amodum sese percipere est quempiam, si sciat nèc ne. Est enim difficile cognoscere, si ex principijs vnius cuiusque, sciamus nèc ne: quod quidem est scire. Putamus autem sæpenumero scire, si ex veris quibusdam primisuè ratiocinationem habemus. Id uerò non est ità, sed oportet ipsis primis esse propinqua.

## De principijs tam communibus quàm proprijs. Cap. VIII.

EA autem in quocunq; genere principia dico, quę fieri nequit vt essè demonstrẽtur. Igitur quidnã ipsa prima, & ea quæ ex hisce proficiscũtur significãt, sumitur: at quòd sint principia sumere, cętera demõstrare necesse est. Ceu quid est vnitas, aut rectũ, aut triãgulus sumitur: esse vero vnitatẽ ac magnitudinẽ sumere, cætera aũt demõstrare oportet. Eorũ aũt quibus in demõstratiuis vtuntur scientijs, alia cuiuscunq; sciẽtię propria, alia cõmunia sunt: cõmunia vero, similitudine rationis: quippe vsus eorum tantũ sese extẽdat quacũque in scientia, quãtũ cuiusque subiecto generi cõgruit. Propria sunt, vt lineam esse talẽ, rectumue: cõmunia, vt si ab ęqualibus æqualia demas, ea quæ

restant

restant æqualia sunt, atq; horum vnumquoque cuique satisfacit, ad cuiusq; genus accõmodatũ. Idem enim hoc facit ac si non de õnibus ipsum accipiet Geometra, sed de magnitudinibus tantũ & Arithmeticus de numeris solum. Sunt etiã & ea propria circa quæ scietia considerat ea, quæ per se illis insunt: atq; hæc & esse & quid sunt, scietia sumũt. Vt vnitates Arithmetica, pũcta, lineasue, Geometria: at horũ ipse affectuũ quid quidem quisq; significat sumũt: ut Arithmetica, quid par, quid impar, quid quadratũ, quid quodq; cubus. Geometria, quid expers rationis: quid frãgi, quid cõcurrere, & huiusmodi cætera. Demõstrant aũt ipsos esse, & per cõmunia, & per ea quæ demõstrata sunt. Eadẽ & Astrologia facere solet. Omnis namq; demõstratiua scietia circa tria uersatur. Ea sunt ea quæ ponit esse: hæc aũt sunt genus, cuius per se affectuũ est contẽplatrix: & ea quæ cõmunes dignitates dicũtur, ex quibus primis demõstrat: & tertiũ affectus, quorũ quid quisq; significat sumit. Nihil tamen prohibet scientiarũ nõnullas horũ præterire nõnulla: ueluti genus nõ supponere esse, si esse pateat. Nõ enim æquè & numerorũ, & frigidũ & calidũ esse patet: affectus etiã nõ sumere quid significãt, si sint clari, sicut nec dignitates, nihil prohibet: ut quid significat æqualia ab æqualibus auferre, quia est notũ: sed nihilominus hæc tria natura sunt: id unquã, circa quod scietia demõstrat, et ea quæ demõstrat, atq; ea ex quibus demõstrat. Nõ est aũt id suppositio, nec postulatio sanè, quod per seipsum esse uideriq; necesse est. Demõstratio namq; nõ in oratiõe quę est extra, sed in oratiõe quæ est in mente consistit: quãdoquidẽ neq; ratiocinatio in illa consistere uidetur. Cũ enim sem

tex. xxv.

principiũ

per aduersus orationẽ, quæ extra est, per inficiationẽ obstetur: vel aduersus eã quæ est in mẽte, non semper. Quod igitur demõstrari quidẽ potest, non demõstratũ aũt á se quispiã sumit id aut supponit, si ita esse discenti videtur, atq; hęc non absolutè quidem, sed ad illum tantũ suppositio est: aut postulat, si nulla prorsus discenti de hoc opinio, vel etiam contraria insit. Atque hoc inter suppositionem postulationemque interest. Etenim id est postulatio, quod est cõtrarium opinioni discentis: vel quod quidẽ demonstrabile est, sed illud quispiam sumit vtiturque non demõstrato. Definitiones igitur cum affirmationes aut negationes non sint, suppositiones non esse patet: quas quidem vt genus propositio complectitur. Definitiones præterea percipiantur solũ oportet: at id suppositio non est, nisi quispiã & audire, suppositionẽ dixerit ẽẽ. Sed ea sũt suppositiões, quę cũ sint hoc ipso q; sũt, emergit ipsa conclusio. Neq; Geometra falsa supponit, quemadmodum nonnulli putarunt qui quidem inquiunt, demõstrantẽ falsis vti suppositionibus non oportere: Geometram vero falsa supponere, designatũ lineaã nunc pedalem, nunc rectã esse dicẽtẽ, quæ quidẽ nec recta nec pedalis existat: nam Geometra cũ nõ sit ea linea, quã designant aut protulit ore, concludere solet: sed cũ ea sint quæ per illã significantur aut indicãtur, quæ designauit ac protulit ipse. Insuper omnis postulatio suppositioque vniuersalis, aut parucularis est: at neutrũ istorũ definitionibus cõpetit: quare definitiones, suppositiones, postulationes q; non sunt. Formas igitur aut vnũ quid prçter ipsa multa esse, ideo quia demonstratio sit necesse nõ est: tamẽ verũ est dicere, necessario vnũ esse de pluribus prçdicãdũ: nã si id non sit, vniuersale sanè non

erit

erit: at si uniuersale non sit, non erit medium ipsum, quare nec demonstratio. Esse igitur unum quid oportet: idemq; de pluribus non solum communi nomine prædicandum. Nulla autem demonstratio sumit fieri non posse, ut simul idem affirmetur atq; negetur, nisi fuerit opus, ut hoc etiam pacto demonstretur conclusio. Quod quidem fuerit, si sumpserimus affirmare quidem primũ de medio esse verum, negare aũt uerum nõ esse. Nihil aũt refert medium esse atq; non esse sumere, & tertium pari modo. Nam si datum est de quo hominem dicere uerum & si id etiam de quo non hominẽ dicere uerũ est: Et si tantũ hominẽ animal: non autem nõ animal esse omne erit etiam uerum, Calliã, etiam & non Calliam, animal, non autem non animal dicere: causa autem est: quia primum non solum de medio, sed etiam de alio dicitur, propterea quòd ad plura sese extendit. Quare ad conclusionem nihil refert, & si mediũ & ipsum, & non ipsum est. Hoc autem, omne inquam affirmandum aut negandũ esse, ea demonstratio sumit, qua deducitur ad id quod fieri nequit: nec tamẽ semper uniuersaliter, sed quo ad satis est generi, circa quod genus demonstrationes afferũtur, sicut & prius est dictũ. Conueniũt autem inter sese scientiæ omnes, in hisce quæ cõmunia sunt: communia uerò dico, quibus utuntur tanquam ex eis demonstrantes, non autem de quibus demonstrant, nec ea quæ demonstrãt. Disserẽdi quoq; facultas cũ omnibus cõuenit, et si qua uniuersaliter ipsa cõmunia ostendere nitatur: uel ut õne quoduis affirmetur, aut negetur oportet, uel ab æqualibus dẽptis æqualibus, ęqualia sũt ea quę restãt: uel taliũ aliqua. Atq; ipsa disserẽdi facultas, nõ est sic definitorũ quorũdã, neq; generis cuiusdã:

Te.xxvj.

te.xxvji.

alia est facultas et scia

uelut scia quæ defendit istud principium

i. nõ habet certa principia ac subiectum peculiare

interrogaret: demonstrãti namq; interrogare nõ licet, propterea quòd ex oppositis idẽ non ostendatur: hoc autem demonstratum in hisce est, quæ de ratiocinatione sunt pertractata.

## De proprijs cuiusq; interrogationibus. Cap. IX.

QVoIsi eadem interrogatio ratiocinatiua, & propositio contradictionis est (sunt aũt in unaquaq; scientia propositiones, ex quibus uniuscuiusq; propria conficitur ratiocinatio) erũt porrò & interrogatiões quædã, ad singulas scientias attinẽtes, ex quibus fit cuiusq; ppria ratiocinatio. Patet ergo, nõ omnẽ interrogationẽ Geometricã esse, nec ad medẽdi artẽ omnẽ accomodari, & pari modo de cæteris. Sed aut ea, ex quibus aliquid eorũ ostẽditur, de quibus est ipsa Geometria, aut ea, quę ex eisdẽ demõstrãtur, ex quibus Geometria demõstrat, qualia sunt perspectiua: idẽ est et in cæteris intelligẽdũ. Atq; de his ipsis reddenda quoq; ratio est ex Geometricis principijs cõclusionibusue: sed de prĩcipijs nõ est reddẽda ratio Geometrę, quatenus pfessor Geometrię est: eadẽ sũt & in cæteris scientijs obseruãda. Necigitur artificẽ quemq; quæuis percõtari, nec ad quãuis interrogationẽ de singulis respõdere oportet. sed ea tantũ quæ in scientia sua determinata sunt. Quòd si quispiã cum Geometra, quatenus Geometra est, sic disseruerit, patet et bene illũ esse disceptaturũ, si ex his ostẽderit aliquid: q nõ si hoc disseruerit modo non bene sine dubio disceptabit. Patet etiã, illũ nõ relargiere Geometram, nisi per accidens: quàm ob rẽ inter ignaros Geometriæ, de Geometria disserẽdũ nõ est. Latebit enĩ is, qui dixerit praue. In cæteris etiam scientijs, res se se habet similiter. Cũ aũt interrogationes Geometricæ sint, sunt nec & ageometricæ?

Tex xx viij.

metricę? & interrogationum eæ quæ ab ea prodeunt ignoratione, quæ est dispositio, Geometricæne sunt an nõ, & in quacũq; facultatũ similiter? præterea vtra ratiocinationũ ignorationẽ efficiat: ea neque ex oppositis constat, an ea quæ constructa vitiose est? At enim ageometricę interrogationes, aut ex Geometria sunt: aut ex alia facultate: nam Musica quidem interrogatio ageometrice est: ex Geometria aũt vt æqua distantes putare concurrere, tum Geometrica, tum ageometrica est: duplex enim ageometricum, & perinde atque informe: atque alterum ex eo quia nihil habet Geometriæ vt informe quod vacat forma: alterum ex eo quia aliquid eius praue complectitur, vt informe, quod turpẽ habet formam, fœdamq;: atq; hæc ignoratio, quę ex talibus est principijs, Geometriç contraria est. In Mathematicis autem, non similiter fraus fit, cum disseritur: quia mediũ est semper duplex: nam alter extremorũ de hoc omni, & hoc rursus identidẽ de altero dicitur: atq; prædicatũ non dicitur omne, hæc aũt cernere licet, quasi mẽtis perceptiõe. In disserẽdi verò facultatis disceptationibus latẽt. Est ne õnis circulus figura? si designauerit, patet: sed quidnã ultra, carminane sũt circulo continuo patet, nõ esse. Atq; non oportet inficiationẽ ad ipsum afferre, si inductiua propositio sit. Vt enim neq; propositio est ea, quæ nõ ad plura se se extendit (nõ enim erit de omnibus, ex uniuersalibus aũt extruitur ratiocinatio) sic patet nec eã inficiationẽ esse, quæ uniuersalis non est, etenim eædẽ sunt propositiones inficiationesue, nã quàm affert quispiã inficiationem, ea vel disserendi, uel demonstrandi propositio fieri potest. Fit autem vt quidam uitiosè concludant. Propterea quòd eos medios sumunt, Te. xxiiii

munt,qui terminos utrosque sequuntur, quale quidem & Cæneus facit,ignẽ gigni multiplicata ratione hoc pacto concludẽs: ignis ut dicit celerrime gignitur: quod multiplicata gignitur ratione,id celerrime gignitur. Hoc aũt modo constare ratiocinatio nequit:sed si celerrimã generationem multiplicata sequatur ratio,& ignẽ celerrima generatio. Interdũ igitur fieri nequit, vt ex ijs quç sumũtur ratiocinatio construatur:interdũ vero fieri potest,sed non cernitur. Quòd si fieri non posset,ut uerũ ostendatur ex falsis,facile esset resoluere,conuersio namq; necessario fieret. Sit enim a,uerũ,quòd cum sit,hęc sunt,quę quidem esse scio, ueluti b:ex ijs igitur illud esse ostendam. Conuertuntur autem ea magis quę in Mathematicis sunt,quia nullum accidens, sed definitiones accipiunt,atque hoc etiam ipso á disserẽdi differũt facultate. Accrescit etiã ratiocinatio nõ per media,sed assumẽdo. Nã a,de b sumitur,& hoc de c,& hoc rursus de d. Atq; hoc in infinitũ procedit. In latus quoq; eius fit ĩcremẽtũ:a,nãq; de c,atq; de e,cõcluditur. Sit enim a,quidẽ numerus absolutè: b, uerò simpliciter numerus impar,et c,definitus numerus impar: a,igitur de c,concludetur. Altera rursus in parte, d quidem sit par numerus simpliciter sumptus:e,uerò definitus numerus par a,igitur de e,concluditur.

De demonstratione propter quid,& quod est. Cap. X.

To.xxx. DIffert autem scire esse,& propter quid est: primò quidem in eadem scientia: atque in hac dupliciter. Vno quidem modo,si ratiocinatio non per ea quæ uacant medio fiat,nõ enim prima sumitur causa:scientia autem eius propter quid est, per primam fit causam. Alio verò modo,si per ea quidem

quę

quæ vacãt medio, non tamen p causam, sed per notius eorum quę conuertuntur, efficitur. Atque nihil prohibet, ut eorum quæ de se se mutuo prædicantur, notius interdum sit id, quod non est causa: quare demonstratio per id ipsum efficietur. Veluti uagas stellas esse prope, quia non micant: vagę stellæ sint c, non micare b, prope esse collocetur in a. Vere igitur b, dicetur de c: vagæ namque stellæ non micant: at uerè etiam a, de ipso dicetur b: quod enim non micat, id est propinquum: hoc autem per inductionem uel sensum sumatur: a igitur necesse est ipsi competere c: quare demonstratum est uagas esse propinquas. Hæc igitur ratiocinatio non est ipsius propter quid est. Non enim, quia non micant vagantes stellæ ideo sunt propè: sed quia sunt propè, ideo non micant. Fieri autem potest, ut per alterum, alterum ostendatur: atque tunc erit ipsius propter quid est ratiocinatio: nam stellæ vagantes quidem sint c, prope autem esse sit b, & non micare collocetur pro a: & b, igitur competit ipsi c: nam vagantes stellæ sunt prope, & a, constat ipsi competere b: ea namque non micant quæ prope sunt. Quibus sit, ut a, quoque competat ipsi c: atque hæc est ratiocinatio ipsius propter quid est: nam sumpta est ipsa causa prima. Rursus fit, ut luna per accretiones demonstretur esse rotunda: quemadmodum quidam demonstrant: nam si rotundum est id omne quod sic accrescit, luna autem sic accrescit, perspicuum est lunam esse rotundam. Atque hoc quidē modo ea facta est ratiocinatio, qua ipsum esse ostenditur. At si medium contra ponatur, extruetur ipsius propter quid est ratiocinatio: non enim ob accretiones tales rotunda est luna: sed quia est figurę rotundæ, ideo talia suscipit incremẽ- T.xxxij.

ta.

ta. Atque sit pro c, luna, rotundũ pro b: sic accrescere ponatur pro a. In quibus autem ipsa media non conuertuntur, & est id notius quod non est causa, onstenditur quidem esse, ipsum autem propter quid est nõ demõstratur. Præterea in his, quibus medium extrà ponitur: etenim in his ipsis est ipsius essè, & nõ ipsius propter quid est demonstratio: non enim dicit causam, veluti propter quid paries nõ respirat, quia non animal est: nam si hoc non respirandi causa est, oportebat animal respirandi causam esse: ceu si negatio causa est nõ essendi, affirmatio causa est essẽdi: vt si calidorum ac frigidorum intẽperatio, sanitatem non habendi causa est: eorundem temperatio, sanitatem habendi causę est. Pari quoq; modo, si affirmatio essẽdi causa est. Ad hæc aũt quæ hoc pacto sunt assignata, non accõmodatur id quod est dictũ: non enim animal omne respirat. Atq; ratiocinatio causa talis in medio fit figura: a namq; sit animal: b respirare, paries c. Igitur ipsum a, cuilibet quidem b, competit: omne namq; quod respirat, animal est. Nulli aũt inest c: quare neque b, cuipiam cõpetit c: paries igitur non respirat. Tales uero causæ similes sunt bisce, quæ per exuperationem dicũtur. Hoc autem est mediũ id dicere, quod superat causã. Cuius generis est Anacharsidis illud. In Scythia modulatrices non sunt, nã neque vites. In eadẽ igitur scientia, & in mediorum positione, hæ sunt ratiocinationis ipsius esse, ad ipsius propter quid est ratiocinationem, differẽtiæ. Alio vero modo differũt esse, & propter quid est, q̃ per aliã atq; aliã utrumq; consideratur: tales aũt sunt eæ, quæ ita se se habẽt, ut altera sub altera collocetur, ut ad Geometriã perspectiua, & ad solidorum scientiam machinarum facultas extruen-

extruendarũ, & ad Arithmeticam Musica, & ad Astrologiã sese habet eorũ scientia quæ apparent. Atq; harũ nõnullæ scientiarũ nomine rationeue ferè cõueniunt: ceu Astrologia est & ipsa Mathematica, & nauigandi scientia: & Musica ea est quæ Mathematica, & quæ auditũ oblectat. Hic enim ipsum quidem esse, ad eos pertinet scire, qui sensu utuntur, ipsum autem propter quid est, ad Mathematicos ipsos, hi namque causarum demonstrationes habent, & persæpe nesciunt ipsum esse, quemadmodum ij, qui contemplantur ipsum uniuersale, nõnulla singularium, quia non animaduertunt, sæpe numero nesciunt. Hæ autem sunt, quæ formis ipsis utuntur, quæ quidem sunt alia quædam substantiaq; diuersa. Mathemacicæ namq; scientiæ circa formas sunt, de nullo enim subiecto dicuntur: nam & si Geometria ipsa sunt in subiecto, non tamen ut in subiecto sunt Geometricæ considerationi subijciuntur: ut autẽ perspectiua sese habet ad Geometricam, sic alia sese habet ad perspectiuã, ueluti de iride: nam ipsum quidẽ esse, ad naturalẽ pertinet scire: ipsum aũt propter quid est, ipsius est perspectiui, aut simpliciter, aut eius qui complectitur Mathematicam. Complures etiã scientiarum, quæ non sunt ita dispositæ, ut altera sub altera sit collocata, pari modo se habent: ut Medicina atque Geometria. Nã scire ulcerũ ea quæ orbis subeũt formam, tardius cæteris curari, ad medicũ spectat: propter quid aũt, ad Geometram.

Quod prima figura sit ad demõstrandũ aptissima. Cap. XI.

PRima aũt ratiocinationis figura maximè ad sciẽtiã ipsã accommodatur: Mathematicæ namq; sciẽtiæ, ut Arithmetica. Geometria, & perspectiua, per hanc (ut patet) demonstra-

Te. xxxj

demonſtrationes afferũt ſuas, atq; etiã omnes ferè quæ ipſius propter quid eſt, faciunt conſiderationẽ: aut enim ŏnino, aut per ſæpe & in plurimis hac in figura ipſius propter quid eſt exoritur ratiocinatio. Quare propter hoc etiã ipſũ, maximè ad ſciẽtiã erit accõmodata. Proprijſſimus enĩ dicẽdi modus eſt, cõtẽplari ipſum ꝓpter quid eſt. Deinde hac tãtũ figura ipſius quid eſt, uenari ſcientiã poſſumus. In figura namq; media, nulla fit affirmatiua ratiocinatio: ſciẽtia uero ipſius quid eſt, affirmationis nimirũ eſt: in ultima uero fit quidẽ, at non eſt uniuerſalis, ut patet. Ipſum aũt quid eſt, uniuerſaliũ eſſe conſtat: nõ enim aliqua ex parte hŏ eſt animal bipes. Inſuper hæc figura cæterarũ nõ indiget figurarũ, at indigent huius illæ profecto. Nã hac denſantur atque accreſcunt, quouſque ad ea perueniant quæ medio vacant: patet igitur primam figuram exactiſſimam atque accommodatiſſimam ad ſcientiam eſſe. Quemadmodum autem ſit: ut a, indiuidue competat ipſi b: ſic etiam, ut identidem non cõpetat, fieri poteſt. Atque tum indiuiduæ competere uel nõ cõpetere dico, cum inter ipſa nullum medium eſt: ſic enim non erit ulterius per aliud ineſſe. Cum itaque uel a, uel b, in toto quippiam eſt, uel etiam utrumque: tum etiam fieri nequit, ut a, primo non competat ipſi b, ſit enim a, ipſum in toto c, ſi igitur b, non ſit in aliquo c, (fieri namque poteſt, ut a, quidem in toto quopiam ſit: b, uero in hoc eodem non ſit) tum ratiocinatio fiet: ac ipſum a, non ineſſe b, per c, medium cõcluditur. Nam ſi c, cuilibet quidẽ a, competat, de nullo uerò b, prædicetur a, ſane nulli competit b. Idem fiet, & ſi b, in toto quopiam ſit, ueluti in d: nam ipſum d, cuilibet quidem competit b, de nullo uerò dicitur a, quare fit, ut

a, per

a,per ratiocinationẽ nulli cõpetat b. Eadẽ ostendẽtur,etsi vtrũque tam a,quâm b,in toto quopiam sit. At uero fieri posse, ut b,non sit in eo in quo toto est ipsum a,aut rursus,ut a, non sit in eo in quo totum est ipsum b,patet ex dispositionibus rerum q; inter sese nõ miscentur. Nam si nihil eorũ quæ in a,c d, serie collocantur,de vllo prædicantur eorum quæ in b,e,f,diuersa serie collocantur: a vero in toto est g,quod quidem eiusdem est seriei: perspicuũ est fieri non posse,ut b, in ipso sit g, alioquin conuenirẽt ac miserentur hæ series rerũ. Idẽ fiet,& si b,ipsum in toto quopiam sit: Sed sit a: nulli b,insit,& neutrum in toto sit vllo,necesse est a,sine medio non competat ipsi b, nam si quippiam inter ipsa medium cadet,necesse est alterum ipsorum in toto quopiam esse. Aut enim in prima figura ratiocinatio eorum, aut in media extruetur. At si in prima b,nimirum in toto quoppiam erit: Propositionem enim eam,quæ versus b, collocabitur, affirmatiuam esse oportet. Si vero in secunda, vtrumuis in toto quopiam erit: nam vtrumuis interuallum affirmatiuum esse potest. At que nunc versus maius,nunc versus minus extremum, negatiua propositione sũpta conficitur ratiocinatio. Ambæ vero propositiones si fuerint negatiuæ, ratiocinatio non constabit. Patet igitur fieri posse,vt sine medio quippiam non insit, atq; quando & quemadmodum fieri potest, satis iam explanauimus.

## De immediatorum ignorantia. Cap. XII.

IGnoratio autem ea, quæ non negatione, sed dispositione dicitur ignoratio, deceptio est: quæ circa propositiones medio vacantes vel non vacantes, affirmatiuas vel negatiuas, aut per ratiocinationem, aut simpliciter fit. Te. xxii.

Nam

Nam aut ſimpliciter quiſpiam eſſe, aut non eſſe putat, aut per ratiocinationem exiſtimationem talem ſequitur. Simplicis igitur exiſtimationis ſimplex eſt error: cuius autem quę per ratiocinationem efficitur plures: a, namque ſine medio nulli competat b. Si igitur quiſpiam concludat: a, competere ipſi b, ſumpto medio c, deceptus erit, ſanè per ratiocinationem: atq; fieri poteſt vt ambæ propoſitiones ſint falſæ, & etiam altera tantum. Nã ſi neq; a, cuiquam c, neque c, cuiquam competat b, vtraq; autem interuallum ecõtra ſit ſumptũ, ambæ propoſitiones erunt ſine dubio falſæ: fieri namque poteſt vt c, ſic ſe habet ad extremum vtrumque, vt neque ſubijciatur a, ueq; vniuerſaliter competit ipſi b, etenim: b, quidem fieri non poteſt, vt in toto quopiam ſit: nam a, primò remouebatur ab ipſo, a, vero nõ neceſſe eſt vniuerſaliter cum eſſe quæ ſunt ineſſe quare fit, ambæ vt propoſitiones ſint falſæ. At fieri quoque poteſt, vt altera vera ſumatur, non tamen vtrauis, ſed a, c, nã propoſitio: c, b, ſemper erit falſa: quia in nullo eſt ipſum, b: ſed a, c, vera eſſe poteſt: veluti ſi a, ſine medio cõpetat quidem ipſi c, non competat autem ipſi b, cũ enim idem primo de pluribus quouis dicitur modo, neutrum erit in altero: nihil autem intereſt, & ſi non ſine medio competat. Deceptio igitur eſſendi per hoc, atque hoc modo fit ſolum: non enim alia in figura ratiocin tio erat eſſendi: non eſſendi vero & in prima, & media fit. Atque primum dicamus, quot modis & quomodo ſeſe habentibus ipſis propoſitionibus fit in prima figura. Fieri itaque poteſt: vt ambæ falſæ propoſitiones ſumantur: veluti ſi ipſum a, tam c, quam b, ſine medio competat. Nam ſi ſumatur a, quidem nulli ineſſe, c, ipſum autem c, cuilibet competere: b, erit vtraq; propoſitio

tere b, erit utraque propositio falsa. Fieri quoque potest, ut altera propositionũ utrauis falsa sumatur. Nam esse potest a, c, quidẽ uera: c, b uero falsa: a, c quidem uera, quia a, nõ omnibus inest quæ sunt c: b uero falsa, tũ quia fieri nequit ut c, cui ipsum a, nulli cõpetat, ipsi cõpetat b: nam alias a, c propositio non erit uera. Tũ quia si ambæ sint ueræ, erit ipsa cõclusio uera. At c, b, etiã ueræ esse potest, altera sumpta falsa: ceu si b, & in a, sit et c. necesse est enim tunc alterũ esse sub altero: quare si sumatur a, nulli cõpetere c, erit hæc ꝓpositio falsa. Patet igitur & ex altera tantũ & ex ambabus ꝓpositionibus falsis ratiocinationẽ fieri falsam. Sed in figura media, ut totæ quidem propositiones ambæ sint falsæ, fieri nequit: nam cum a, cuilibet inest b, nullũ tum sumi medium potest, quòd alteri cuilibet, alteri nulli, competet. Oportet autem hoc pacto sumere ꝓpositiones: ut alteri quidem insit, alteri verò non insit, si hac in figura ratiocinatio fieri debeat. Si igitur quę sic sumentur sint falsæ, constat contrarias veras utrasque fore: quòd quidẽ fieri nequit. Verũ aliqua ex parte falsam esse utranque non obstare quicquam videtur: veluti si medium c, tam a, quàm b, cuidam insit. Tunc enim si ipsum c, cuilibet quidem a, nulli uerò b, dicatue inesse, falsa quidem erũt ambæ propositiones, at non simpliciter, sed aliqua ex parte, sicuti patet. Eadem erunt, & si propositionem negatiuam uersus extremum maius posueris. Fieri tamen potest, ut altera falsa atque utrauis propositionum sumatur. Quod enim inest cuilibet a, id b, quoq; cuilibet inest. Si igitur ipsum c, tale sumptum cuilibet quidem a, nulli uerò b, cõpetere dixeris a: c, quidẽ erit uera c, b, aũt falsa. Rursus quod nulli b, cõpetit, id nec a, cuilibet inerit: nã.

*si cuilibet a, cõpeteret, et ipsi quoq; b, cuilibet pfecto cõpeteret: at nulli inesse supponitur. Si igitur cuilibet quidẽ a, nulli uerò b, cõpetere dixeris c, b quidẽ veram, alteram verò falsam efficies. Idem vtique fiet, & si uersus maius extremum propositionem negatiuã posueris. Quod enim nulli competit a, id etiam nulli cõpetit b. Si igitur c, nulli quidẽ a, cuilibet vero b, competere dixeris a, c quidẽ propositio erit uera, altera vero falsa. Rursus si id quòd b, cuilibet inest, nulli cõpetere dixeris a, falsam tum efficies propositionem. Necesse est enim si b, cuilibet inest, & a, cuidã cõpetat. Si igitur huiuscemodi sumptum c, nulli quidẽ a, cuilibet verò b, dicatur competere: erit c, b, quidem vera a, c aũt falsa. Patet igitur ex vtrisque falsis, & ex altera tantum circa propositiones induiduas ratiocinationem falsam fieri posse.*

## De mediatorum ignorantia. Cap. XIII.

*SEd cum propositiones affirmatiuæ, uel negatiuç medio nõ vacantes, falso per medium propriũ concluduntur, fieri nõ potest ut propositiones ambæ falsæ sumantur: sed ea tantum sumitur falsa, quæ est versus extremũ maius. Atque proprium id medium dico, per quod fit ea ratiocinatio, quæ opponitur falsæ a: namque per c, medium competat ipsi: b cum igitur c, b propositionem affirmatiuam oportet sumi, si prima in figura ratiocinatio fieri debeat, patet hanc quidem perpetuò ueram esse. Non enim ipsa conuertitur a, c autem esse falsam: hac enim conuersa, contrarius syllogismus fit. Idem efficietur, & si medium alia ex serie fuerit sumptum, ceu d: si in tota sit a, & de omni b, prædicetur. Etenim d, b quidem intacta maneat propositio, altera uerò uertatur necesse est. Quibus*

bus efficitur, ut illa quidem perpetuò vera, hæc autem semper falsa sumatur. Atque talis error concurrit cum eo, qui per medium efficitur proprium, ac ferè idem est. Si vero non per medium proprium, extruitur ratiocinatio, cum hoc tale est, ut ipsi quidem subijciatur a, de nullo verò dicatur b, tum ambas propositiones falsas esse necesse est. Etenim modo contrario sunt sumendæ, si ratiocinatio fieri debeat. At si hoc modo sumãtur, ambæ sanè vertentur in falsas: veluti si a, quidem cuilibet insit d, ipsum autem d, nulli competat b. His enim uersis, ratiocinatio fiet, & ambæ propositiones erunt, ut diximus falsæ. Cùm verò medium ceu d, non subijcitur ipsi a, tum a, d quidem propositio erit uera: quia d, non erat in a: d, b verò falsa: quoniam si esset uera, conclusio etiam esset vera, at erat falsa. Cum autem per mediam figuram fit error, tunc fieri nequit ut ambæ propositiones totæ falsæ sumantur. Nam cum b, subijcitur ipsi a, fieri non potest ut quidquam unquam alteri cuilibet, alteri nulli competat: sicut & anteà diximus. Altera tamen propositio falsa, & vtrauis etiam sumi potest: nam si c, tam a, quàm b, cuilibet inest, inest, si id ipsum cuilibet quidem a, nulli uerò b, competere dixeris: a, c, quidem erit uera, altera verò falsa. Rursus si ipsum c, nulli quidem a, cuilibet verò b, competere dixeris b: c, quidem erit uera a, c, autem falsa. Si igitur deceptionis ratiocinatio sit negatiua, dictum est quando, & ex quibus ipsa deceptio erit. Sed si affirmatiua sit, cũ per medium quidem extruitur proprium, fieri non potest, ut ambæ ꝓpositiões sint falsæ. Necesse est enim intacta maneat ipsa c, b, si ratiocinatio fieri debeat, quemadmodũ & antea diximus.

Quare semper erit a,c ꝓpositio falsa: hæc est enim eaquæ uertitur. Idem efficietur, etsi ex alia serie medium ipsum sumatur, sicut etinterrore diximus negatiuo. Etenim d,b propositio maneat: a,d uertatur necesse est: atque hic error conuenit cum priore. Sed cum non per proprium ratiocinatio conficitur medium, si idquidẽ collocatur sub a, propositio quidem a,d erit uera: d,b, aũt falsa: fieri namq; potest, ut a, cuidã insit, cuidã non insit, quorũ neutrum sub altero collocatur. Sin uero d, non subijcitur ipsi a, tũ a,d quidẽ semper est falsa, quippe cum affirmatiuã eã esse oporteat: d,b uero fieri potest ut nũc uera, nunc falsa sumatur. Nihil enim uetat ut a, quidem nulli d, cõpetat: d, uero cuilibet insit b: animal enim nulli scientiæ cõpetit. At sciẽtia musicæ cuilibet inest: neq; rursus prohibet quicquã, ut neq; a, cuiquã d: neq; d, cuiquã insit b. Patet igitur fieri posse, ut ambæ, atque altera sit falsa: cum mediũ sub a, non collocatur, Perspicuum igitur est, quot modis ꝓ ratiocinationẽ error, et per quæ fieri potest circa ꝓpositiões vocãtes medio, & itẽ eas quæ demõstrari possũt.

## De ignorantia negationis. Caput XIIII.

Manifestũ est etiã si sensus quispiã defuerit, necessario et sciẽtiã aliquã deesse: quã quidẽ cõsequi nõ possumus, si discimus uel inductiõe, uel demõstratiõe. Est aut demonstratio quidẽ ex unuersalibus, inductio uero ex particularibus: fieri uerò nõ põt ut uniuersalia percipiãtur, nisi ꝑ inductionẽ. Quoniã & ea quæ abstracta dicũtur, erũt per inductionẽ nota, si quis nota voluerit facere, inesse inquã nõnulla generi cui q̃: etsi nõ separabilia sunt, & unũquodq; est tale. Inductionẽ aũt eũ qui sensu caret conficere, unũ eorũ esse constat, quæ nullo

pacto

pacto fieri possit: ipsorũ namq; singulariũ est ipse sensus. Nõ enim fieri potest ut ipsorũ accipiatur scientia. Neq; enim ex uniuersalibus absq; inductione, neq; per inductionẽ sine ui sentiẽdi.

*An sit in demõstrationibus ꝓcessus in infinitũ. Cap. XV.*

OMnis aũt ratiocinatio tribus è terminis cõstat: atq; alia est affirmatiua, quę quidem ostendere potest a, cõpetere ipsi c: ex eo quia a, competit ipsi b, & b, competit ipsi c: alia est negatiua quę quidem alteram propositionem habet affirmatiuam, alteram negatiuam: patet igitur hæc esse principia, & ea quæ suppositiones dicũtur. His enim sumptis necesse est demonstrare a, per b, medium ipsi cõpetere c: & rursus a: per medium aliud ipsi inesse b: & item b, per aliud quippiam ipsi competere c. Si igitur probabiliter solumque differendi modo ratiocinari volumus, id tantum ut patet considerandum est, si ratiocinatio ex quàm maxime probabilibus verisimilibusque conficitur. Atque si per a, b propositionem (quæ quidem tametsi uere non uacat medio: uidetur tamen eodem uacare) ratiocinationem quispiam fecerit, is est ut ad differentem pertinet ratiocinatus: sin uero non illo pacto, sed ad ueritatem ratiocinationes extruere libet, tum id considerandum est, ut ex hisce quæ competunt, ratiocinatio semper conficiatur. Res autem ita sese habet. Quoniam est id quod de alio non per accidens prædicatur: atque per accidens dico, ueluti cum dicimus nonnũquam album illud hominem esse, non perinde dicentes atque cum dicimus hominem esse album. Homo namque nõ quia est aliud quicquam, est album: at album est homo: quia accidit homini ut sit album. Sunt igitur nonnulla talia, ut per se prædicentur.

Tex. xxxiiii.

Sit itaque c,tale,vt ipsum quidem nulli cõpetat rei:b,aũt huic cõ petat primo,vt non sit inter ipsa medium ullum,& rursus d,ipsi b,& e,ipsi d,& f,idem ipsi competat e:quærendum est igitur, si necesse est hoc stare,an fieri potest vt in infinitum proficiscatur? Rursus sit a,de quo nihil per se prædicatur: atq; hoc ipsi primo cõpetat b,& nulli priori medio cõpetat:et b,idẽt idẽ ipsi g,& g,ipsi f,& f,ipsi cõpetat e,quærimus igitur,vtrũ et huiusce p;ectionis sit necessario status,an sine medio sit semper abitio. Atq; hoc tantũ ab illo differt,quòd illud quidẽ quærit fieri nè possit,vt quippiam si â tali incipiat,vt ipsum quidem non insit cui quã,aliud aũt de ipso dicatur, versus supera pergendo sine fine semper proficiscatur:hoc aũt fierine possit,vt quispiam si incipiat ab eo:de quo nihil dicitur,ipsum verò de altero prædicatur,petatq; inferiora,hoc semper pacto proficiscatur, nullusque ei modus occurrat? Præterea quærẽdũ est,fierine potest, vt si extrema sint finita,media sint infinita:veluti si a,cõpetat ipsi c,& inter ipsa sit medium b,ac inter a,& b, medium etiam aliud cadat,& inter hæc rursus aliud,vtrum & in his ipsis sit in infinitum processio,an id ipsum fieri nequeat. Idem est autem hoc cõsiderare,& si demonstrationes in infinitum proficiscantur,& si sit cuiuslibet demõstratio,an ad vtranq; partẽ finis occurrat. Similiter & de ratiocinationibus negatiuis,& propositionibus est dicẽdũ,veluti si a,nulli b,cõpetat:aut illi primo nõ inest, aut est aliquod medũ,cui priori non inest. Atq; si sit c,quod quidẽ cuilibet cõpetit b:rursus a,aut ipsi c,primo,aut alij priori nõ inest,quod quidẽ cuilibet cõpetit c,& in his enim aut infinita sunt ea,quibus non inest prioribus ipsum a,aut finita, modusq; tandem

dem occurrit. In his autem quæ cõuertũtur, secus res habet. Nõ enim in hisce quæ mutuam suscipiunt prædicationem, id de quo primo vel ultimo prędicatur est. Omnia namq; similiter hoc pacto se se habent ad cũcta, siue sint ea infinita quæ prędicãtur de ipso: siue utraque de quibus quæritur sint infinita: nisi fit vt non similiter cõuertãtur, sed alterũ per accidẽs, alterũ uerò natura.

## Quòd inter extrema determinata non sint media infinita. Cap. XVI.

His hoc pacto dispositis patet fieri non posse, ut media sint infinita si, prædicationes uersus superius inferiusue proficiscantur ad statum. Atq; versus quidem superius prædicationem eam dico, quæ pergit ad id, quod est magis uniuersale: uersus autem inferius eam, quæ ad particulare descendit. Nam si cum a, de c, prædicatur, infinita sunt media, ceu b, patet fieri posse, ut ab a, uersus inferius in infinitum aliud de alio prædicetur: nam anteâ quàm accedatur ad c, infinita media sunt. Et à c, uersus superius infinita similiter sunt, antea quam ascẽdatur ad a. Quare si hæc fieri nequeunt, fieri profecto non potest, ut inter a, & c, media sint infinita: Neque quicquam refert, si quispiam dicat alia quidem ipsorum a, b c, inter sese hærere, ut nihil prorsus sit inter ipsa: alia uerò non posse talia sumi. Quouis namque medio b, sumpto, ab hoc ad a, aut ad c, infinita uel finita media erunt: nihil igitur interest a, quonam primo, siue statim siue non statim infinita sint: nam ea quæ post hæc sunt, infinita esse ponuntur.

## Quòd negatio mediata ad immediatam affirmationem reducatur. Cap. XVII.

AT qui & in negatiua demonſtratione patet finem proceſſionis eſſe, ſi in affirmatiua verſus utrũq; ſtatur. Supponatur enim fieri non poſſe, vt prædicatio aut ab vltimo uerſus ſupera, aut â primo uerſus vltimũ in infimtũ proficiſcatur. Atq; id vltimũ dico, quod nõ prædicati rationẽ, ſed ſubiecti tãtum modo ſubijt, ſitq; id c, primũ aũt. i. quod nõ ſubijcitur cuiquã, ſed ſolũ de alio dicitur. Hæc ſi ita ſint, erit profectionis in negatione etiã ſtatus. Tripliciter enim oſtendi negatiua concluſio poteſt. Et primo quidẽ hoc pacto, cum b, cuilibet c, & a, nulli b, cõpetere ſumitur: b, c igitur propoſitio, ac interuallũ omnino minus, in ea neceſſario reducetur quæ medio uacant: quippe cũ id ſit, vt patet, affirmatiuũ: alterum aũt interuallum, ſi medio nõ vacet, ad id redigi poterit, quòd medio uacat. Nam ſi a, non ſine medio nõ competat ipſi b, tũ aliquid erit a, quo prius ipſum, quã a, b remouetur: quod quidẽ cuilibet competere b, oportet: atq; illud ſit d. Rurſus ſi interuallum a, d non uacat medio, aliquid item erit, à quo prius ipſum a, quàm a, d, remouetur. Atq; illud ſit e, quod quidem neceſſe eſt cuilibet cõpetere d. Cũ igitur eius uiæ qua ſuperiora petuntur, finis atq; ſtatus ſit, ſtabitur & hic tandẽ, eritq; aliquid ſane primo cui nõ cõpetit ipſum a. Secũdo aũt hoc oſtẽditur modo, cũ b cuilibet quidẽ a, nulli uerò c, cõpetere ſumitur, & hoc enĩ pacto a, nulli cõpetere c, cõcludetur. Si igitur hoc oportet oſtẽdere, aut per mediũ ſuperius dictũ, aut per hũc ut patet, aut per tertiũ oſtẽdetur: at primus eſt dictus: per ſecundũ aũt hoc oſtẽdetur pacto, ſi quis d, cuilibet quidẽ b, nulli uerò c, cõpetere ſumpſerit, modo cõpetat aliquid ipſi b. Quòd ſi d, ſine medio ſegregatur a, c bene eſt: ſin verò mediũ cadit, neceſſe

se est illud, quidē cuilibet inesse, nulli vero cōpetere c. Cū igitur in affirmationibus, cum superiora petūtur finis occurrat, & in negationibus itidē hic sese offeret tandē. Tertio hoc ostenditur pacto, si a, quidem b, cuilibet competit: c, verò nulli eidem inest: tunc enim concluditur c, non cuilibet competere a. Et hoc igitur aut per anteâ dictos modos, aut per hunc tertiū ostendetur. Ai per illos vt ostendimus statur: per hunc autem ostēdetur. Si b, quidem sumetur cuilibet competere d, ipsum uero c, nulli eidem inesse: atq; d, rursus cuilibet inesse e, ipsum uero c, nulli eidem cōpetere. Cum igitur suppositum sit uersus etiam infera prędicationis affirmatiuæ statum ac ultimum esse, patet ipsius etiam c, prædicationem negatiuam stare tandem, & non in infinitum procedere. Perspicuum autem est, & si non una uia, sed uniuersis nunc per primam, nunc per secundam, nunc per tertiam figuram, ut patuit ostendatur, hoc etiam pacto stare, ac finem ipsius esse: hæ namq; finitæ sunt: ea uero quæ sunt finita, finities necesse est uniuersa esse finita. Patet igitur in negatione statum ac finem esse, si in affirmationibus statur.

## Quod non sit proces. in infinitum in demonstratione.

### Caput. XVIII.

AT id ipsum & in illis ita esse patebit, si primum differendi modo, deinde resolutiue id contemplabimur. In his itaque quæ de definiendis rebus dicuntur, earundemq; definitionē ingrediuntur, uerū id esse patet. Si enim est definire, aut si cognoscibile ipsum quod quid erat esse, infinita uero non est pertrā sire, necesse est terminata essè, quæ in eo quod quid est prædicātur. Vniuersaliter autem hoc pacto dicamus. Fit enim ut uere Te. xxv.

dicatur,

dicatur, cum album ambulare, & magnum illud lignum esse, & rursus lignum magnum esse, ac hominem ambulare dicitur. At differt hoc & illo dicere modo: nam cum album dico esse lignum, tum lignum id esse dico cui accidit ut sit album, sed non album esse subiectum ipsius ligni: non enim, aut album simpliciter erat, aut aliquod album deinde factum est lignum: quare non dicitur hoc pacto, nisi per accidens. Cum autem lignum album esse dico, tunc non aliquid aliud album esse dico, atque illi ut sit lignum accidere, ueluti cum dico musicum album esse: tunc enim hominem eum album esse dico, cui accidit ut musicus sit. Sed lignum est subiectum, quod quidem nihil aliud erat, quàm aut absolute lignum, aut aliquod lignum deinde factum est album. Quòd si oporteat nomina ponere, hoc quidem dicere pacto sit prædicare: illo autem pacto, aut nullo pacto prædicare, aut non absolute, sed per accidens prædicare dicatur. Est autem id quidem quod prædicatur, ut album: id uero de quo prædicatur ut lignum. Supponatur igitur id quod prædicatur absolute semper de eo de quo dicitur, sed non per accidens prædicari: hoc enim pacto demonstrationes demonstrãt. Quare cum vnum prædicatur de vno, illud aut subit rationem eorum quæ definiendo subiecto competunt: aut est quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut agens, aut patiens, aut vbi, aut quando. Præterâ omne quod substantiam significat, id quod illud est, aut quod illud est quoddam, id esse significat, de quo prædicatur: quod uero non substantiam significat, sed de subiecto dicitur alio, quod quidem nec est id ipsum quod illud, nec id quod illud est quod dum, id omne accidens est: ut cum album de homine prædicatur.

dicatur. Homo nãque neque id est quod albũ, neq; id quod albũ est quoddam, sed animal fortasse: est enĩ homo id quod animal est. Atq; ea õnia quæ non substantiam significant, de subiecto aliquo prædicari oportet, & non esse quicquam album: quod quidem sit album, non quia aliud quidquam est: formæ namque ualeant, fidium enim sunt attrectationes: & si sint, nihil prorsus ad præsentem sermonem pertinent. Ipsæ namque demonstrationes de rebus talibus sunt. Præterea si non hoc illius est qualitas, & illud huius, neque qualitatis est qualitas, fieri profecto nequit ut hoc pacto mutuo prædicentur: sed fit quidem ut uerum dicas, at non fit ut contra prædices uere. Nam aut ut accidẽs, aut ut substantia prædicabitur: ueluti si sit genus uel differẽtia prædicati. Hoc autem demonstratum est, neque ad supera, neque ad infera infinita esse. Neque enim homo est bipes, & bipes animal, & animal aliud: neque rursus animal de homine, homo de Callia, & is de alio hoc ipso quid est, prædicatur. Omnem enim talem substantiam definire possumus. At fieri nequit ut infinita quisquam intelligendo perranseat: quare neque ad supera, neque ad infera sunt infinita. Fieri enim non potest, ut ea substantia, de qua infinita dicuntur, definiatur. Vt genera igitur, mutuo non prædicabuntur. Erit enim ipsum id, quod ipsum est quoddam. At uero neque de quali aut de cæteris quicquam nisi per accidens prædicabitur. Hæc enim omnia accidunt, & de substantijs prædicantur. Sed neque uersus supera infinita erunt: de uno quoque namque prædicatur id quod significat, aut quale quid, aut quantum quid aut aliquid talium, aut ea quæ in substantia sunt. Hæc autem sunt

finita,

finita,& genera prędicamẽtorũ finita sunt,est enim aut quale, aut quantum & cætera,quę iam dudum enumerauimus. Atq; suppositum fuit unũ prędicari de vno,ipsa vero de ipsis non prædicari,nisi ratione ipsius quid est,prædicentur. Etenim accidẽtia sunt vniuersa,sed quædã per se, quædã alio ,modo atq; hæc omnia de subiecto quodam dicimus prædicari, & accidens non esse subiectum vllum. Nihil enim taliũ ponimus id esse,q; id est quod dicitur,non aliud quicquam existens sed ipsum in alijs esse, & alia quædam de alio dicimus prędicari. Neq; igitur ad superiora,neq; ad inferiora vnum de vno in infinitum dicetur. De quibus enim accidentia dicuntur,ea sunt quæ in vniuscuiusq; substantia sunt,hæc aũt non sũt infinita. Versus etiã supera,nec ipsa,nec vtraque accidentia sunt infinita. Necesse est igitur aliquid esse,de quo primum aliquod,& de hoc aliud,& huius profectionis tandem exitum esse,vt id sit,quod de nullo vlterius alio dicatur:& id etiam,de quo non prædicatur aliud prius. Vnus igitur hic est modus ad hoc propositum demonstrandum. Alius autem est hic. Patet enim horum demonstrationem esse, de quibus priora aliqua prædicantur, & item fieri non posse,vt aut melius simus ad ea dispositi quorum est demonstratio,quàm si sciamus, aut ea sine demonstratione sciamus : quibus efficitur,vt si per aliqua priora quippiam innotescit, illa vero nescimus,neque ad illa melius sumus affecti,quàm si scientiam haberemus: nec id profecto scaimus,quod per illa notum efficitur. Si igitur fit, vt simpliciter quippiam per demonstrationem & nõ ex quibusdã,nec ex suppositione sciamus,necesse est prędicationes medias stare:nam si non stent,sed semper aliquid superius

sit

sit sumpto, omnium erit tum demonstratio. Quare si fieri non potest, ut infinita quisquam pertranseat, ea profecto quorum est demonstratio nunquam per demonstrationem scimus. Quod si neque melius ad ipsa sumus affecti, quam si si sciremus, nihil tum per demõstrationem simpliciter, sed ex suppositiõe sciemus. Ex his igitur quæ disserẽdi diximus modo, id de quo loquimur ita esse quispiã credet. Resolutiue aũt per hæc breuius perspicuũ fuerit fieri nõ posse, vt versus superius aut inferius infinita prę dicata in demonstratiuis scientijs sint, de quibus præsens hæc cõsideratio est. Demonstratio enim est de hisce, quæ rebus insunt per se: ea vero quæ per se cõpetũt, duplicẽ subeũt modũ: quædã enim in eadẽ sunt definitione rerũ, quibus inesse dicũtur: vt multitudo, vel diuisibile: hæc enim numero competunt, & in ipsius sunt definitione: quædam in ratione suа res eas suscipiunt, quibus competunt: vt impar: hoc enim numero competit & definitione sua numerum suscipit. At fieri nequit, vt aut hæc aut illa sint infinita, nec. n. ea quæ vt impar de numero prædicantur. Nam in impare rursus aliud erit in definitione, cuius est ipsum: hoc si sit, primũ numerus ipse cui quidem competunt, in definitione erit ipsorum. Si igitur fieri nequit vt insint vni talia infinita, nec infinita versus superius erunt. At vero necesse est ipsi primo competant vniuersa, veluti numero, & numerus illis insit: quare conuertuntur & non superabunt. Nec item ea quæ definitiones eorum quibus insunt ingrediuntur, non enim assignari definitiones possent. Quare si hæc sunt vniuersa ea quæ per se prædicantur (hæc autem infinita non sunt) stant omnia plane versus supera: quare stant & adinfera. Quod si inta sit, erunt & ea sane finita, T.xxxij.

ta,quę inter duos terminos collocãtur. Quod rursus si ita sit,patet iam & demonstrationum esse principia necessario, ac demonstrationem non omnium esse:quod quidem non nullos asserere iam in initio diximus. Etenim si principia sint,neque demõstrabilia sunt omnia,neque in infinitũ fieri potest abitio. Nam alterũ istorum vtrumuis esse,nil aliud est quã nullum internallũ esse medio vacãs,atq; indiuisibile,sed vniuersa esse diuisibilia. Id enim quod demonstratur,non foris addito,sed immisso termino demonstratur. Quapropter si fieri potest,vt hoc pacto procedatur in infinitum,fieri quoq; potest,vt inter duos terminos infinita media cadant. At hoc fieri nequit,si tã versus superius,quã versus inferius prædicationum finis existat. Esse vero prædicationum hoc pacto finem, antea differendi modo, nunc resolutiue satis,ostendimus.

## Quòd non sit proces. in infi. in propositionibus mediatis. Cap. XIX.

Te.xxxvii. DEmonstratis autem his patet,si quippiam idẽ vt a,duobus insit:quibusdam vt c,atq; d,quorum alterum de altero aut nullo modo,aut non de quolibet prędicatur: non semper illud per commune aliquid ipsis competere:triangulo namq; duorum æqualium,& omnium inæqualium laterum, angulos habere duobus rectis æquales,per commune competit quoddam,competit enim vt vterq; est quædam figura,& non vt aliud quicquam. At nõ semper id ita se habet-Sit enim b,per quod a,tam ipsi c,quàm d, competere dicitur:patet igitur,ipsum b,per aliud commune quippiam ipsis competere:et illud item per aliud:quare inter duos terminos infiniti termini cadent. At hoc fieri nequit, non ergo neceſſe

cesse est pluribus idem per aliquod commune semper inesse, si- Te. xxx
quidem sint interualla quæ medio vacant. Terminos tamen eodẽ viii.
in genere & indiuiduis ex eisdem necesse est esse, siquidem ipsũ cõmune rationem eorum, quæ per se competunt, subit. Fieri nanque non potest, vt ea, quæ demõstrantur, ad aliud genus ex alio migrent ac transeant, vti diximus. Patet etiam, cum a, competit ipsi b, atque est aliquod medium, tum a, posse ostendi ipsi competere b. Atque huius hæc erunt, & totidem elementa, quot media sunt. Propositiones enim eæ, quæ medio vacant, elmenta sunt aut õnes, aut eæ quæ vniuersales sunt. Quòd si nullum sit mediũ, non est vlterius demonstratio: sed hæc est ea via, qua acceditur ad principia. Similiter fit & si a, non cõpetit ipsi b. Nam si est medium aliquod aut prius, cui non competit ipsum a, est sine dubio demonstratio: si vero non est, nulla est demonstratio. Atque quot sunt termini, tot sunt elemẽta principiaue. Propositones enim quæ ex hisce constãt ipsius sunt, demonstrationis principia. Et vt quædam principia sunt indemonstrabilia, hoc pacto: hoc est illud, & illud inest huic: sic & hoc modo: hoc non est illud, & illud non inest huic: quare quçdam essendi quippiam, quædam non essendi principia erunt. Cum autem ostendendum quippiam est summendum est quippiam, quod primum de ipso b, prædicatur: sitquè id c, de quo similiter ipsum dicitur a. Atque hoc modo semper proficiscenti, nulla propositio tibi, nullusque terminus affirmandus extra ipsum a, sumitur in probando: sed medium semper densatur, quousquæ indiuisibilia & vnum fiant. Est autem tunc vnum, cum fuerit vacans medio interuallum, ac vna simpliciter propositio, quæ quidem

medio

medio vacat. Atque vt cæteris in rebus principium simplex est, idque non est idem vbique, sed in pondere quidem est mina, in modulatione vero primus sensibilis sonus, & in alijs aliud: sic in ratiocinatione quidem vnum vacans medio propositio est, in demonstratione verò & scientia intellectus. In affirmatiuis igitur ratiocinationibus nihil extra id quod ineſt atq; competit, cadit: in negatiuis aũt, vbi quidem est id quod ineſſe oportet, nihil extra hoc cadit: veluti si a, per c, non competat b: nam si c, quidem cuilibet ni sit b, ipsum autẽ a, nulli competat c: rursusq; sit a, nulli competere c, demonstrandum medius inter hæc ipsa sumendus est terminus: atque hoc modo semper pergendum. Quod si sit ipsum d, nulli e, competere demonstrandum, hoc pacto, vt c, cuilibet quidem d, nulli verò vel non cuilibet insit e, nullus extra ipsum e, terminus vnquam cadet. Hoc autẽ est, id cui ineſſe oportet. At in tertio modo, nec id à quo negare, nec id qđ negare seũgereq; oportet, terminus sumẽdus vnquã egreditur.

De demonstratione vniuersali & particulari. Cap. XX.

Te. xxjx CVm autem demonstrationũ alia vniuersalis, alia particularis sit: & alia affirmatiua, alia negatiua, ambigitur vtra sit præstabilior: ac eodẽ modo de ea quæ recte demõstrare, & de ea quæ reducere ad impoſsibile dicitur, quæri potest. Primum igitur de vniuersali & particulari, deinde de affirmatiua negatiuaq;, & postea de recta & de ducente ad impoſsibile demonstratione determinauimus. Forsitan itaq; cuipiã hoc pacto consideranti, particularis præstabilior vniuersali uidebitur. Nã si ea demonstratio qua magis scimus, est præstabilior (hęc enim sane demõstrationis est virtus) atq; magis vnũquodq; tũ scimus,

ſcimus,cũ ipſum per ſe quã cum per aliud ſcimus (ceu muſicũ Coriſcũ tũ ſcimus magis cũ percepimus Coriſcũ eſſe muſicũ, quã cũ cognoſcimus hominẽ eſſe muſicũ: & in cęteris ſimiliter) vniuerſalis aũt oſtẽdit quippiã nõ ut ipſum eſt,ſed vt aliud: veluti triangulũ duorũ æqualiũ laterũ angulos habere duobus rectis æqualis,nõ hoc ſane q; duorũ eſt æqualiũ laterũ,ſed quòd triangulus eſt,particulari demonſtratiõe cuipiã ineſſe quippiã vt ipſum eſt oſtẽdente: ſi igitur ea demõſtratio præſtabilior eſt, quæ per ſe quippiã demonſtrat,& particularis eſt talis,ipſa demonſtratio particularis, magis nimirũ demõſtratio ac præſtabilior quã uniuerſalis eſſe videbitur. Præterea ſi vniuerſale quidẽ non ſit præter res ſingulas quicquã,demonſtratio aũt opinionem efficit eſſe aliquid id de quo demonſtrat, vt quadã in ratione rerũ tale eſſe naturã: ceu triãguli circa ſingulos figuræ circa ſingulas: numeri demiq; circa ſingulos. Atq; ea demõſtratio quæ circa id verſatur, q; eſt in ratiõe rerũ,ea eſt demonſtratiõe præſtantior quæ circa id verſatur,quòd rationẽ eorũ quæ ſunt egreditur,eaq; rurſus per quã non efficitur error,præſtãtior eſt ea per quã error efficitur: uniuerſalis aũt talis eſt demõſtratio, quod quidem intueri licet, cũ rationum ſimilitudo mutato ordine demonſtratur (nã idinquũt quod eſt quid tale,ſimilitudinẽ mutato ordine rationũ ſubibit,quod quidẽ neq; linea neq; numerus eſt,neq; ſolidũ,neq; planũ,ſed prçter hçc aliud quiddã) ſi igitur hçc demõſtratio vniuerſalis eſt magis,& eſt de eo quod minus eſſe videtur quã id de quo particularis demonſtrat, atq; opinionẽ efficit falſã: vniuerſalis profectò demõſtratio inferior erit lõge particulari. Anharũ altera ratio nõ magis eſt de vniuerſali,

q̃ de particulari? Nã si duobus rectis ęqualis habere nõ hoc ei triangulo competit, qui duorũ est æqualiũ laterũ, quo est talis sed quo triangulus est: is qui scit illud ipsi cõpetere, quo duorũ est æqualium laterũ, minus profecto scit cuinam quatenus ipsum est competit, quàm qui scit idem eidem ea ratione competere, qua triangulus est. Atq; omnino si illud non eo triangulo competit quo triangulus est, deinde quispiam id ipsum ostendit, nõ erit ipsius vtique demõstratio. Sin vero triangulo competit, vt triangulus est, is magis profecto scit, qui illud triangulo, quo triangulus est, percipit competere. Eadẽ est & in cæteris ratio. Si igitur triangulus ad plura sese extendit, ratioque est eadem, & non solo communis est nomine, atque cuius insunt triangulo tres anguli duobus rectis æquales: non sane triãgulus vt duorum est æqualium laterum, sed cõtra, qui duorum est æqualium laterum vt triangulus est talis angulos habet. Quare qui scit vniuersaliter, is magis scit, ut quodque cuique competit quàm is qui particulariter scit. Vniuersalis igitur demõstratio præstabilior est demonstratione particulari. Præterea si vniuersale vna quædam sit ratio, & non solo commune nomine, nõ minus erit quàm res nonnullę particulares. Quin etiam magis erit, ac tanto quãto in illis sunt ea quæ non intereunt: particularia autem magis occidũt. Prętereà, nulla prorsus necessitas cogit, ideo pręter hęc aliquid hoc esse putare, quia vnũ significat non enim id in ipso magis quàm in alijs compelleret, quęcunque non substantiã, sed quantum aut quale cæteraque significant talia. Quòd si putatur, non demonstratio sanè, sed is qui audit huius est causa. Præterea si demonstratio quidem est ratiocinatio causam ostendens,

&

& propter quid est, uniuersale autem magis est causa, nam cui per se quippiam inest, id ipsi est causa: at uniuersale primum est: sane ergo causa uniuersale est: demonstratio nimirum uniuersalis præstabilior demonstratione particulari est: est enim magis causæ, & ipsius propter quid est. Præterea usq; ad hoc propter quid quærimus, tuncq; scire arbitramur, cum nõ est aliquid quã hoc, ob quod aut fit, aut est quippiã. Sic enim ipsum extremum iam finis ac ultimum est: veluti gratia cuius accessit, ut argentum accipiat. Et hoc gratia cuius, ut reddat id quod mutuo cepit ac debet. Et hoc item gratia cuius? ut nõ iniuriã faciat. Et sic euntes cum non est ob aliud ulterius, nec est aliud cuius gratia, cum ob ipsum, ut finem accessisse, & esse, at fieri dicimus: & tum maxime scire propter quid accessit putamus. Quòd si cunctis in causis ita res se habet, & cum propter quid quæritur: in his autem quæ sic sunt causæ, ut harum gratia cætera sint & fiant, hoc scimus maxime pacto: & in cæteris tum maxime scimus, cũ nõ ulterius hoc est, quia aliud est. Percepto igitur hoc, ãgulos externos quatuor rectis æquales habere: quia duorũ est æqualiũ laterum, restat quærere, propter quid hoc eos angulos habet: atque cognito quia triangulus est, restat item quærere, propter quid hoc eos triãgulus habet: quòd si percipiamus, quia est figura quæ rectis ex lineis constat, cui quidẽ non propterea quòd aliud quippiã est, anguli cõpetunt dicti: tũ profecto maxime scimus, ac etiam tum uniuersaliter scimus: demonstratio igitur uniuersalis prçstabilior est lõge particulari. Prçterea demõstratio quo particularis est magis, eo magis in infinitũ incidit: quo verò uniuersalis magis, eo ad simplex ac ipsum ulti-

mum pergit: at res quo sunt infimitæ, eo nequeunt sciri: quo uero sunt finitæ, eo sub scientiam cadunt: quibus efficitur, ut res quo sunt vniuersales, eo magis sub scientiam cadunt, quàm hoc sanè quo sunt particulares: uniuersalia igitur sunt demonstrabilia magis. At eorum magis est demonstratio, quæ sunt demonstrabilia magis: nam ea quæ referuntur simul, sunt talia magis: vniuersalis igitur demonstratio præstabilior est lõge particulari, cũ sit & magis, ut probatũ est, demõstratio. Prçterea si ea demõstratio magis est expetenda, per quam hoc & aliud scitur, quã ea per quam hoc solum percipitur: isq; qui habet vniuersale, scit & particulare, & non contra, patet vniuersalem demõstrationem expetendam esse magis, & præstabiliorẽ hoc quoq; pacto quàm demonstrationem particularem. Insuper uniuersaliter magis demonstrare, nihil aliud est quàm per id ostendere mediũ quod principio propinquius est. Propinquissimum autem id est, quod vacat medio. Atque hoc est principiũ: si igitur demonstratio, quæ cõficitur ex principio, uel ex magis principio, exactior est ea, quç nõ ex principio, uel ex minus principio, proficiscitur: atq; talis est ea quæ magis uniuersalis est demonstratio: uniuersalis profecto demõstratio præstabilior est demonstratione particulari: ueluti si demõstrare oporteat a, cõpetere d, mediaq; sint b, atq; c, & b, sit superius ipso c, ea sanê demonstratio quæ per b, medium conficitur, magis erit vniuersalis quàm ea q̃ per medium c, exruetur. At enim harum rationũ non nullæ dissẽdi subeunt modũ, maxime autem inde patet, vniuersalem magis præstabilem esse, nã cũ propositionẽ priorem habemus, posteriorẽ quoq; tum quodãmodo scimus, potentiaq; habemus, ve-

lut

lut si quis omnem triangulum scit duobus rectis æqualis habere, eum quoque, qui duorum est æquilium laterũ, scit quodammodo, potenti atque duobus rectis æquales habere, & si nescit ipsũ triangulũ esse: sed qui propositionem hanc habet, is vniuersalem nullo scit modo, neq; potẽtia neque actu. Præterea vniuersalis quidem intelligibilis est, particularis autem ad ipsum sensum vtique terminatur. Vniuersalem igitur demonstrationem præstabiliorẽ particulari esse, satis iã p ea quę dicta sũt demõstrauimus.

De demonstratione affirmatiua & negatiua. Cap. XXI.

Tex. xb

AFfirmatiuã autem negatiuę demonstrationi præstare, hinc sane patebit. Si enim ea præstabilior demõstratio (cætera modo sint eadem) quę è postulationibus suppositionibus ue, aut propositionibus paucioribus constat. Nam si notæ similiter sint, citius per hasce cognitio comparabitur, quod quidẽ magis est expetendum, ratio autem propositionis huius, præstabiliorem eam inquam esse quæ ex paucioribus constat, vniuersaliter hęc est. Nam si similiter sunt ipsa media nota, priora vero sunt notiora, sit vna quidem demonstratio, qua b c d, medijs a, demõstratur ipsi competere e: alia vero, qua rursus a, per b c, media ipsi d, competere demonstratur: hæ igitur a d, inquã & a e, simili modo sese habẽt, sed a d, prior est, atq; notior a e: per illã enim hæc demonstratur, atqui id magis creditur, per quod ostenditur aliud. Demonstratio igitur ea quæ ex paucioribus constat (modo sint cæter a paria) præstabilior est, vt probauimus. Ambæ autem per tres terminos, propositiones ue duas demonstrant: verũ, altera esse quippiã, altera & esse quippiã, & nõ esse sumit: ex pluribus ergo cõstat, quare inferior est vt constat, quã affir-

matiua. Prçterea id ita esse patet, cum demonstratum sit ratiocinationem esse non posse, si ãbç propositiones negatiuæ sint, sed alteram talem, alteram affirmatiuã esse oportere. Præterea in super hoc sumere oportet, nam cum demõstratio accrescit, affirmatiuas quidem propositiones necesse est fieri plures, sed fieri nequit, vt vlla in ratiocinatione plures vna sint negatiuç: a, nanq; nulli competat b, & b, cuilibet insit c. Si igitur ambç propositiones sunt augendç media sunt interponenda, atq; inter a b, si d, inter b c, sit c, patet igitur e, quidem affirmatiue, tam subijci quam etiam dici: d, verò dici quidem affirmatiue, subijci autem negatiue. Nam ipsum quidem de quolibet b, prædicetur: a, vero nulli ipsi insit oportet. Fit igitur vna propositio negatiua: ipsa inquam a d. Idẽ est & cæteris in ratiocinationibus modus: etenim necesse est medium quidem id, quod inter affirmatiuæ propositionis terminos cadit, interiallum vtrumque affirmatiuum, alterum negatiuum efficere: quare tantum vna fit hçc propositio talis: cæteræ omnes, sunt, vt patet, affirmatiuæ. Si igitur id per quod quippiam demonstratur notius est, magisque creditur: & negatiua quidem per affirmatiuam demonstratur, vt patuit: affirmatiua verò, per negatiuam non demonstratur, hæc ipsa sane cum prior sit, & notior, & magis credatur, præstabilior erit sine dubio negatiua. Præterea, si vniuersalis ea propositio, quç vacat medio, ratiocinationis est, vt patet, principiũ: atq; in affirmatiua quidem affirmatiua, in negatiua verò est negatiua: constat autem affirmatiuam negatiua priorem esse, notioremue (negatio namque per affirmationem innotescere solet, præcediq; negationes affirmatio, pinde ac esse prçcedit nõ esse) affirmatiua ꝓfe-

clò

ctò demonstratio præstabilior est negatiua: quippe cum principium ipsius sit negatiuæ principio præstabilius: eamq; prestabiliorem esse oporteat, quæ præstabilioribus principijs vtatur. Insuper ãtiquior ẽ nã absq; affirmatiua negatiua esse nõ potest.

## De demonstratione ad impossibile. Cap. XXII.

CVm autem affirmatiua præstabilior sit negatiua, patet rectam etiam ea prestabiliorem esse, quæ ad id deducit q̃ fieri nequit. Atq; primo scire differentiã ipsarum oportet. Igitur a, quidem nulli b, competat: b, vero cuilibet insit c, atq; hoc pacto negatiua recta fit demonstratio, qua quidem a, professione recta nulli competere demonstratur. Sed ea quæ ducit ad id quod fieri nequit, sic sese habet: nam si demonstrandum est a: nulli competere b, sumendum est contra, cuilibet eidem ipsum competere at b, etiam cuilibet c, quare fit, vt a, cuilibet competat c. Sit autem notum atq; concessum, hoc minime fieri posse: non ergo fieri potest, vt a, competat ipsi b, Nam si b, cõceditur ipsi cõpetere c, fieri profecto nequit vt a, competat ipsi b. Termini igitur ordine simili disponuntur. Verum differentia in propositionum negatiuarum cognitione consistit, vtra inquam istarum sit notior, vtrũhæc, a nulli competit b, an ista a, nulli competit c: cum igitur conclusio notior est, tum ea sane sit demonstratio, qua deducitur in id quod haud quaquam fieri potest: sed cum ea propositio quæ in ratiocinatione sumitur notior est, tum recta nimirum efficitur demonstratio. At constat propositionem hanc a, nulli competit b, priorem hac esse natura a, nulli competit c. Ea namque sunt conclusione priora, ex quibus emergit ipsa Tex. xlj.

conclusio, atque patet hanc quidem a, nulli c, cõpetit, conclusionẽ esse: illam aũt a, nulli b, cõpetit, id esse ex quo emergit ipsa cõclusio. Non enim si fit ut quippiam tollatur, hoc quidẽ est cõclusio illa uero ex quibus: sed id quidem ex quo fit ratiocinatio, quod sic sese habet, ut aut totius ad partẽ, aut partis ad totũ rationẽ habeat: at a, c, & a, b ꝓpositiones nõ sic inter sese habent, ut patet. Si igitur ea demõstratio, quæ ex notioribus prioribusue cõficitur, semper est præstabilior: utraq; uero demõstratio dicta, ex negatiõe quidẽ creditur, altera tamen ex priore, altera ex posteriore, negatiua demõstratio præstabilior est ea simpliciter demonstratione, qua deducitur ad id quod fieri nequit. Quare patet, affirmatiuam quoque demonstrationẽ rectam, quæ quidem negatiuæ præstat, ut patuit, præstabiliorem esse eadem.

## De certitudine & unitate sciẽtiarũ. Cap. XXIII.

Tex.xlij Scientia aũt scientia exactior priorq; est ea, quæ eadem & ipsius esse & propter quid est: sed non ea quæ est ipsius esse, sine ea quæ est ipsius propter quid est, & ea quæ non est de subiecto, ut Arithmetica ipsa Musica: & item ea quæ est ex paucioribus, ea quæ est ex additiõe, vt Arithmetica ipsa Geometria. Ex additione aũt dico hoc pacto: unitas est substãtia positione vacãs, punctũ uero cum positiõe substãtia est. Hoc

Te.xliij. igitur ex additione esse dico. Vna aũt sciencia est, quæ unius est generis: quæ cõponuntur ex primis: & sunt partes, ut affectus horũ per se: diuersæ uero scientiæ sunt, quarum principia ex eisdem non sunt, nec ex vnius principijs principia alterius proficiscuntur. Huius autem est signum cum ad ea quæ non demonstrantur est ventum: oportet enim ipsa eodem in genere esse, in

quo

quo sunt ea quæ sunt demonstrata: est autem & huius signũ, cũ ea quæ demonstrãtur per ipsa eodem in genere sunt, atq; propin qua. Atque fieri potest, ut plures eiusdem sint demonstrationes, non solum si ex eadem serie medium non cohærens accipiatur, ut si inter a, b nunc c, nunc d, nunc e, mediũ accipiatur: sed etiam si ex diuersa sumatur. Sit enim a, mutatur c, mouetur b, uoluptate afficitur: uerum igitur dices, si c, de b, & a, de d, prædicaueris: quinãque voluptate afficitur mouetur, & qui, mouetur mutatur, Rursum inter eosdem terminos medium d, ponatur, in quo sit, quietem consequitur, uerum igitur identidem dices si a, de b, & b, de d, prædicaueris, qui namque afficitur uoluptate, is quietem consequitur, is mutatur. Quare per diuersa media, non ex eadẽ serie sumpta conficitur ratiocinatio: non tamen adeo diuersa, ut neutrum dicatur de altero: necesse est enim ambo cuipiam eidem inesse. Considerandum autem est, quot modis per cęteras quoq; figuras eiusdem ratiocinatio fieri potest.

## Quod fortuitorum & sensibilium non sit scientia.

## Caput. XXIIII.

EIus aũt quod proficiscitur à fortuna, per demonstrationẽ scientia non est. Quoniã omne quod fortuito fit, nec est ut necessariũ, neq; ut plerũq;: sed est id quod fit præter ista. Demõstratio vero alterius est istorũ. Omnis enim ratiocinatio, quæ per propositiones fit, aut per necessarias, aut per eas quæ sunt plerumq; cõficitur. Atq; si necessariæ quidẽ sint, conclusio quoq; necessaria est: sin uero plerumq; sint, conclusio quoq; talis efficitur: quare si id quod proficiscitur á fortuna neq; plerũq;, neq; necessario fit, nulla prorsus ipsius erit sine dubio demonstratio.

stratio. At verò neque per sensum fit, vt sciamus: nam & sensus talis & non huius alicuius est, sentire tamen necesse est hoc aliquid, & aliquo in loco, & nunc: vniuersale vero, & quod est supra õnia, fieri nequit vt sentiatur: quippe cũ non sit hoc, neque nunc: non enim vniuersale esset. Quòd enim sẽper est, & vbique id vniuersale dicimus esse. Cum igitur demonstrationes quidem sint vniuersales, vniuersalia vero sentiri nequeãt: perspicuũ est fieri non posse, vt per sensum sciamus. Quin vt patet, si fieri posset vt sensu, triangulũ angulos habere duobus rectis æqualis perciperemus, quæreremus vtiq; demonstrationẽ: & non, vt quidã inquiunt, sciremus. Sentire nãq; singulare necesse est: at scientia in vniuersalis cognitione consistit. Quamobrẽ si in luna etiã essemus, terrãq; se lunæ obijcientẽ videremus, non profecto causã ipsam defectionis scaremus. Sciremus enim lunam deficere, & non propter quid omnino sensu perciperemus: non enim ipsius vniuersalis est sensus. Attamen ex eo quia sæpe hoc accidere videremus: ipsum vniuersale venati, demonstrationem vtiq; haberemus: ex singularibus enim pluribus vniuersale ipsum patefieri solet. Ipsum autẽ vniuersale præstabile nimirũ est, propterea quòd ipsam causam indicat: quare de talibus notitia vniuersalis præstabilior est perceptione sensuum, & intellectione eorum quorum est alia causa. De primis autẽ alia ratio est. Patet igitur fieri non posse, vt quisquam sentiendo quicquam vnquam eorũ sciat, quę demonstrabilia sunt: nisi sentire quispiam id esse dicat, scientiam inquam per demonstrationem habere. Sunt tamen inter ea, quæ proponuntur nonnulla, quæ quidẽ ad sensus reducũtur defectionẽ: nõnulla nãque nõ quæreremus, si illa visu percepe-

remus

remus: non propterea quòd scimus videndo, sed quod ex eo quia videmus, habemus tandem ipsum vniuersale, veluti si vitrũ perforatũ esse, lumenq; per meatus penetrare visu percipere mus, patet etiam nobis propter quid post vitrũ lumen efficitur. Ex eo planè, quia videremus quidem seorsum idipsum fieri in vnoquoque, intelligeremus autem simul in vniuersis hoc fieri pacto.

## Quòd non omnium syllogismorum eadem sint principia. Caput. XXV.

AT qui fieri non potest, vt omnium ratiocinationum eadem principia sint: quod quidem prius differẽdi modo contemplabimur. Nam ratiocinationum aliæ veræ sunt, aliæ falsæ quanquam enim fieri potest, vt verum concludatur ex falsis, tamen id semel efficitur: veluti si a, quidem vere de c, prædicetur: medium autem b, falsum sumatur: tunc enim neque a, competit ipsi b, neque b, competit ipsi c: sed si inter has propositiones sumãtur media, falsa erunt ex eo, quia conclusio omnis falsa è propositionibus proficiscitur falsis: ex veris autem veræ conclusiones emergunt. At patet â falsis vera differre, ac esse diuersa. Deinde neque ipsa falsa ex eisdem proficiscuntur, sunt enim & talia falsa, vt inter sese sint contraria, & simul esse non possint: vt iustitiam esse, vel iniustitiam, vel timiditatem: & hominem, vel equum, vel bouem esse: & æquale quod est maius, vel minus esse. Ex his autem quæ certa sunt hoc pacto. Neque enim ratiocinationum verarum omnium eadem principia sunt. Complurium namque principia diuersa sunt genere: neque quibusuis accommodantur quæuis. Vnitates enim non accommodantur punctis: illæ nãq; positione vacant, his eadem competit.

Necesse

Necesse est autem, aut ad media accommodari, aut supera ex parte, aut infera: aut alios intra alios extra terminorum habere. Ac neq; fieri potest, vt principiorum communium vlla sint, ex quibus cuncta demonstrabuntur. Dico autem communia, veluti quoduis affirmandum aut negandum est. Genera enim eorum, quę sunt, non eadem sunt, sed diuersa: atq; alia solis competunt quantis, alia solis hisce quęrationem subeunt qualitatis, cũ quibus per communia demonstrationes conficiuntur. Præterea principia non multo sunt pauciora conclusionibus: principia enim ipsæ sunt propositiones. Propositiones autem sunt, cum aut additur, aut interponitur terminus. Præterea conclusiones sunt infinitæ, termini vero finiti. Insuper principiorum alia sunt necessaria, alia contingentia. Hoc igitur modo considerantibus, fieri nõ posse porro videntur, vt eadem sint principia finita, si conclusiones sint infinitæ. Quòd si quispiam alio modo dicat, veluti, & hæc quidem Geometriç, hęc autem Arithmeticæ, & hæc Medicinæ principia esse, quid aliud erit quod discitur quã scientiarum principia esse. At ex eo dicere eadẽ esse, quia ipsa sibi ipsis eadẽ sunt, ridiculũ est: hoc enim pacto eadẽ cũcta fiunt: At vero neque hoc est, ex omnibus inquam quoduis demõstrari quærere, omnium eadem principia esse. Est enim insignis stultitiæ sane. Nam neque in manifestis hoc fit scientijs, neq; in resolutione fieri potest. Propositiones enim vacantes medio principia sunt, atque diuersa plane conclusio fit, assumpta vacante medio propositione. Quòd si quispiam ipsas primas vacantes medio propositiones omnium esse principia dicat, scicatis vnam in vnoquoq; genere esse. Quòd si neq; eadem omnium principia

sunt

ſunt hoc pacto, ex vt ōmibus quoduis oporteat demonſtrari, neque ſunt adeo diuerſa ut vniuſcuiuſque ſcientiæ ſint diuerſa, reſtat ſi principia ōnium generis ſint eiuſdem, ex his tamen hęc, ex alijs vero alia demonſtrẽtur. At patet & hoc fieri non poſſe. Demonſtratum eſt enim ſcientiarũ, quæ genere differũt, principia diuerſa genere eſſe, principia namque duplicia ſunt: ex quibus, & circa quod. Principia igitur ex quibus, communia ſunt: principia vero circa quod, propria: vt vnitas, magnitudo.

## De ſcientia & opinione. Cap. XXVI.

INtereſt autem inter id quod ſub ſcientiam, & id quod ſub opinionem cadit. Nam ſcientia quidem vniuerſalis eſt cognitio, & perneceſſaria comparatur: neceſſarium autem aliter ſeſe habere non poteſt: at ſunt quædam vera quidẽ, & numerantur inter ea quę ſunt: tamẽ & aliter ſeſe habere poſſũt. Patet igitur, circa hæc ſcientiã nõ eſſe: nã ea nõ poſſent aliter ſeſe habere quæ aliter ſeſe habere poſſunt. At vero nec intellectus (intellectũ enim principiũ ſcientię dico) neq; ſine demõſtratione ſciẽtia: quæ quidẽ eſt exiſtimatio vacantis medio propoſitionis. Eſt aũt intellectus verus, & ſciẽtia & opinio. Et id quod per hæc dicitur. Quare reſtat, opinionẽ eſſe circa id quod verũ quidẽ eſt, aut falſum, aliter autem ſeſe habere poteſt. Hæc autem eſt vacantis medio, & non neceſſariæ propoſitionis exiſtimatio. Atque hoc conſentaneum eſt etiam ijs quæ apparent: tam enim opinatio, quàm talis natura incertum eſt ſane. Nemo præterea tum opinari quippiã arbitratur, cũ illud putat aliter ſeſe habere non poſſe, ſed ſcire. Sed cum eſſe quidem ſic, putat, exiſtimat autem & aliter ſeſe habere poſſe, nihil prohibet illum tum opinari: propterea

Te. xliiij.

quã obiecta opinios

ptere à quòd rei quidem talis opinio est, necessarie vero scientia. Quomodo igitur fit vt idē unus opinetur, alius sciat? & cur opinio non erit scientia, si quispiam posuerit fieri posse, vt de eodem ōni opinio habeatur quod scit? Proficiscitur enī & isce qui scit, & isce qui opinatur per media, quousq; perueniat ad ea quæ medio vacāt: quare si ille scit, & qui opinatur scit. Fieri enim potest, vt quemadmodū ipsum esse, sic & ipsum propter quid est opinemur: hoc aūt constat ipsum mediū esse. An si existimauerit quidē, ea quæ aliter sese habere nequeunt, perinde atq;, definitiones sese habere, per quas ipsæ demonstrationes cōficiuntur sciet, nō opinabitur. Sin aūt uera quidē esse credidertt, nō tamen hæc ipsis putauerit cōpetere ratione substātiç atq; formæ, opinabitur non vere sciet. Atq; si per ea quidē quæ medio vacant, processerit, ipsum esse, & propter quid est opinabitur. Sin vero nō per ea, quæ vacāt medio tantum ipsum esse opinabitur. Opinio nāq; scientiaq; omnino eiusdē non est: sed ut est & uera & falsa modo quodā eiusdē opinio, sic & scientia & opinio est eiusdē. Etenim opinionē quidē ueram ac falsam, ut quidā inquiunt eiusdem esse, cū alia absurda, tū hoc secū trahit, vt non opinetur quispiā quod opinatur falso. Sed cū multipliciter idē dicatur, partim esse potest, partim esse nō potest. Nā opinari uere diametrū cōmē surabilē esse, absurdū est sane: sed sic est eiusdem, quia diameter circa quē sunt ipsæ opiniones est idē, vtriusq; tamen ratio non eadem est. Pari modo scientia eiusdem esse atq; opinio potest. Illa namq; sic erit animalis existimatio vt fieri non possit: veluti si illa quidē existimatio sit homini substantiæ ratione cōpetere, hæc aūt homini quidē, sed nō illo cōpetere modo. Idem est enim

id,

id,circa quod utraq; fit:est enim hõ,sed modus nõ est idẽ,ut patet. Ex his aũt emergit fieri nõ posse, ut simul idẽ opinetur quispiã ac sciat,nam simul existimationẽ haberet,& aliter & nõ aliter idẽ ſese habere:quod quidẽ fieri nequit. Etenim fieri quidẽ potest,vt in alio atq; alio sit eiusdẽ utrumq;,sicuti diximus: sed in eodem hoc pacto fieri nequit. Haberet enim simul existimationẽ,hominem per se animal esse,& nõ per se animal esse,quorũ primum est non posse,secundũ sit posse hominẽ non animal esse. De reliquis autẽ quonam pacto distribuenda sint,de mẽte inquam,de intellectu,de scientia,de arte,de prudentia,de sapientia,alijs in locis pertractabitur. Quçdam enim ipsorũ ad naturalem,quædam ad morum magis pertinẽt contemplationem.

## De solertia. Caput. XXVII.

SOlertia verò quçdam est coniectatio medij in tempore admodum breui: veluti si quispiam hoc viso,lunam eam partem, quæ est versus solem, lucidam semper habere cito perceperit,propterea id ipsum effici,quòd lumen ex sole suscipit lumina aut si viso paupere duitem adeunte, hoc illum propterea facere,quòd mutuo argentũ accipit intellexerit:aut si cognouerit cur hi sunt amici,quia sunt eiusdem hominis inimici: omnes enim medias causas, qui vidit extrema,cognouit. Lucidam partem versus solem habere sit a,solis lucere lumine sit b,luna sit c,igitur ipsum b,idest solis lucere lumine,competit c,ipsi inquam lunæ: at ipsum a,lucidam inquam semper uersus solem habere partẽ, ipsi b,inest:quare fit,ut a,per b,medium ipsi competat c.

LIBER

## De quatuor quæsitis. Cap. I.

EA quæquæruntur totidem numero sunt, quot sunt ea quę scuntur. Quærimus autem quatuor, vel an hoc illud, vel cur hoc illud sit, vel omnino ne sit, vel quidnam quicquam sit? Nam cum quærimus vtrũ hoc, an hoc sit quippiam plura complectentes, vt deficiat an non deficiat sol, tum an hoc illud sit quærimus. Cuius id indicium est: hoc enim inuento, solem inquam ipsum deficere, statim quę rere cessamus. Atq; si principio solẽ deficere, scimus, non vtiq; vtrum deficiat quęrimus. Cum autem scimus hoc illud esse, tum propter quid hoc illud sit quærimus. Deficere namque solem, tãerrque moueri scientes, cur deficiat, cur moueatur, quærimus. Atque hęc quidem hoc pacto, quędam vero aliter quęruntur. Quærimus enim, sit an non sit Centaurus? sit an non sit Deus? sit autem necne, simpliciter dico: non autem albus sit, necne. Hoc igitur percepto: Deum inquam esse, item hominem esse, quid sit postea quęrimus: vt quid sit Deus, quid sit homo. Hęc igitur, ac tot sũt, quę quęrere cõsueuimus, quęq; iã ũuẽta scimus.

## Quòd omnis quęstio sit de medio. Cap. II.

EQuidem cum aut num hoc illud sit, aut omninò num sit quęrimus, ibi an medium eius vllum extet quęrimus. Cum vero vel num hoc illud sit, vel omnino num sit, idq; vel simpliciter vel ex parte iã quidem scimus, rursus vel quiare sit vel quid sit quęrimus: itaq; quodnam sit ipsum medium, quęrimus. Porrò vel hoc illud esse, vel omnino hoc esse, vel simpliciter, vel ex par

te

te dico: ex parte quidem ut num luna deficiat, augeaturue, (aut enim sit hoc illud, aut non sit, in talibus quæritur) simpliciter uero, ut est luna nec ne, est nox necne. Fit igitur, omnibus ut in quæstionibus, aut num sit medium, aut quodnam sit ipsum mediũ quęratur. Causa enim est mediũ, ea vero in omnibus quæritur, ut deficitne luna? estne huius aliqua causa? postea cognito hoc, causam inquã aliquam esse, quæ nã illa sit causa quærimus. Causa enim tam vt quicquã sit simpliciter, quàm ut quippiã eorum, quæ vel per se, uel per accidẽs competunt, sit, ipsum mediũ est. Atq; simpliciter quidẽ esse dico subiectũ ipsum, ut lunam, aut solẽ, aut terrã aut triangulũ: quippiam uero esse, ut defectionẽ, ut medium obtinere, non obtinere, æqualitatem, inæqualitatem, & huiusce modi. In his enim omnibus idem quid est, ac propter quid est, esse patet, ut quid est lunæ defectio? priuatio lunaris lucis, ob interpositionẽ terræ: propter quid hæc defectio est, aut cur luna deficit? quia lux eius obijciente se terra destituitur: quid cõcẽtus est: numerorũ inter acutũ & graue proportio: cur inter se graue atque acutum consona sunt: quia numerorum inter sese suscipiũt rationem acutum ipsum & graue. Estne inter acutum & graue concẽtus? consistitne ratio ipsorũ in numeris? Quod simul atq; percepimus, quæ nã sit illa ratio quærimus. Et quidẽ nil nos quàm medium ipsum quærere, satis ea docent, quorum medium percipi sensu potest. Nã lunæ defectionem exiguam, dũ sensu nõ contingimus, sit lunæ defectio necne, quęrimus: quòd si ipsa luna essemus, neque si fiat, neque cur fiat defectio, vtique quęreremus, sed simul utrumq; se nobis ultro offerret atque patefieret. Etenim ex sensus perceptione, & vniuersale ipsum notũ

nobis fuisset: sensu nanque terrã nunc sese obijcere lunæ, cognosceremus: pateret enim visu, nunc lunam deficere: atq; ex hoc ipsum emersisset vniuersale. Vt igitur dicebamus, idem scire est quid sit & propter quid sit quicquam. Et hoc aut simpliciter & non aliquid eorum quæ insunt, aut aliquid eorum quę insunt, velu ti duo recti, aut maius vel minus: & huiuscemodi. Patet igitur omnia quæ quæruntur medij quæstiones esse.

## Quòd demonstratio & definitio non sint eiusdem, disceptatio. Cap. III.

His ita determinatis dicendum esse videtur, quonam pacto ipsum quid est ostendatur, quisque disquisitionis eius modus: quid denique & quorum definitio sit. Atque dubitandum esse videtur antea, idque initium faciendum, quod maxime dicendis accommodatum fiet, Dubitauerit itaque quispiam, vtrum fieri possit, vt idem rationeque eiusdem, definitione demõstrationeque sciatur: an id ipsum fieri nequeat. Etenim definito ipsius quid est, esse videtur. Omne autem quid est, vniuersale est, atque affirmatiuum. At ratiocinationũ alias negatiuas, alias non vniuersales esse patet: vniuersæ nanque ratiocinationes de secundo schemate negatiuę sunt de tertio vero vniuersales non sunt. Deinde nec eorum omnium est definitio, quæ prima affirmatiue figura monstrantur: quale, omnem triangulum, tres duobus rectis æquales habere, aliaque similia sunt. Huius autem ratio est, quia id scire quod demonstrari potest, nil aliud est quàm demonstrationem eius habere: quare si talium est demonstratio, patet eorundem & definitionem non esse. Nam si sit, etiam per

defi-

definitionem sciret quispiam, demonstrationem non habens: nihil enim utrunq; simul non habere vetat. Inductione etiã idem satis ostẽdi credíq; potest. Nihil enim vnquã eorum quæ vel per se, vel per accidens insunt, definiendo cognouimus. Præterea si definitio substãtiã explicat atq; declarat, talia non substantias esse patet: perspicuũ igitur est, non õnis eius definitionem esse, cuius est demonstratio. Quid ergo, est ne eius omnis demonstratio cuius est definitio? At videtur non esse: vna enim eademq; etiam huius erit ratio. Constat enim vnius ea ratione, qua vnum est, sciẽtiam vnã esse: quare si id scire quod demonstrari potest, nihil aliud quã demonstrationem eius habere, est, aliquid sane impossibile eueniet. Is enim qui definitionem habet, sine demõstratione profecto sciet. Præterea demõstrationum principia definitiões sunt, quorũ demõstratiões non esse demõstratiũ est prius. Etenim aut principia demõstrãtur, & principiorũ sunt semper principia, modusq; nullus vnquam occurrit: aut in primis stetur necesse est, quæ quidẽ & definitiones sunt, & demõstrari non possũt. At si non omnis eiusdem, alicuius ne saltem eiusdem definitio demonstratioque est, an neque hoc esse potest? Non eius enim demonstratio est, cuius est definitio. Etenim definitio est ipsius quid est, substantiãque declarat: demonstrationes autem id ipsum subijcere sumereque videntur. Mathematicæ nanque, quid est vnitas, quid par, quid impar accipiunt, cæteræque demonstrationes similiter. Adde quod omnis demonstratio aliquid de aliquo vt esse, aut non esse demonstrat: at in definitione nihil de aliquo prædicatur: veluti neque animal de bipede, neque hoc de animali, nec item figura de plano. Non

enim planum figura est, neque figura planum. Præterea differt, quid & hoc illud est ostendere: at definitio quidem quid est patefacit: demonstratio vero quippiam inesse cuipiam, uel non inesse monstrat. Diuersorum autem deuersa demonstratio est, nisi hoc pars illius existat. Quod quidem sic dico, vt si triangulum omnem duobus rectis tres æquos habere demonstratum sit, etiam æqui crurum tres æquos duobus habere, constet. Hoc namque partis, illud totius rationem habet. At quid est, & hoc illud est, non ita sese habent: quippe cum alterum ad alterum partis non habeat rationem. Patet igitur, nec eius omnis demonstrationem esse cuius est definitio: nec eius omnis definitionem esse, cuius est demonstratio. Quibus efficitur, ut omnino cuiusquam eiusdem utrumq; haberi nõ possit, quare perspicuum est neque idem esse definitionem demonstrationemq;, neque alterum in altero esse. Nam ea quæ subijciuntur, similiter profecto se haberent. Sed de his hactenus, satis enim de hisce diximus dubitando.

## Quodquid est non esse demonstrabile. Cap. IIII.

QVid ergo, prorsusne ipsius quid est ratiocinatio demõstratioque nulla existit, qualiter iam dedisse videbamur? Patet enim ratiocinationem quidem aliquid per medium de aliquo semper ostendere: ipsum autem quid est proprium esse, & hoc ipso quid est prædicari. Hæc autem conuerti necesse est. Nam si a, sit proprium ipsius c, patet b, quoque ipsius c, & a, rursus ipsius b, proprium esse. Quo fit ut omnia conuertantur, mutuamque prædicationem suscipiant. At vero si tam a, competit ipsi b, ut quid est ipsius, quàm b, competit

titidentidem ipsi c, necesse est tum a, de c, prædicetur, ut quid est ipsius. Quod si non hoc pacto bis illud quispiam sumpserit, nulla sane necessitas omnino compellet, vt a, de c, vt quid est ipsius dicatur: ut si a, quidem ut quid est ipsius b, competere dixeris b, uero non eodem modo de quolibet c, prædicaueris: quare non solum a, de b, dicatur oportet, vt quid est ipsius, sed b, quoque de c, modo eodē prædicetur necesse est. Hæc cū ita sint, si in utroq; ratiocinationis interuallo ipsum quid est quidditasque sumatur, quidditas nimirum antea quàm concludatur, in ipso medio ratiocinationis termino collocabitur. Atq; omnino si fieri potest vt ostendatur quidnam sit homo, sit c, quidem homo a, vero quid est ipsius, siue id animal bipes, siue aliquid aliud est. Siquidē igitur iusta ratiocinatio fiet, necesse est a, de quolibet b, prædicetur. Hoc autem, ut constat, alia media definitio erit, quæ quidem etiam quid est ipsius hominis erit. Sumitur igitur id profecto, quod demonstrare oportet: b namque definitio ipsius hominis. Id aūt ipsum in duabus propositionibus primis, immediatisque considerare oportet. Maxime enim id quod dictum est eluceſcit. Qui igitur per ea quæ conuertuntur, quid anima, quidue homo, uel aliarum quiduis sit conantur ostendere, ij petunt id sine dubio, quod initio quærunt, demonstrareque nituntur: ut si quis animam esse, quod est sibi uiuendi causa: id uero, numerum esse seipsum mouentem. Is enim necesse est postulet adeò, animam numerum esse seipsum motu cientem, ut idem sit anima numerusque seipsum mouens. Non enim si a, quidem ipsum b, b vero c, ipsum sequatur: a, definitio erit ipsius: c sed de ipso tamen uere dicetur, ut patet. Neq; si rursus a, ratione substātiæ b,

competit, de omnique eo prædicatur a, continuo definitio erit ipsius c. Quamquã enim animalis esse, de hominis esse dicatur, omne enim animal rationis particeps, substãtia veræ est animæ particeps, quæ est principium sentiendi, quemadmodum & omnis homo est animal, non tamen hoc dicitur pacto vt unum sit. Si igitur quispiam non hoc pacto termunos sumpserit, numquã a, sane quidditatem ipsius c, substantiamque esse concluserit. Sin aũt hoc acceperit modo, tũ anteà profecto b, ipsius c, definitionem sumpserit esse. Quare nõ demonstrabit: sumit enim id, quod initio quærebatur.

## Quod neque per diuisionem, quod quid est, demonstretur. Caput. V.

Tex. iiij. AT nec diuisione hoc illius definitionem esse colligi potest, qualiter in resolutionum figurarum est dictum. Nunquam enim in diuisione fit, ut cum hæc sint, necessario illa sequãtur, sed fit perinde atque cum quispiam inducit: non enim demonstrat. Nam nec interrogare conclusionem, nec quia data sit, ideo ipsam esse oportet, sed ipsam esse cum illa sint necesse est, etiam si is qui respondet minime assentiatur. Etenim si quis hoc roget pacto, homo animatus an animatus est? deinde animatum esse sumat, ratiocinationem nullam. facit. Rursus animal omne aut gressibile aut aquaticum est? si esse gressibile sumat nullam ratiocinationem profecto facit: nec hominem hoc esse totum, animal inquam gressibile, necessario ex dictis emergit, sed hoc quoque perinde vt illa sumit. Atque nihil omnino refert, siue in multis, siue in paucis hoc pacto fiat: est enim idem. Fit igitur hisce, qui hoc procedũt modo, inutilis hic diuisionis

sionis vsus, etiam ad ea quorum alioqui fieri ratiocinatio poterat. Quid enim prohibet, ut illud totum uere quidem de homine dicatur, minime tamen quid sit homo declaret. Quid insuper obstat, vt aut addatur substantiæ quippiam, aut auferatur, aut prætermittatur. Atque hæc quidem euenium: sed soluere contingit, si quis uniuersa ea, quæ hoc ipso quid est prædicantur, sumat, & adhibita diligentia post primi diuisionẽ, alterius ue postulationem, ipsius rursus postulati destributionem deinceps faciat. Atque adeo vt nihil prætermittatur quod quidem est necessarium. Si omne cadit in diuisionem, & nihil deest: id uero est necessarium: individuum enim iam esse oportet. Atquanquam id fieri potest, nulla tamen hoc pacto vnquam efficitur ratiocinatio, sed si noscere diuisio facit, alio quam id facit modo. Atque hoc quidem non est absurdum. Neque enim is qui utitur inductione, fortasse demonstrat, notum tamen aliquid facit: ratiocinationem autem non dicit, qui definitionem ex diuisione dicit. Nam vt in conclusionibus quæ sine medijs inferuntur, si quispiam dixerit, hoc necesse est esse, cum ista sint, fit ut interrogetur, propter quid, sic & in definitionibus, cum per diuisionem inuestigantur, fieri potest. Nam cum hæc conficitur definitio hominis, animal mortale, bipes, ac alis vacans: cur hoc in vnaquaque partium additione sit nimirum interrogatio fieri potest. Dicet enim atque ostendet per diuisionem, ut putat, omne animal, aut immortale esse, aut mortale. Talis autem oratio tota, non per ratiocinationem esse ostenditur. Quare etiam si definitio per diuisionẽ demonstraretur, nunquam tamen per ratiocinationem conficitur.

## Quòd quid est non demonstrari ex suppositione.

### Caput. VI.

Tex. v. SEd fieri ne potest ut ipsum quid est accõmodatum substãtiæ, demonstretur? Ex suppositione tamen, hoc pacto, ut sumatur id quidem proprium, quod ex hisce constat, quæ hoc ipso quid est prædicantur, definitionem esse: hæc autem sola dicto prædicari modo, totumque quod ex hisce constat, proprium esse: id est enim illius nimirum ratio. An & hic rursus sumitur definitio. Necesse est enim, per medium ipsum ostendere. Præterea quemadmodum nec in ratiocinatione sumitur quid est ratiocinari. Semper enim tota uel pars est propositio, ex quibus ratiocinatio constat: sic neque definitionem oportet in ratiocinatione inesse, sed seorsum à propositionibus esse. Atque ut si quis ambigat, si ratiocinatio sit confecta nec ne, obuiandum est asserendo ratiocinationem esse extructam: id enim ratiocinatio: sic & ad eum qui dicit non definitionẽ esse conclusam, asserendũ est definitionem esse conclusam: id enim nobis supponebatur esse ratio, definitione. Quare necesse est & sine ratiocinationis & sine definitionis ratione, aliquid per ratiocinationẽ conclusum esse. At enĩ ne ꝑs sic bene sese habebit ipsius quid est probatio, si ex suppositione etiã quispiam ipsum estẽdat, hoc pacto: si ratio mali est diuisibile esse: quibus aũt est cõtrariũ eorum & ratio contraria est rationi contrarij, atque bonũ est malo contrarium: & indiuisibile diuisibili, ratio boni nimirum est indiuisibile esse. Et hic enim sumens definitionẽ, ostendit. Sumit autem definitionem, ad ostendendam definitionem. At sit aliquid aliud. Et in demonstrationibus enim aliquid de alio dici

Tex. vj.

sumitur:

sumtur: non tamẽ ipsum, neque id cuius est eadem ratio, neque quod conuertitur. Ad utrosque autem quorum alter diuisione, alter tali ratiocinatione ostendit, eadem est dubitatio, cur homo simul animal bipes gressibile, non autem animal seorsum, & bipes seorsum sit: nulla namque necessitas cogit, ut ex ijs quæ sumuntur vnum efficiatur quod prædicetur: sed erit forsitan, perinde atq; idem homo & musicus est grammaticus.

## Quod quid est non demonstratur. Caput. VII.

HAEc cum ita sint, quonam pacto is qui definit substantiam, & ipsum quid est ostendet rei definiendæ? Neque enim vt is qui demonstrat, ex hisce quæ conceduntur notum faciet ipsum: ut cum illa sint, necessario aliquid aliud sit: hoc enim est demonstratio: neque etiam ut is qui per singula nota inducit uniuersa, ex eo sic se habere, quia nihil singulorum sese aliter habet: non enim quid esse, sed esse aut non esse ostendit. Quis igitur alius modus restat: non enim sensu vel digito demonstrabit. Præterea quonam pacto ipsum quid est ostendet: Tex. vij.
necesse est enim eum qui scit quid est homo, aut aliud quod uis & esse etiam scire. Id enim quod non est in ratione, nemo scit unquam quid est, sed quidnam oratio uel nomen significat. Cum dico hippocentaurus, bene quidem percipimus: fieri uero nequit ut quid hippocentaurus sit sciamus. At uero si quid est ostẽderit, & esse quoque ostendet: & quonam modo, ratione eadem ostendet: nam unum quiddam definitio ipsa declarat, & demonstratio etiam unum: quid autem est homo, & hominem esse, diuersa sanè, non eadem sunt. Deinde etiam dicimus vnumquod uis, nisi sit substantia, necessario per demonstrationem esse ostẽdi:

di: esse vero rei nullius est, ut patet, substantia: id enim quod est, non est genus. Demonstratio igitur id est, quo quippiam ostenditur esse: quod quidem etiam nunc ipsæ scientiæ faciunt: Geometra namque quid significat quidem triangulus sumpsit, esse autem ipsum demonstrat. Quomodo igitur ostendet ipse definiens quid est triangulus? sciens ergo quispiã definitione quippiã quid est, an sit illud nesciet? at nunquam fieri potest. Patet aiut per ipsos etiam definitionum quæ nunc assignantur modos, eos qui definiũt non ostendere esse: nã & si est è medio æquale aliquid, tũ cur sit ipsum definitũ, & cur hoc circulus sit quæretur. Poterit enim illud dicere quispiã, definitionẽ orichalci enã esse. Neque enim id esse posse quod dicitur, ipsæ definitiones insuper faciunt manifestũ: neq; illud, & non aliud esse cuius inquiunt definitionẽ esse, sed ꝓpter quid semper dicere licet. Si igitur is qui definit, alterutrũ aut quid sit, aut qđ ipsũ nomẽ significat ostẽdit si nullo modo illa ipsius quidem definitio est, erit ipsa profecto oratio idem quod nomen significans. At hoc absurdũ est sane. Primo namq; & non substantiarum, & eorum quæ non sunt in ratione rerum, erit utique definitio. Nam & ea, quæ non sunt, significare nomine licet. Deinde õnes orationes definitiones erũt, sine discrimine ullo. Fieri nãq; potest, ut cuius orationi nomẽ ponatur. Quare definitionibus õnes oĩa disseremus loquemurq;. Et Ilias ipsa definitio erit. Præterea nulla scientia nomen hoc indicare significareque demonstrat: ergo nec definitiones idipsum indicant. Ex his igitur nec idem esse definitionem rationemque videtur. Et insuper neque definitionem demõstrare quidnam sit quicquã fieriq; non posse ut ipsum quid est demõ-

stratione

ſtratione definitioneue vnquam percipiatur, aut cognoſcatur.

Quod vna definitio per aliã demõſtretur. Cap. VIII.

VErum conſidrandum eſt rurſus, quidnã horum dictum bene, & quid non bene rectèque ſit, & quid ſit definitio: & utrum aliquo modo ipſius quid eſt demonſtratio definitione, an uero nullo ſit modo. Cum itaque ſcire quid eſt, & ſcire cauſam ipſius ſi eſt, idem ſit, vti diximus: fieri poteſt, ut quid eſt oſtendas. Cuius quidem hæc ratio eſt. Eſt enim quædam utique cauſa: & hæc aut eſt eadem aut alia, & ſi ſit alia, aut eſt demonſtrabilis, aut indemonſtrabilis. Si igitur alia ſit demonſtrariq; poteſt, cum cauſa ſit mediũ, & prima figura ratiocinationis oſtẽdatur neceſſe eſt: nã id quod oſtẽditur vniuerſale eſt, & affirmatiuũ, ut patet. Vnus igitur eſt modus, quẽ nunc inquiſiuimus, per aliud inquã ipſum quid eſt oſtendi: nam mediũ ipſorũ quid eſt, neceſſe eſt eſſe quid eſt, & propriorũ idẽtidẽ propriũ: quare definitionũ eiuſdẽ rei alia oſtendet, alia non oſtẽdet, atq; hiſce modus demõſtratio ipſius quid eſt, ut anteâ diximus non eſt, ſed ratiocinatio quædam ad diſſerendi modum accommodata. Tex. viij

De quid eſt & quod eſt. Cap. IX.

QVo aũt modo fieri poteſt, ut quid eſt ex demonſtratione eliciatur, deinceps dicamus oportet, hic rurſus initio ſumpto. Nam quẽadmodũ quærimus propter quid eſt, prius eſſe habentes, interdum uero & ſimul nota nobis hæc fiunt, ſed nunquam fieri poteſt, ut anteâ cognoſcamus cur eſt, quam percipiamus eſſe: ſic pari ratione neque quid eſt, quærere atque cognoſcere poſſumus ſine perceptione ipſius eſſe. Fieri enim nequi, ut quid eſt unquam ſciamus, ſi ignoremus ſi eſt: Habemus

aũt

aũt si est nonnunquã per accidens, nõnunquã aliquid habẽtes ipsius rei, veluti tonitruũ esse scimus, habẽtes sonũ quendã nubium esse, & defectionẽ lucis esse quandã priuationẽ: hominẽ itẽ quod dã animal esse: & animã etiã id esse, quod ipsũ se motu ciet. Quę igitur per accidẽs esse scimus, necesse est ad eorũ, quid est, pcipiendũ, nullo modo nos quicquã habere, neq; enim illa esse scimus. Atq; quærere quid est, non habẽtes esse, perinde est, ac si nihil prsus quæratur: quorũ autẽ habemus aliquid eorũ, quid est, facilius percipere possumus. Quapropter vt habemus ipsum esse, sic & ad ipsum quod est percipiendum sumus dispositi. Quarum igitur rerum aliquid habemus ipsius quid est, earum hæc sint exempla. Sit defectus pro quo a. Luna pro quo c: interpositio, vel obiectio terræ, pro quo est ipsum positum b. Quærere igitur, vtrum deficiat Luna nec ne, nihil aliud est, quàm ipsum b, quærere si sit nec ne: at idipsum non secus habet, quàm si quæras, quæratur, nũ ratio eius sit, & vt hoc si sit: & illud dicamus esse, vel vtrius partium contradictionis sit ratio, habendine duobus rectis æquales, an non habendi? Quod cum inuenerimus, & esse simul, & propter quid sit scimus, si modo sit mediũ: si verò nõ sit, esse quidem scimus, propter quid autem nescimus: atque idipsum patefieri hoc exemplo potest. Sit nãque c, Luna: a, defectio: b, non posse, cum est tota refecta lumine, vmbram efficere, intercedente manifesto corpore nullo. Si igitur b, quidem ipsi c, insit: a vero competat ipsi b, Lunam quidem deficere notum sit nobis, cur autem deficit nondum est notum. Atque defectionem quidem esse scimus, sed quid est defectio, nescimus. At cum a, quidẽ ipsi inesse c, patet: quæritur autẽ propter quid ineſt, nil aliud tũ

quàm

quàm quidnam ipſum b, obiectio ne terræ, an cõuerſio Lunę, an lucis eius extinctio ſit quæritur. Hoc autẽ alterius extremi ratio eſt, ut hoc in exemplo, ipſius a. Eſt enim defectus obiectio terræ. Prçterea quid tonitruũ eſt, extinctio ignis in nube: propter quid tonitat, quia ignis in nube extinguitur: nubes ſit c, tonitruũ a, ignis extinctio b. Igitur ipſi c, nubi inquam b, ipſum ineſt: extinguitur enim ignis in nube: at huic a, ipſum ineſt tonitruum, ſeu ſonus: atque b, ratio ipſius eſt a, primi inquam extremi. Quòd ſi rurſus huius aliud medium ſit, id ex hiſce rationibus erit, quæ reſtant. Quo igitur pacto ſumitur ipſum quid eſt, quoque notum ſit, ſatis tam diximus. Quare ratiocinatio quidẽ ipſius quid, demonſtratioque non fit, per ratiocinationem tamen & demõſtratiõe ĩnoteſcit. Quocirca neq; ſine demõſtratiõe fieri põt vt cognoſcatur ipſum quid eſt, cuius quidẽ alia cauſa eſt, neq; rurſus ipſius eſt demõſtratio, vt in dubitationibus etiã dixi-mus. De definitione quid eſt & propter quid. Cap. X.

EST autem quorundam quidem alia quædam cauſa, quorũdam autem non. Quare patet ipſorum quid eſt, quædam vacare medio, principiaque eſſe quæ quidem & eſſe, & quid ſunt ſupponere, uel alio modo manifeſta facere oportet: quod Arithmeticus facit. Nam & quid ſit unitas, & unitatem eſſe ſupponit. Eorum autem quæ medium habent, & quorum aliqua cauſa alia ſubſtantiæ eſt, fit, ut per demonſtrationem ipſum quid eſt, vt diximus, declaretur, non demonſtretur. Cum autem definitio dicatur eſſe oratio ipſius quid eſt: patet quandam definitionem orationem eſſe quæ id explicat, quod nomen ſignificat, quæque nominis interpretationem complecti

tur:

tur: veluti qui trianguli nomine significetur, quem quidem postquam esse tenemus, quærimus deinde propter quid sit. Difficile autẽ est hoc pacto sumere ea, quæ nescimus esse, causamq; difficultatis anteà diximus: nam neque si sint, an nõ sint scimus, nisi per accidens. At enim oratio est una dupliciter: alia nãque connectione una est, ut Ilias: alia quia unum de uno declarat, non per accidens. Vna igitur hæc est definitionis, quam diximus, definitio: alia autem est definitio, oratio, quæ declarat propter quid est. Quare prior significat quidem, sed non ostẽdit, posteriorem autem patet quasi demonstrationem esse ipsius quid est, positione tantum â demonstratione differentem: interest enim cum propter quid tonitat, atque quid est tonitruum dicitur: quippe cum ad primum hæc accõmodetur redditio, quia in nubibus ignis extinguitur: ad secundum hæc competat, sonus, cum extinguitur in nubibus ignis. Quare eadem ratio diuerso dicitur modo. Et illo quidem modo cõtinua est demonstratio, hoc autem est definitio. Præterea est tonitrui definitio, sonus in nubibus, atq; hæc est demonstrationis ipsius quid est conclusio. Eorũ aũt definitio quæ mediis vacant, indemonstrabilis est ipsius quid est positio. Est igitur definitio una quidẽ oratio ipsius quid est indemõstrabilis: alia uero ratiocinatio ipsius quid est, à demonstratione differẽs casu: & tertia demõstrationis ipsius quid est conclusio. Patet igitur ex hisce quæ diximus, quo pacto est, & quo pacto nõ est ipsius quid est demonstratio: & quorũ est, & quorũ non est: quotque modis præterea dicitur definitio, quoq; pacto ipsum quid est ostẽdit, et quo pacto etiã non ostendit: atq; quorũ est, & quorũ nõ est: insuper quomodo sese ad demonstra-

Tex x.

monſtrationem habet: quo denique modo fieri poteſt, & quomodo fieri nequit, ut eiuſdem definitio demonſtratioque ſit.

## Quòd per omne genus cauſæ demonſtratio fiat.

### Caput. XI.

CVm autem tum arbitremur ſcire cum cauſam nouimus, quatuor vero cauſæ ſint: vna quidem quidditas: alia autem, quæ cum illa ſunt hoc eſſe neceſſe eſt: & tertia quæ primum mouit: & quarta, gratia cuius cætera fiunt: omnes hæ per demonſtrationis medium oſtenduntur. Nam id quod cum illud ſit, neceſſe eſt hoc eſſe, nõ eſt vna ꝓpoſitione ſumpta, ſed duabus minimum eſt. Hoc autem eſt, cum medium vnum habent: hoc igitur vno ſumpto cõcluſionem eſſe neceſſe eſt. Patet autem & hoc pacto: Cur rectus is angulus eſt, qui in ſemicirculo deſignatur? aut quonã exiſtẽte, rectus eſt ille? ſit itaq; rectus a, dimidiũ duorum rectorũ b, angulus denique qui eſt in ſemicirculo deſignatus c. Vt igitur a, id eſt rectus cõpetat ipſi c, id eſt angulo qui eſt in ſemicirculo deſignatus, cauſa eſt ipſum b: Nã duorum quidẽ rectorum dimidium æquale eſt ipſi a. Ipſum aũt c, æquale eſt ipſi b: angulus enim in ſemicirculo deſignatus, duorum rectorum dimidium eſt: tum igitur b, duorum rectorum dimidiũ ſit, a competit ipſi c,: quod quidem eſt rectum eum angulum eſſe, qui eſt in ſemicirculo deſignatus. Quidditas autem eſt idem ꝙ hoc, ex eo ſane, quia hoc ſignificat ipſa ratio. At uero quidditatẽ etiam cauſam eſſe mediã, antea demonſtrauimus. Idem fit cum quæritur propter quid aduerſus Athenienſes Perſicũ bellum exarſit: quæ cauſa fuit, ut Athenienſes bello vexentur? quia contra Sardes ipſi cum Eretrienſibus irruerunt: Tex. xi:

runt: hoc enim primum mouit. Sit itaq; bellum a, priores irruisse b, Athenienses c, b igitur, priores inquam irruisse, ipsi c, id est Athenienſibus ineſt: a quoq; b, ipsi competit. Medi namq; laceſsiti bellum aduersus eos agitant, qui priores iniuriam intulerunt: a, igitur, id est, bellum uexarique bello b, ipsi ineſt, id est hisce qui priores bellum geſsere: q uero ipsi c, id est Athenienſibus ineſt: hi namq; tractare bellū cœpere, Medosq; laceſsuere: medium igitur & hoc in loco cauſa eſt, eaq; quæ primū mouit. Ea uero quorum cauſa eſt id cuius gratia, eundem ſubeunt modum. Ceu propter quid deambulat? ut ualeat: cur domus eſt? vt conſeruetur ſuppellex: nēpe ualetudinis deambulatio, ſuppellectilis conſeruandæ gratia domus eſt. Atque inter hæc ꝓpter quid poſt cœnā ambulare oportet, & cuius oportet gratia, nihil intereſse uidetur. Sit itaque deambulatio poſt cœnam, c, non natare cibum cum occupet locum, pro quo eſt b, ualere ſit: a, competit igitur deambulationi poſt cœnam, id efficere cibū inquam ſumptum in ore uentris non ſupernatare, atque id ipſum ſanitatem conſeruet: ſic enim uidetur b: igitur, cibum inquam haud natare c ipſi, id eſt, deambulationi poſt cœnam ineſt: at a, ualetudinem inquam conſeruare b, ꝑſi competit. Quæ igitur eſt cauſa, vt a, gratia cuius cætera fiunt, ipſi competat c, nempe b, ipſum eſt, non ſupernatare inquam cibum: atque hoc eſt tanquam ipſius ratio: nam a, hoc aſsignabitur pacto. Cur autem b, competit ipſi c, quia ſanū eſſe id nimirum eſt, ſic inquam ſeſe habere. Verum mutentur ratiocinationes oportet. Magis enim hoc pacto ſingula eluceſcent. Ordo aūt generationis ac ortus verſo modo ſeſe in his & in mouētibus cauſis habet. In illis enim

primo

primo medium fiat oportet, in his autem c, ipsum extremũ primo, deinde id ultimum gratia cuius cætera fiunt. Fieri autem po- Tex. xii:
test, vt idem & alicuius gratia, & ex necessitate sit: veluti, propter quid per laternam penetrat lumen, etenim id quod minores partes subtilioresue habet, permeatus maiores amplioresue penetrat necessario: si quidem lumen sit, quia transit, & cuiusnam gratia? ut ne deuiemus, pedesque etiã offendamus. Num vero vt est in hisce quæ sunt, sic etiam est in hisce quæ fiunt? ut si cum ignis extinguitur tonitat, necesse est strepitus sonusque fiat: & vt Pythagorici dicunt, terroris gratia: quo pertimeant ij qui in tartaro degunt. Atque plurima talia sunt, præsertim in hisce quæ natura talia fiunt, & constat. Alia namq; natura alicuius gratia, alia necessitate facit. Necessitas aũt duplex est: alia enĩ est secundum naturam & appetitionem: alia violenta, quæ quidem præter appetitionem est. Hæ necessitates extant, cũ lapis nũc sursũ, nunc deorsum mouetur. Nã tametsi necessitate lapis utroq; motucietur, non eadem tamen necessitate. In his aũt, quæ proficisci â mente solent, quædam â casu nunquam sunt: ut domus, vt statua, neque necessitate, sed alicuius gratia sunt: quædam sunt etiam â fortuna, ut sanitas atque salus: maxime vero in quibus fit, ut sic & aliter sese habeant, cum generatio à fortuna non est. Quare si finis sit bonus, ea quæ ad illum consequẽdum efficiuntur, alicuius gratia fiunt: & aut à natura, aut ab arte: â fortuna vero nihil cuiusquam fieri gratia solet. Eadem autem causa est in his quæ sunt, & in ijs quæ fiunt, & in ijs quæ fuere, & in ijs item quæ fient futuraque sunt. Medium enim ipsum causam esse constat: uerum differentia quædam esse videtur.

tur. Eorum enim quæ sunt, est: eorum quæ fiunt, fit, eorum quæ fuere, fuit: eorumdenique, quæ fient, erit. Nã, vt hæc pate fiant exemplo, cum interrogamur: cur fuit, vel fit, vel erit, vel est Lunæ defectio? quia vel fuit, vel fit, vel erit, vel est terra inter Solem & Lunam, accommodatissimè respondemus. Quid est glacies? & accipiatur aquam congelatam ipsam esse: atq; sit a, qua quidem c, congelata autem a, causa deinde collocetur in medio, quod ipsum occupat b, absentia ipsius caloris omnimoda: b, igitur ipsi c, inest a, quoque b, ipsi competit: atque fit glacies, cũ ipsum b, fit, & fuit, cum fuit, eritque cum erit. Ea igitur, quæ hoc pacto est causa, fit, & est, & fuit, & erit, vna cum eo cuius esse causa dicitur.

## Desieri & facto. Cap. XII.

Tex. xiii SEd in hisce quæ simul non sunt, anne centimo intempore quemadmodum nobis videtur, alia aliorum causæ sunt, ceu factum facti, fiens fientis, futurumq; futuri. At constat in his ab eo ratiocinationem extruendam esse, quod postea fuit: principia aũt & horum sunt ea, quæ prius fuerunt. Quapropter idẽ & in hisce, quæ, fiunt seruandus est modus. Sed ab eo quod ante fuit, non extruitur ratiocinatio: vt quoniam hoc fuit, hoc quod est posterius ortum est, similuter & in futuro. Siue nanq; determinatum: siue indeterminatum fuerit tempus non erit vnquam vi cũ hoc fuisse vere dicatur, & illud uere fuisse dicatur posterius inquã ipsum: In medio enĩ tẽpore falsum erit profecto, hoc ortũ fuisse dicere altero iã orto. Eadẽ est & in futuro penitus ratio, neq; quoniã hoc fuit, hoc erit, Medium enim simul semper emergat oportet, ut sit factũ factorum, futurorũq; futurum, & cæterorum

rorum similiter. At id quod fuit & id quod erit, fieri nequit ut ortum habeant simul. Præterea fieri non potest, ut aut indeterminatum, aut determinatum sit ipsum medium tempus. Falsum enim erit, in medio illud dicere tempore. Considerandum est autem quidnam sit quod continet, ut in rebus post factum esse, sit fieri. An patet facto fiens non hærere? nec enim facto factum etiam hæret: sunt enim fines ac individua. Nã ut punctum puncto non hæret, sic neq; facto factum. Ambo namq; sunt indivisibilia nec igitur ob id ipsum facto fiẽs hærere potest: fiens enim divisibile, factum indivisibile constat esse. Vt igitur linea sese habet ad punctum, sic fiens ad factum: nam in eo quod fit, infinita sunt facta, Magis autem de his clarius in universalibus de motu libris est dicendum. Etenim quomodo sese habeat medium, cum deinceps fit generatio, ideo vsque sumatur. Nam & in his ipsis medium, & primum medio vacare necesse est: ut a, fuit, cum sit factum c: verum c, postea fuit: atq; c, principium est, ex eo quia propinquius est eo puncto, quod est principium temporis. Item c, fuit, quoniam d, fuit: orto igitur d, necesse est c, fuisse, c verò orto, necesse est a, prius ortum fuisse. Atq; si medũ hoc acceperis modo, ad id tãdẽ accesseris, quod medio vacat. At verò num semper ob infinitionem medium incidit? nõ enim factum facto hæret, ut diximus, attamen â medio incipiendum est, & ab eo quod nunc est primum. Idem & in futuris seruandum est: nam si verum est d, fore verum sit prius oportet a, fore. Huius autẽ causa est ipsum c: etenĩ si erit d, prius c, ipsum erit: & si c, rursus erit a, prius erit. Similiter autem & in his ipsis infinitio divisionis existit: futurum nã- Te. xiiii.

que futuro non hæret: atque principium & in his ſumendum eſt, quod medio vacet. Nec aũt in ipſis operibus ita ſeſe habent, vt diximus: nã ſi domus extructa eſt, lapides inciſos fuiſſe neceſſe eſt. At id quã obrẽ? quia neceſſe eſt fũdamẽta fuiſſe, ſi domus eſt facta. Si vero fundamẽta iacta fuere, neceſſe eſt lapides ante fuiſſe. Rurſus ſi domus erit, pari ratione muri prius erũt: quod quidẽ per mediũ modo demonſtratur eodem, iacientur enĩ fundamẽta prius.

## De circulari demonſtratione. Cap. XIII.

SEd quoniã in hiſce quæ fiunt, generationem quãdam modo circuli cõuerti videmus, fieri poteſt vt id ipſum ſit, ſi medium & termini mutuo ſe ſequantur. In iis enim conſiſtit ipſa cõuerſio. Atq; id ipſum in ſermonibus primis oſtendimus, conuerti inquam ipſas concluſiones. Hoc eſt enim circuli modo ratiocinationem conuerti. In rebus autem ipſis hoc videtur fieri modo. Humida facta pluuia terra, vapor neceſſe ẽ oriatur: quo quidẽ orto, nubẽ cõſtare neceſſe eſt: qua facta, fieri aquã: qua orta, terra pluuia neceſſe eſt humectetur, hoc aũt iderat, quod initio ſumpſimus. Quare modo circuli conuerſio fuit: quicquid enĩ ex hiſce ſumpſeris, aliud ſequitur quidẽ: & illud cum ſit, aliud item
Tex. xv. eſt: quod rurſus cum ſit, primũ ipſum emergit. Sunt aũt rerũ non nullæ, quæ fiũt uniuerſaliter: ſemp enĩ & õnes aut eodẽ modo ſe ſe habẽt, aut eodẽ fiunt pacto. Nõ nullę ſũt rurſus quæ ſemper quidẽ eodẽ modo nõ fiunt, fiunt tamẽ plerũq;. Nã nõ õnis quidẽ mas hõ barbã emittit: fit tamen plerũq;, ut hõ mas barbã emittat. Taliũ igitur & mediũ eſſe plerũq; neceſſe eſt: nam ſi tã a, de b, quàm b, de c, vniuerſaliter prædicetur, & a, de c, neceſſe eſt & ſemper & de quolibet prædicari. Id enim eſt uniuerſaliter

prædicari de omni, semperq; dici. At supponebatur a, plerũq; de c, prædicari: necesse est ergo, mediũ etiam ipsum b, conditionẽ eandẽ subire, ac esse plerumq;. Erunt igitur & eorũ quæ sunt plerũq;, ea medijs vacãtia prĩcipia, quæ plerũq; sic sunt, uel fiũt.

## De inuestigatione quod quid est. Cap. XIIII.

AT enim quonã pacto ipsum quid est ad ratiocinationis ter- Te. xvij.
minos accõmodetur: & quomodo vel est ipsius, uel nõ est demonstratio definitione, satis antea pertractauimus: nũc dicendũ esse videtur, quonã pacto venar nos ea oportet, quę hoc ipso quid est prædicãtur. Eorũ itaq; quę semper cuiq; cõpetũt, quædã extendũt sese quidẽ ad plura, non tamen genus egrediũtur suũ. Atq; ea sese ad plura extẽdere dico, quæquanquã vniuersaliter cuiq; competũt, nõ tamen soli, sed etiã alijs insunt. Est enim quoddã quod õni cõpetit trinitati, & etiã non trinitati. Esse enim ipsum, & trinitati, & etiam non numero competit: at impar esse & ipsum cuius trinitatis, & alijs etiã pluribus, quinario nempe competit: nõ tamen genus hoc egreditur: quinarius enim numerus est, & extra numerum impar nihil est. Talia igitur eo vsque sumenda sunt, quousque tot fuerint sumpta primo vt unum quodque quidem illorum pluribus competat, cuncta autem simul non ad plura sese extendant: hanc enim necesse est substantiam esse rei definiendæ. Veluti omni trinitati competit, ut sit numerus, vt sit impar, ut sit primus: idque utroque modo, & quia non mensuratur numero, & quia non ex numeris constat. Id igitur iam ipsa trinitas est, numerus inquam impar primus: atque hoc pacto primus. Horum enim prima cæteris etiam vniuersis imparibus insunt, vltimum dualitati etiam competit: at

vniuersa simul nulli præter trinitatem numero competũt. Cum autem necessaria quidem sint, ea quæ hoc ipso quid est prędicãtur, ut ãteâ patefecimus: uniuersalia namq; necessaria sunt, trinitati vero vel cuius alij sic competunt ea quæ sumuntur hoc modo, necessario quidem trinitas ea quæ diximus erit. Substantiã autem hæc eius esse, rationemue ex hisce patere potest. Nam si id, quod assignauimus, non sit ipsius ratio trinitatis, necesse est ipsum quasi genus quoddam ipsius esse, aut nomine vocitatum, aut nomine carens. Igitur non trinitati modo, sed præter ipsam alijs etiam competet. Genus enim huiuscemodi ponatur esse naturæ, vt insit potentia pluribus, atque ad plura sese extendat: quod si istud præter indunduas alij nulli competit rei, id erit profecto ipsa ratio trinitatis. Nam & hoc etiam supponatur, id cuiusque substantiam esse, quod vltimum de indunduis tali dicitur modo. Quare similiter & in quibus vis alijs id erit cuiusque ratio, quod hoc ostenditur modo. Oportet autem, cum totum aliquod quispiam tractat, genus in ea diuidere, quæ sunt prima atque indiuidua specie, veluti numerum in dualitatem trinitatemue: deinde illorum eiti definitiones accipere, ut rectæ lineæ, & circuli, atque anguli recti: post hæc sumpto quidnam sit genus, utrum quantitas an qualitas, proprios affectus per communes primos contemplari. Nam ea quæ ijs accidunt, quę componuntur, ex indiuiduis, ex definitionibus innotescent, propterea quod definitio simplexque principium est omnium, & ea quæ simplicibus accidunt, per se quidem ipsis solis, per ipsa vero cæteris competunt. Atqui diuisiones quæ per differentias proficiscuntur, utiles ad hod pacto vestigandas definitio-

Te xviij

Te. xjx.

nes

nes sunt: ipsas tamen nõ ostẽdere, dictũ est prius: vtiles aũt erũt hoc pacto solum ad ratiocinandũ ipsum quid est. Atque videbitur ipsa diuisio nihil facere prorsus, sed uniuersa statim sumere, perinde atq; si eadem ab initio sine diuisione quispiam sumeret. Refert autẽ ea, quæ prædicãtur, primum an posterius prędicẽtur: veluti si animal mite bipes: an bipes animal, mite, dicatur. Et enim si è duobus õnis definitio cõstet, & unũ quid sit ipsum animal mansuetum, atq; rursus ex hoc & differẽtia fiat unum, hõ inquam, uel quicquid tandem id sit quod vnum efficitur, necesse est diuidentem petere semper. Præterea hoc pacto duntaxat fieri potest, ut nihil eorum permutetur quæ sunt in definitioõe ponẽda. Sumpto nãq; genere primo si accipiatur aliqua diuisionũ inferiorum, nõ omne cadet in illam: ceu non omne animal aut continuarum, aut diuisarum alarum est, sed volatile animal omne: huius est enim hæc differentia. Prima autem animalis ea est differentia, in quam omne animal cadit: & cuius q; cæterorum similiter generum, & eorum quę sunt extra animal: & eorum quę sub ipso sunt collocata. Ceu volucris ea est differẽtia prima, in quam omnis volucris cadit: & piscis itidem ea, in quam omnis piscis. Hoc igitur si proficiscatur quispiam pacto, sciat nihil prorsus prętermisisse: quod si nõ hoc modo procedat, & prætermittere eum necesse est, & id ipsum quoque nescire. Non autem oportet eum qui definit ac diuidit, omnia scire quæ sunt: quanquam nonnulli censent fieri non posse, ut quisquam unquam differentias ad unumquodque cuiusque sciat, nisi scierit vnumquodque: sine vero differentijs nunquam fieri posse, ut quicquam sciatur. A quo namque non differt quippiam idem Tex. xx.

quod illud inquiunt esse: á quo uero differt, ab eo diuersum esse. Primo igitur hoc est falsum: non enim quauis differentia sunt res diuersæ. Complures enim insunt rebus eisdẽ specie differẽtiæ, sed non per substantiam neq; per se. Deinde cum quispiã acceperit ea quæ opponuntur, & differentiã, & õne, aut in hãc partẽ, aut in illã cadere dixeritis, sumpseritq; in altera parte rẽ, eam quã quærit esse, & idipsum cognouerit, nihil refert si sciat necne de quibus aliæ differentiæ prædicãtur. Patet enim eũ habiturũ esse rationẽ substantiæ, si sic proficiscens ad ea tandem peruenerit, quorũ ulterius nõ est differẽtia. Omne aũt in ipsam diuisionẽ cadere, si sint ea opposita, quorũ non est mediũ quicquã, postulatio nõ est. Necesse est enim õne in altero ipsorũ esse, si illius est differentia. Ad extruendã aũt probandãue per diuisiones definitionẽ, hæc tria sunt obseruanda. Primũ ut ea sumãtur, quæ hoc ipso quid est prædicãtur: secundũ, ut hæc ita disponantur, ut primũ primo, secundũ secundo in loco ponatur, tertiũ ut hæc omnia sint. Atq; primũ istorũ erit, si possumus quemadmodum ad accidens ratiocinari, ipsum inquam competere, & per genus ꝓbare: Secundũ fit, si ipsum primũ sumpserimus hoc aũt erit, si id accipiatur quod tale est, ut ipsum quidẽ omnia deinde sequatur, õnia aũt ipsum cõtra nõ sequãtur: necesse est enĩ aliquid esse tale: quo sumpto, idẽ iam erit & in inferioribus modus. Id enĩ erit, secundũ quod cæterorum est primũ: & id etiã tertiũ, quod est hærentiũ primũ. Superonãq; sublato, id quod hæret cæterorum erit primũ, ut patet. Et in cæteris eodem modo. Patebit autem hęc omnia esse, quod erat tertiũ, si sumpserimus primum ipsum per diuisionem, omne aut hoc animal esse, esse autem

Te. xxj.

boc:

hoc: & rursus totius differentiam, huius vero extremi non vlterius differentiam esse: vel etiam statim, cum vltima differentia ab ipso toto, non differre id specie. Patet enim, neque plus quàm oportet quicquam additum esse, omnia namque sumpta, hoc ipso quid est prædicantur: neque quicquam deesse, nam aut genus aut differentia esset. At genus est ipsum primum & hoc cum differentiis simul est, sumptum differentiæ etiam vniuersæ sunt sumptæ, nulla enim prorsus posterior est. Specie namque differret ipsum extremũ. At hoc dictum est non differre. Quærere aũt oportet inspiciendo primum ad ea quæ sunt similia, & nullam inter se differentiam habent, quidnam idem habeant vniuersa, deinde ad alia quæ sub eodem cum illis genere collocantur: & sunt quidem eiusdem inter se speciei, ab illis autem specie sunt diuersa. Atque si in iis accipiatur aliquid penitus idem: & in alijs simili modo, rursus considerandum est, si in ijs, quæ sunt sumpta, sit aliquid idem, quousq; ad vnam rationem fiat accessio. Hæc enim erit ipsius definitio rei. Quòd si non ad vnam rationem, sed ad duas vel plureis itur, patet id, quod quæritur non vnum quid esse, sed plura. Veluti si quæratur, quidnam sit magnitudo animi, considerandum est in aliquibus quos quidem scimus esse magnanimos, quidnam habeant vnum omnes eo pacto, quo tales esse dicuntur. Ceu si Alcibiades fuit magnanimus, & Achilles, ac etiam Aiax, quid vnum omnes habeant. Atq; id est eos contumeliam non ferre. Nam primus intulit bellũ: secundus iratus, se à sociis defendẽdis seiunxit: tertius sibi mortẽ consciuit. Rursus in alijs considerãdum est, vt Lisandro ac Socrate, quid nam & istis inerat vnum. Atque id est, æquabiliter

Te. xxij.

sese

ſeſe habere in ſecundis atque aduerſis rebus fortunæ. His ſũptis, cõſidero quidnam idem habeant hæc æquabilitas inquã in rebus fortunæ, & paticũ illata contumelia eſt, nõ poſſe. Quod ſi nihil habeant idẽ, duæ profecto magnanimitatis ſpecies erũt. Omnis autem definitio vniuerſalis eſt ſemper. Medicus enim ſalubre non cuidam oculo, ſed aut omni, aut ſpecie determinato definit.

## Quòd ſpecies facilius, quam genera definiatur. Cap. XV.

ATque facilius definire ſingularia quã vniuerſale eſt. Quapropter à ſingularibus ad vniuerſalia oportet aſcendere. æquiuocationes enim in vniuerſalibus magis latent, quàm in ijs quæ non differunt. Vt autem in demonſtrationibus ratiocinandi forma, ſic in definitionibus diluciditas inſit oportet: quæquidem fuerit, ſi ſeorſum id definat quiſpiam, quod in pluribus generibus eſt, per ea quæ in vnoquoque dicuntur: veluti ſimile nõ õne, ſed id quod in coloribus & figuris eſt: & acutum ſimiliter, quod eſt in voce: & ſic ad ipſum commune proficiſcatur, cauens nè æquiuocationem offendat. Quod ſi neq; diſſerere trãſlationibus oportet, patet neque definire oportere, aut tranſlationibus, aut hiſce quæ per tranſlationem dicuntur. Erit enim neceſſitas vt tranſlationibus diſſeratur.

## Quod diuiſio & analogia conducunt ad inueſtigãdum propter quid. Cap. XVI.

AT autem facultatem mediorum ad ea demonſtranda, quæ proponuntur, habeamus, perueſtigare oportet & ea quæ animantibus apartis inſpiciuntur, & ipſas quoque diuiſiones.

nes. Atq; sic perueſtigare oportet, ſuppoſito genere communi omnium: ceu ſi animalia ſint ea quæ conſiderantur, quænam omni competunt animali. Quibus ſumptis rurſus identidem perueſtigare oportet, quęnam cæterorum primo cuilibet inſunt, veluti ſi id ſit auis, quænam omnem auem ſequuntur: & ſic ſemper quænam propinquiſſimo competunt. Patet enim, nos poſſe iam dicere propter quid inſunt ea, quæ competunt hiſce quæ ſub ipſo communi ſunt collocata: vt propter quid homini competunt, aut equo. Sit autem animal quidem b pro a, vero ponantur ea quæ animal omne ſequuntur: pro c, e, d, vero animalia ſingula collocẽtur. Patet itaque, propter quid a, competit ipſi c, propter b, nanque competit: Et ſimiliter cæteris. Eadem autem eſt ſemper & in alijs ratio, atque nunc ſic dicimus per tradita nobis nomina cõmunia rebus. Oportet autẽ nõ ſolũ in his ipſis dicto modo cõſiderare, ſed etiã ſi aliquid aliud videatur commune competens, & ipſum accipere: deinde ſumere & ea quæ ipſum ſequitur, & ea quæ hoc ſequuntur: veluti cornigeris competit omaſum habere, ſuperiuſq; vacare dentibus. Sumantur igitur hęc, & rurſus accipienda ſũt ea, quibus competit, ſequiturq; gerere cornua. Patet enĩ, propter quid illis cõpetũt, ea quæ diximus, nã ob id ipſũ illis inerũt, quia cornua gerũt. Et inſuper alius modus pueſtigãdi per ſimilitudinẽ rationis, non enĩ poteſt vnũ quippiã idem ſumi, quod quidẽ & ſepiũ & ſpina & os appellare oportet: inerunt autem & his, atq; ſequentur aliqua, quaſi talis ſit vna quædam natura. Eadem autẽ ſunt nonnulla eorũ. Quæ proponuntur multipliciter, quædã enim ex eo ſunt eadẽ, quia medium idem habent: veluti quia ſunt omnia antiperiſtaſis: atque horum nonnulla ſunt eadem

Te: xxiij.

T. xxiiij

genere

genere, quæcunq; differentias habent ex eo, quia sunt diuersorũ vel alio modo: vt propter quid resonat, aut propter quid appareat, & propter quid Iris existit: vniuersa enim hęc idem sunt ꝓpositum genere: omnia nanque sunt plane reflexio, sed specie sũt diuersa. Quędam autem differunt ex eo, quia medium est sub alio medio: veluti propter quid. Nilus decrescente mense magis affluat aquis, quia mensis decrescens similis magis hyemis est: propter quid mensis decrescens similis magis hyemis est? quia luna decrescit. Hæc enim sic inter se habent, vt patet.

## De causis & effectibus. Cap. XVII.

Te. xxv. AMbiget autem quispiam de causa, & de eo cuius est causa: sit ne tum causa, cum est id cuius est causa, ueluti cum frõdes decidunt sitne tum ipsa defluendi frondes causa? latitudo inquam foliorum, siquidem id illius sit causa, vel cum deficit luna, sitne tum interpositio terræ? Nam si nõ est, aliqua alia erit ipsorũ causa. Sin simul sunt causa & id cuius est causa, ceu si intercedit terra, deficit luna: aut si latitudo est foliorum defluũt frõdes: tum mutuo profecto demonstrabũtur. Sit enim a, frõdes deponit: b, plãta cuius sunt folia lata c, vitis. Si igitur a, cuilibet cõpetit b, õnis enim plãta, cuius folia sunt lata, frõdes deponit: b uero ipsi c, cõpetit: latas enim frõdes quælibet vitis habet, a, etiam c, cõpetit: omnis q; vitis frõdes suas deponit: Atque causa b, medium est, ut patet. At licet etiã per foliorũ defluxum, lata vitem habere folia demonstrare. Sit enim d, lata habere folia, abijcere frondes e, vitis autem f: et igitur cuilibet inest f: omnis enim vitis abijcit suas frondes d, vero cuilibet competit e, omnis namq; plãta quæ frõdes deponit, habet folia lata: õnis

ergo

ergo vitis habet folia lata, atque causa est foliorum defluxus. Quod si fieri nequit ut sint sibi mutuo causæ (causa nãq; prior est eo cuius est causa: & deficiẽdi quidem causa est, in medio terrã esse: huius aũt non est causa deficere lunã) igitur demõstratio quæ fit per causam, est ꝓpter quid, demõstratio uero quę nõ per causam fit, est ea qua quippiã tantũ esse ostẽditur: qui per defectũ terrã in medio esse percepit, is scit quidẽ id ipsum esse, propter quid aũt est nõ cognoscit: atq; deficere lunã nõ esse causam ut sit in medio terra, sed hoc contra causam esse ut deficiat luna, inde perspici potest. In ratione namq; deficiendi inest, in medio terrã esse. Quare patet, per hoc illud, sed nõ per illud hoc innotescere. An fieri potest, vt vnius plures sint causæ? nẽpe si fit, vt idẽ primo de pluribus prædicetur. Sit a, quod quidẽ tam b, quàm c, cõpetat primo, quorum alterum insit d, alterum ipsi competat e: ineritigitur ipsum a, illis vtrisq; e, inquã & d. Atq; vt insit quidem ipsi d, causa est ipsum b: ut competat aũt ipsi e, causa est ipsum c, quare si causa est, necesse est & rem esse. Si vero res est, nõ est necesse id esse, quod est causa: sed causam quidẽ esse, non tamen omnẽ. An si semper id, quod proponitur, uniuersale est, causa quoq; tota quædam est, & id cuius est causa, vniuersale etiam est: veluti foliis spoliari toti cuidã inest determinato, & si species sunt illius, & his vniuersaliter aut plantis, aut huiuscemodi plantis cõpetit. Quare & mediũ in his, & id cuius est causa, æqua sint oportet, & cõuertantur: veluti propter quid arbores foliis spoliantur? Si itaq; idipsum est ob cõgelationẽ humidi, si arbor foliis spoliatur, congelationem esse oportet. Etsi congelatio non cuiuis inest, sed arbori, foliis arborem

spoliari

ſpoliari oportet. At quæret quiſpiã rurſus fieri ſi poſſit, ut nõ eadẽ eiuſdẽ ſit uniuerſis cauſa, ſed diuerſa necne. An ſi per ſe quidẽ eſt demonſtratũ, & nõ per ſignũ, aut per accidẽs, id fieri nequit: quippe cũ ipſum mediũ extremi ſit ratio. Sin uero non hoc pacto eſt demonſtratũ, fieri poteſt. Fit aũt & id cuius, & id cui eſt cauſa aliqua, per accidẽs ut conſideretur: nõ tamẽ è numero eorũ eſſe uidentur, quæ proponũtur: Quod ſi ita nõ eſt, ſimiliter habebũt & mediũ. Si enim æquiuoca ſint, mediũ habebũt æquiuocũ: ſi ſint ut in genere, mediũ habebunt ſimiliter: ueluti propter quid etiã mutato ordine ſimilitudinẽ ſubeũt erationũ: eſt enim alia cauſa in lineis, & in numeris, atq; eadẽ alia quidẽ eſt ut linearũ rationẽ ſubit: eadẽ aũt, ut tale habet in crementũ, & eodẽ in ommbus modo. Vt color aũt colori, figuraq; figurę ſit ſimilis, aliį erit alia cauſa: ſimile namq; in his eſt æquiuocũ. In figuris enim, in ſimilitudine forſitan rationũ conſiſtit, quæ inter latera ſunt, & angulorũ æqualitate: in coloribus aũt in eo quid unitas ipſius ſenſus ſit aliqua, aut aliquo tali: ea uerò quæ ſimilitudine rationũ eadẽ ſunt, mediũ idẽtidẽ ſimilitudine rationũ idem habebũt. Cauſa aũt et id cuius eſt cauſa, atq; id cui eſt cauſa ità ſeſe, ut mutuò ſe ſequãtur habẽt: nã ſi hoc ſumas per ſingula, id cuius eſt cauſa ad plura ſeſe extẽdit: uelut externos angulos quatuor rectis æqualis habere, amplius extẽdit ſe quàm aut triãgulũ aut quadratũ. Quod ſi õnia ſumas, æquatur: ſunt enĩ quæcũq; quatuor rectis æquales externos angulos habẽt. Similiter ſeſe habet & mediũ. Eſt aũt ipſum mediũ extremi, ratio primi, quocirca ſciẽtiæ oẽs per definitionẽ fiũt: ueluti ſpoliati frõdibus, ſimul & ſequitur uitẽ, & excedit: & ſicũ itẽ atq; excedit, ſed non

omnes

ōnes superat, sed æquatur. Si igitur primū medīū sumpseris ratio illud erit abijciẽdi solita: erit enim primū quidẽ medīū uersus extremū alterū, tales inquã vniuersas esse deīde medīū huius succū, cōgelari, uel aliquid aliud tale. At si quispiã interrogauerit quid est defluere folia? congelari respondebimus eius succum, qui in seminis cōiunctione cōsistit. In figuris aūt hoc pacto quispiã assignabit, quęrẽtibus quonã pacto se sequūtur causa & id cuius est causa: ponatur a, cuilibet inesse b, ipsum aūt b, cuiq; cōpetat eorū quæ sunt d: a igitur vniuersale bisce fuerit, quæ sūt d. Etenim ad vniuersale dico, quod nō cōuenitur: id aūt vniuersale vocito primū, cū quo vnūquodq; quidẽ nō cōuenitur: vniuersa aūt cōuertūtur, atq; æquãtur: b igitur causa est ut a, cūctis bisce cōpetat, quæ sunt d. Oportet ergo ipsū: a ad plura sese extẽdere, quã ipsū b, q; si ita nō est, cur magis hoc erit illius causa? Quod si a, oĩbus cōpetit c, erūt uniuersa illa vnū quid aliud ab ipso b: alioquĩ quonã pacto dicere licebit: a, quidẽ ipsum ōni cōpetere c? psū aūt e, nō oĩ cōpetere a. Cur verò nō erit aliqua causa: nã ipsum a, cūctis cōpetit d, at ipsis etiã c, et ipsa igitur vnū quid erūt: atq; id cōsiderare oportet: & sit c. Fieri igitur pōt, ut eiusdẽ, sed nō eiusdẽ specie, plures sint causæ: veluti vt lōgæ sint vitæ quadrupes quidẽ, causa est, ipsas bilivacare. Volucres aūt, ipsas esse siccas aut aliquid aliud. Quod si nō statĩ accedūt ad individuum, & si nō solū vnū, sed plura sunt media, plures etiã & causæ sunt. Vtrum aūt mediorum sit singulis causa, id ne quod est versus uniuersaliter primum, an id quod uersus singula collocatur. Patet igitur, ea esse, que pronpinquissima sunt vnicuique, cui est causa. Nam ut primum sit sub uniuersali, hoc est causa, ve-

luti

luti ut a,competat ipſi d,cauſa eſt ipſum c:ut igitur a, competat ipſi d,cauſa eſt ipſum c:ut aũt a,competat ipſi c,cauſa eſt ipſum b,at vt huic inſit,idipſum. At enim de ratiocinatione quidem demonſtrationeue,quidnã utrum ſit,& quo fit modo, ſatis iam patuit:& ſimul etiam demõſtratiua ſcientia,eſt enim idem.

T xxvi.

## De principiorum cognitione. Cap. XVIII.

T xxvii

DE principijs autem,& quo pacto nota nobis euadant,& quis habitus ea cognoſcendi ſit,hinc patefiet,ſi prius ea de re dubitauerimus. Fieri itaq; non poſſe,ut demonſtratione quiſquam ſcientiam conſequatur:ſi prima principia medijs uacãtia nõ noſcat,prius eſt dictum explicatumq;. Dubitauerit autem quiſpiam eorum quæ medijs vacant,cognitio eadẽ ſit nec ne:& utrum ſcientia utriuſque ſit necne:aut alterius quidem ſcientia,alterius autem aliquod aliud genus:& utrum habitus eorum non inſint,ſed fiant,acquirantur q;:an uero inſint quidem,ſed lateant. Equidẽ ſi ipſos habemus,abſurdũ eſt ſane. Fit enim vt nos certiore,quâm vlla demonſtratio eſt,cognitione prçditos eſſe ignoremus. Sin vero quas prius non habemus,inde acquirimus,quonam pacto cognoſcimus,diſcimusq;,quorum antecedens notitia nulla eſt? Id enim fieri nequit,ut de demonſtratione etiã diceba mus: Conſtat igitur fieri non poſſe, ut hos aut habeamus (non enim ſane ignoraremus) aut ignari nullumq; eorum habẽtes habitum,conſequamur. Neceſſe eſt itaque vim quidem nos aliquã potentiãq; habere,non talem uero quæ his ipſis exactior, certitudineq; præſtabilior ſit. Videtur autẽ id ipſum animalibus cũctis ineſſe:vim enim quandam inſitam diſcernendi habent, quam quidem uniuerſi ſenſum appellãt. Inſito autem animalibus ſenſu,

in

in quibusdam formæ sensibilis mansio fit, in quibusdam non fit. In quibus igitur non fit, hisce præter ipsum sentire cognitio aut omnino nulla, aut eorum circa quæ formæ mansio non fit, nulla est. In quibus autem fit vt cum sentiunt vnum quid in anima habeant, in ijs cum multa talia fiunt, differentia quædam emergit itaque quibusdam è talium visorum mansione ratio fit, quibusdam non fit. Ex sensu igitur fit memoria, quemadmodum dici solet: è memoria vero sæpius eiusdem rei facta, experientia nascitur. Plures enim memoriæ, numero vna experientia est ab experientia vero illa genita, ex ōmbus notitia fit vniuersali quietē in anima iam consecuto, quod est vnum præter multa, quodque in omnibus illis vnum inest, principium artis atque scientiç: artis quidem, si circa generationem sit: scientiæ vero, si sit circa id quod eodem modo semper existit. Neque igitur determinati habitus insunt, neque ab alijs ad cognoscendum magis aptis habitibus, sed à sensu, vt diximus, fiunt, veluti in prælio facta fuga, cum constitit vnus, constitit & alius, & alius deinde donec ad principium est uentum. Anima certe talis est, id pati vt possit. Quod autem dictum est anteà, sed non dilucide dictū est, id rursus dicamus. Nam cū eorū quæ eandem impromiscuāq; in omnibus rationem habent, vnū constiterit, primum tū in anima nascitur vniuersale. Etenim sentitur singulare quidem, sensus autem ipsius vniversalis vt hominis, non autē Callię hominis est. Rursus in his ipsis stat, quousque & ea quæ partibus vacant, & ipsa stent vniuersalia, veluti tale animal, donec stet animal, & in hoc modo eodem. Necesse est igitur, vt ex hisce patet, ipsa prima inductione cognoscere. Sic enī & sensus efficit in nobis ipsū

uniuersale. Cum autem mentis habitum, quibus verum perspicimus, quidam veri perpetuò sint, vt intellectus atque scientia: quidam autem interdum falsum suscipiant, vt opinio, subducendæque rationis vis, nullumque aliud genus exactius scientia sit quã intellectus, atque principia notiora sint demonstrationibus scientiaque cum ratione sit omnis: hæc inquam cum ita sint, scientia quidem principiorum non erit, sed cum fieri nequeat, vt aliud quicquam uerius scientia quàm intellectus ipse sit, intellectus profecto principiorum habitus erit. Quod ex eo quoque perspicuum fuerit, quia demonstrationis principium non est demonstratio. Quare neque scientiæ scientia. Si igitur præter scientiam, nullu aliud genus uerum habemus quàm intellectum, intellectus sane scientiæ principium erit: atque principium quidem est ipsius principij, scientia autem, ad rem omnem sese habet similiter.

## ARISTOTELIS STAGIRITÆ.

### TOpicorum Liber primus.

#### De intentione Librorum, & quæ ratiocinandi species. Cap. I.

PRoposítum quidem negocij est methodum inuenire, per quam poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus, & ipsi disputationem sustinentes, nihil dicemus repugnans. Primum igitur dicendum, quid est syllogismus, & quæ eius differentiæ, quo modo sumatur dialecticus syllogismus. Hunc enim quærimus secundùm propositum negocium. Est itaque

itaque syllogismus oratio, in qua positis quibusdam, aliquod aliud à positis ex necessitate accidit per ea, quę posita sunt. Demonstratio vero est quando ex veris, & primis syllogismus erit, aut ex talibus, quæ per aliqua prima & uera, eius, quæ circa ipsa est cognitionis principium sumpserunt. Dialecticus autem syllogismus, qui ex probabilibus est syllogizatus. Sunt autem vera & prima, quæ non per alia, sed per se ipsa fidem habent. Non enim oportet in scientificis principijs inquirere propter quid, sed vnumquodq; principiorum ipsum per se ipsum fidem esse. Probabilia autem sunt, quę videntur õnibus aut plurimis, aut sapiẽtibus: & his, vel õnibus, uel plurimis, vel maxime cognitis, & probatis. Litigiosus autem est syllogismus ex ijs, quæ uidentur probabilia, non sunt aũt. Et qui ex probabilibus quidẽ, aut ex ijs, quæ vidẽtur ꝓbabilia, est apparẽs. Nõ enim õne qđ uidetur ꝓbabile, est & ꝓbabile. Nihil enĩ eorũ quę dicũtur ꝓbabilia in suꝑficie, habet õnino phãtasiã, uelut circa litigiosarum rationũ principia, accidit sese habere. Statim enim & sæpius etiam eis, qui parua videre possunt, manifesta est in his falsitatis natura. Ergo prior quidem eorum (qui dicti sunt litigiosi syllogismi) etiam syllogismus dicatur, reliquus uero litigiosus quidẽ syllogismus, syllogismus autem non eo quòd videtur quidem syllogizare, syllogizat autem minime. Amplius autem præter omnes, qui dicti sunt syllogismos, ex ijs, quæ sunt circa aliquas disciplinas peculiaria, fiunt paralogismi. Quemadmodum in Geometria, & huic cognatis accidit se habere. Videtur autem hic modus differre à dictis syllogismis. Nam neque ex veris, & primis syllogizat pseudographus, neq; ex probabilibus. Nõ enim indefinitio-

in 1.ª sua aparentia habet reũ probabilitatẽ circa propositiones ex quibus cõponuntur tales syllogismi.

nõ seruat formã.

generibus argumentationũ

quia ea ex quibus componitur nõ ea

ne cadunt, neque enim quæ omnibus videntur, sumit, neque quæ pluribus, neque quę sapientibus, & his, neque quæ omnibus, neq; quę plurimis, neque quę probatissimis. Sed ex peculiaribus quidē disciplinæ sumptis, non veris autem syllogismum facit. Nam eo quòd aut semicirculos describit, non vt oportet, aut lineas aliquas ducit non vt ducendę sunt, paralogismum facit. Species igitur syllogismorum, vt figuraliter sit complecti, sint dictæ: summatim autem dicendo de omnibus prædictis, & de his, quæ postea sūt dicenda: in tantum nobis determinatum sit, eoquòd de nullo eorū exactam rationem assignare elegimus, sed aliquantulum figuraliter de his volumus pertransire, omnino sufficiens arbitrātes esse secundum propositam methodum posse cognoscere quoquo modo vnumquodque illorum.

imperfecté

## Ad quę, & quot vtilis sit Dialectica. Cap. II.

CONsequens autē erit ijs, quę dicta sunt, dicere, & ad quot, & quæ, vtile sit hoc negocium. Est itaq; ad tria, ad exercitationes, ad colloquia, ad eas (quæ secundū philosophiā sunt, disciplinas. Quòd igitur ad exercitationem sit utile, ex his perspicuum est. Methodum enim habentes facile de proposito argumentari poterimus. Ad colloquia vero eo, quòd multorum annumerantes opiniones, non ex extraneis, sed ex proprijs dogmatibus sermocinabimur contra eos, transmutantes quicquid non bene videntur nobis dicere. Ad secundùm philosophiam autem disciplinas, quoniam potentes ad vtraque dubitare, facile in singulis intuebimur verum & falsum. Adhuc autem ad prima eorum, quæ in vnaquaque disciplina sunt principia. Nam ex proprijs secundum propositam disciplinam princi-

pijs, impossibile est dicere aliquid de ipsis, eo quòd prima principia sunt omnium. Sed per ea, quæ sunt circa singula probabilia, necesse est de illis transigere. Id autem proprium, maximèue peculiare dialecticæ est. Cum enim sit inquisitiua, ad omnium methodorum principia viam habet. Habebimus autẽ perfecte methodũ, quando perinde habebimus, ac in Rhetorica, & Medicinali, & huiusmodi facultatibus. Hoc autem ex ijs, quæ cõtingunt facere, quæ eligimus: nam neque rhetor omni ex modo persuadebit, neque medicus sanabit, sed si ex ijs, quæ contingunt, nihil omiserit, sufficienter eum disciplinam habere dixerimus.

## Ex quibus, & quot disceptatio Dialectica constet, Caput. III.

PRimum igitur considerandum ex quibus est methodus. Nã si sũpserimus ad quot, & quæ, & ex quibus orationes sunt, & quomodo his abundemus: habebimus sufficienter ꝓpositũ. Sunt itaq; numero æqualia, & eadẽ ea, ex quibus orationes, & de quibus syllogismi. Fiunt enim orationes, ex ꝓpositionibus, de quibus aũt syllogismi fiunt, problemata sunt. Omnis autem ꝓpositio, & õne problema, aut proprium, aut genus, aut accidens indicat. Etenim, differentia cum sit generalis, cum genere ordinanda est. Quoniam autem proprij hoc quidẽ, quod quid erat, esse significat: illud autem, non significat, diuidatur proprium in vtrisq; prædictas partes, & vocetur illud quod significat, quod quid erat esse, terminus, reliquum vero secundum cõmunẽ de ipsis assignatã nominationem, muncupetur proprium. Manifestũ igitur ex ijs quæ dicta sunt, quoniam secundũ præsentem diuisionem, quatuor omnia accidit fieri, aut propriũ, aut terminũ,

aut genus, aut accidẽs. Nemo autem nos opinetur dicere quòd vnumquodque horum secundum se dictum propositio vel poblema sit, sed quòd ex ijs & problemata & propositiones fiant. Differunt autem problema & propositio modo: nam cum sic dicitur, putas ne animal gressibile bipes? definitio est hominis, & putas ne animal genus est hominis? propositio fit: si autem vtrum animal gressibile bipes definitio sit hominis, an non, problema fit? similiter autem & in alijs. Quare æqualia numero problemata, & propositiones sunt, nam ab omni propositione problema efficies mutans modum.

## De termino, proprio, genere, & accidente. Cap. IIII.

Dicendum autem quid terminus, quid proprium, quid genus, quid accidens. Est itaque terminus quidem oratio quòd quid erat esse significans. Assignatur autem aut oratio pro nomine, aut oratio pro oratione. Possibile enim est, & eorum, quæ sub oratione significantur, quædam definiri. Quicunq; autem quolibet modo nomine assignationem facunt, manifestum, quoniam non assignant ij rei definitionem, eo quòd omnis definitio oratio quædam est. Accommodatum tamen termino, & huiusmodi ponendum est, vt quoniam honestum est decens. Similiter autem, & vtrum idem sensus & disciplina, uel diuersum sit. Etenim circa definitiones vtrum idem aut diuersum plurima fit immoratio. Simpliciter itaq; accommodata termino omnia dicantur, quæ sub eadem methodo cum definitionibus sunt. Quòd autem omnia, quæ nunc dicta sunt, huiusmodi sint, manifestum ex his. Potentes enim quòd idẽ, & quòd diuersum disputare, eodem modo, & ad definitiones argumentari facile poterimus.

mus. Nam ostendentes, quoniam non est idem, interimentes erimus definitionẽ. Non tamen conuertitur, quod nũc dictum est, non enim sufficiẽs est ad astruendum definitionẽ ostendere idem esse, attamen ad destruendũ sufficiẽs est ostẽdere, quoniã non idẽ est. Proprium autem est, quod non indicat quod quid erat esse, soli autem inest, & conuersim prædicatur de re, ut propriũ est hominis. Grãmatices esse susceptiuũ: nam si homo est, grãmatices susceptiuus est. Etsi grãmatices susceptiuum est, homo est. Nemo enim proprium dicit, quod contingit alij inesse, ut homini dormire, neque quidem si forsitan per aliquod tempus inest soli. Si autem forte dicatur aliquod talium proprium, non simpliciter, sed aliquando, uel ad aliquid proprium dicetur. Nam ex dextris quidem esse, aliquando proprium est. Bipes autẽ ad aliquid proprium est dictum, ut homini ad equum, & ad canem. Quòd autem eorum quæ contingunt alij inesse, nullum conuersim prædicetur, manifestum est, non enim necessarium est, si aliquid dormit, hominem esse. Genus autem est, quod de pluribus, & differẽtibus specie in eo quod quid est, prædicatur. In eo quod quid est prædicari ea dicantur, quæcũque conuenit eos, qui interrogati sunt, reddere quid est, quod propositum est: quemadmodũ de homine conuenit eos, qui interrogati sunt, quid id est, quod propositum est, dicere, quoniam animal. Generi autem accõmodatum est & hoc, utrum in eodem genere aliud cum alio, an in altero sit, nam & huiuscemodi sub eadem methodo cadit cum genere. Disputantes enim quod animal genus hominis, similiter & bouis sit, disputantes erimus, quoniam hæc in eodem sunt genere. Sin autem alterius quidem ostenderimus quod genus sit,

alterius autem quod non sit, disputantes erimus, quoniam nõ in eodem genere hæc sunt. Accidens autem est, quod quidẽ nihil horum est, neque terminus, neque proprium, neq; genus, inest autem rei: Et quod contingit inesse cuiuis uni & idem: & nõ inesse: ut sedere contingit inesse alicui eidem, & non inesse. Similiter autem & album: nam & idem nihil prohibet quandoque album quandoque non album esse. Est autem accidentis definitionum secunda melior, nam cum dicitur prima, necessarium est, si debet quis intelligere, præscire quid est terminus, & genus, & proprium. Secunda aũt perfecta est ad cognoscendũ, quid est, quod dicitur, per se. Annectantur aũt accidenti, & quæ ad se inuicẽ sunt comparationes quolibet modo ab accidente dictæ, ut utrum honestum, an quod confert, expetibilius. Et utrum, quæ est secundum uirtutem, an quæ secundũ uoluptatem suauior uita: & si quid aliud similiter his, dicitur. In omnibus enim talibus utri magis prædicatum accidat, quæstio fit. Manifestum est autem ex his: quoniam accidens nihil prohibet, & quando, & ad aliquid proprium fieri: ut sedere, cum sit accidens: quando quis solus sedet: tunc aliquãdo propriũ erit. Solo uero sedente, ad nõ sedẽtes propriũ erit. Quare & ad aliquid, & aliquando nihil prohibet accidẽs, proprium fieri: simpliciter tamen propriũ non erit.

## Quòd cætera prædicata aliquid dandã t eorum quæ diffinitio continet. Caput. V.

NOn lateat autem nos: quoniam quæ ad proprium, & ad genus, & ad accidẽs omnia dicũtur: & ad definitiones cõuenit dici. Ostendentes enim quoniam non soli inest ei, quod est sub definitione, quemadmodum & in proprio, aut

quoniam

quoniam non genus quod assignatum est indefinitione: quoniam non inest aliquid eorum, quæ in definitione dicta sunt (quod quidem & in accidente dici potest) interimentes erimus definitionem. Quare secundum prius assignatam rationem omnia erũt quodammodo definitioni accommodanda, quæ enumerata sunt. Sed non propter hoc vnam in omnibus vniuersalem methodũ quærendum. Neque enim facile inuenire hanc est. Etsi inueniatur, omnino obscura: & insuauis plane erit ad propositum negociũ. Propria vero in vnoquoq; determinatorũ generũ assignata methodo, facile ex ijs, quæ circa unumquodque propria sunt, decursus propositi fieri potest. Quare vniuersaliter figura quidem (quemadmodum dictum est prius) diuidendum est. Reliquorum autem ea, quæ maximè sunt singulis peculiaria, annectendum: definitioni & generi accommodata ea nuncupantes, pene aũt adiuncta sunt (quæ dicta sunt) ad singula.

## De eodem. Cap. VI.

PRimum autem omnium de eodem determinandum, quoties dicitur. Videbitur autem idẽ, vt figuraliter sit sumere, triplíciter diuidi. Numero enim aut specie, aut genere, idem solemus appellare. Numero quidem quorum nomina plura: res autem vna, ut indumentum & vestis. Specie autem quæ cum sint plura, indifferentia sunt secundum speciem: ut homo homini, equus equo. Nam huiusmodi specie dicuntur eadem, quæcunq; sub eadem specie sunt. Similiter autem & genere eadem, quæcunq; sub eodem genere sunt, ut equus homini. Videbitur autem ab eodem fonte aqua, quæ eadem dicitur, habere aliquam differentiam præter dictos modos. Nõ tamen, sed & huiusmodi in eodẽ ordinetur

dinetur ijs: quę ſecundū vnā ſpeciē quoquo modo dicta ſūt. Omnia enim talia cognata, & affinia ſibi inuicē eſſe videtur. Nam ōnis aqua ōni aquæ eadē ſpecie dicitur: eo quòd habeat quandā ſimilitudinē: ab eodē aūt fonte aqua: quæ eadē dicitur: nullo alio differt, quā eo quia vehementior eſt ſimilitudo. Quare nō ſeparamus idē ab ijs, quæ ſecundū vnā ſpeciē quoquo modo dicūtur. Maxime aūt indubitanter, quod vnū eſt numero, idē ab omnibus videtur dici. Solet aūt & hoc aſſignari multipliciter: propriiſſime aūt & primo quando nomine vel termino idē aſſignatum fuerit: vt veſtis indumento: & animal greſſibile, bipes, homini. Secundo aūt, quando proprio: vt diſciplinę ſuſceptibilis, homini, & quod natura ſurſum fertur igni. Tertio vero, quando ab accidente, vt ſedens vel muſicum. Omnia enim hæc vnum numero volunt ſignificare. Quòd aūt verum ſit, quod nunc dictū eſt, ex tranſmutātibus mūcupationes quis dicat. Sępe enim prępientes nomine uocare aliquem ſedentiū tranſummus, quando forteſis non intelligit cui prępceptū facimus, tanquā ab accidente, ipſo magis intelligente, & iubemus ſedentē, vel diſputantem vocare ad nos, manifeſtum, quòd vt eundem opinantes, & ſecundum nomen & ſecundum accidens ſignificare. Ergo idem (quemadmodum dictum eſt tripliciter diuidatur.

Omnē diſputationem dialecticam eſſe ex termino, proprio, genere aut accidēte: & vbi illa reperiātur.

## Cap. VII.

QVoniam autem ex prius dictis ſunt orationes, & per hæc, & ad hęc, vna quidem fides eſt per inductionem. Si enim quis conſideret vnāquāq; ppoſitionū, et problematum

matum, apparebit, aut à termino, aut à proprio, aut à genere, aut ab accidẽte facta. Alia aũt fides per ſyllogiſmũ: neceſſe eſt eñ õne, qđ de aliquo prædicatur, aut cõuerſim de re prædicari, aut non. Et ſi conuerſim prędicatur, terminus erit, vel propriũ. Nã ſi ſignificat, quid eſt eſſe, ẽ terminus. Si aũt nõ ſignificet, ꝓpriũ. Hoc enim erit ꝓpriũ qđ cõuerſim prędicatur, nõ ſignificãs qđ eſt eſſe. Si aũt nõ cõuerſim prædicatur de re: aut ex eis, quæ in definitione ſubiecti dicuntur, eſt, aut non. Et ſi eſt ex ijs, quæ in definitione dicuntur, aut genus, aut differentia erit, eo quòd definitio ex genere, & differentijs eſt. Si vero ex ijs non eſt, quæ in definitione dicũtur, palã eſt, quomã accidẽs erit. Nã accidẽs dicebatur, quod neq; terminus, neq; genus, neq; ꝓprium, ineſt aũt rei. Poſt hæc aũt oportet determinare genera prædicamentorum, in quibus ſunt dictæ quatuor differẽtiæ. Sunt aũt hæc numero decẽ, quid eſt, quãtũ, quale, ad aliquid, vbi, quãdo, ſitũ eſſe, habere, facere, pati. Sẽper enim accidens, & genus, & ꝓpriũ, & definitio in vno horũ prædicamentorũ erit. Nã õnes ab his ꝓpoſitiones, aut quid eſt, aut quale eſt, aut quãtũ, aut aliorum aliquod prędicamentorũ ſignificant. Manifeſtum eſt autẽ ex eiſdẽ, quoniã quod quid eſt ſignificans, quandoq; quidẽ ſubſtãtiam ſignificat, quãdoq; aũt quale, quãdoq; vero aliqđ aliorũ prędicamẽtorũ. Nã quando poſito homine dixerit quod poſitũ eſt hominem eſſe vel animal, & quid eſt dicit: & ſignificat ſubſtantiam. Quando colore albo poſito, dixerit quod poſitũ eſt albũ eſſe, vel colorem, quid eſt dicit, & quale ſignificat. Similiter autem & ſi cubitali magnitudine poſita, dixerit quod poſitum eſt cubitalem eſſe magnitudinem, & quid eſt dicit, & quantum ſignificat: ſimiliter

militer autem & in aliis. Vnumquodq; enim talium siue idem de eodem dicatur, siue genus de hoc, quid est significat, quando aũt de alio, non quid est significat, sed quantum, aut quale, aut aliquid aliorum prædicamentorum. Quare de quibus sunt disputationes, & ex quibus hæc & tanta sunt. Quomodo autem sumemus, & per quæ copiosi erimus, post hæc dicendum.

## De propositione dialectica. Cap. VIII.

PRimum igitur determinetur quid est propositio dialectica, & quid problema dialecticum. Non enim omnem propositionem, nec õne problema, dialecticum ponendum. Nullus enim offeret, qui mentem habet, quod nulli videtur, nec proponet, quod omnibus est manifestum, vel plurimis. Nam hæc quidem non habent dubitationem, illa autem nemo ponet. Est autem propositio dialectica interrogatio probabilis, aut omnibus aut plurimis, aut sapientibus: & his vel omnibus, vel plurimis vel maxime famigeratis, & non inopinabilis. Ponet enim aliquis, quod videtur sapientibus, nisi id contrarium sit multorum opinionibus. Sunt autem propositiones dialecticæ, & ea quæ probabilibus sunt similia: & contraria ijs, quæ videntur probabilia, secundùm tamen contradictionem protensa, & quæcunq; opiniones sunt secundum artes inuentas. Si enim probabile est, eandem esse contrariorum disciplinam, & sensum eundem esse contrariorum probabile apparebit: & si vnam numero Grammaticam esse & tibicenariam vnam: si autem plures Grammaticas & plures tibicenarias. Omnia enim similia, & cognata uidentur hçc esse. Similiter autem & ea, quæ probabilibus sunt contraria, secundũ contradictionem protensa, probabilia videntur. Si enim probabile est,

le est, quoniam oportet amicis benefacere, & quoniã nõ oportet amicis malefacere, probabile est. Est autem contrarium quidẽ quoniam oportet malefacere amicis, secundum contradictionẽ autem, quoniam non oportet amicis malefacere. Similiter autẽ & si oportet amicis benefacere, inimicis non oportet. Est enim hoc secũdũ contradictionẽ contrarium: similiter aũt & in alijs. Probabile autem & in similitudine apparet etiam contrarium de contrario: ut si optimũ amicis benefacere, & inimicis optimũ male. Apparebit.n. & cõtrariũ hoc quod est amicis benefacere, ei quod est inimicis male. Vtrũ aũt secundũ veritatẽ se habeat, vel non, in ijs quæ de cõtrario dicentur, ostendetur. Palã autem, quoniam & quæcũq; opiniones secundũ artes sunt, dialecticæ propositiones sunt. Ponet enim aliquis ea, quæ vidẽtur, ijs, qui in eis probati sunt, ut de ijs quidẽ, quæ in Geometria, ut Geometer, de illis autem, quæ in medicinali, Medicus.

## De problemate dialectico, & positione dialectica. Cap. IX.

PRoblema autem dialecticũ est speculatio intendẽs uel ad electionem & fugam, uel ad veritatem & cognitionem, aut per se, aut ut ãminiculãs ad aliquid aliud talium, de quo aut neutromodo opinantur, aut contrarie pleriq; sapiẽtibus, aut sapientees plerisque, aut vtrique ijdem eisdem. Quædam enim problematum vtile est scire tantum ad eligendum, vel fugiendum, ut utrum voluptas sit eligenda, aut non: quædam autem ad sciendum tantum, ut vtrum mundus æternus sit aut non. Quædam uero ipsa per se quidem ad neutrum horum, amminiculantia autem sunt ad aliqua talia. Pleraque enim ipsa per se

quidem

quidem non volumus cognoscere, sed aliorum gratia, vt per illa aliud quippiam cognoscamus. Sunt autem problemata & de quibus contrarij sunt syllogismi. Dubitationem enim habent, vtrum sic se habent, an non sic? eo quod de vtrisq; sunt rationes suasibiles, & de quibus rationem non habemus cum sint magna: difficile arbitrantes esse propter quid assignare, ut utrũ mundus sit æternus, aut nõ. Nã huiusmodi quęret aliquis: problemata ergo & propositiones (vt dictũ est) determinata sint. Positio autem est opinio extranea alicuius famigeratorũ in philosophia, vt quoniã non est contradicere, quemadmodum dixit Antisthenes, aut quoniam omnia mouentur, secundum Heraclitum, aut quoniam vnum est ens, quemadmodum Melissus dixit. Nam de quouis contraria opinionibus proferente, curam habere stultum est. Aut de quibus rationẽ habemus contrariã opinionibus, ut quoniam non omne, quod est, uel factum est, uel æternum, quemadmodum sophistæ dicunt. Nam musicum grãmaticum esse, neque factum, neque esse æternum. Hoc enim & si alicui non videatur, uidebitur utique eo quòd rationem habeat suasibilem. Est igitur & positio quidem problema, non autem omne problema positio: quoniam quædam problemata talia sunt iam, de quibus neutro modo opinamur. Quod autem est, & positio problema: manifestum est. Necesse est enim ex ijs, quæ dicta sunt, aut plures cum sapientibus circa positionẽ dubitare: aut vtroslibet cum semetipsis, eo quòd opinio quædam extranea positio est. Pene autem nunc omnia dialectica problemata positiões vocãtur. Differt aũt nihil quomodolibet dicatur: non enim nomen effingere volentes, diuisimus sic ea, sed ut

non

non lateant nos, cum quædam eorum sint differẽtiæ. Nõ oportet autem omne problema, nec omnem positionem considerare, sed quam dubitauit aliquis eorum, qui ratione egent, & non pœna vel sensu. Nam qui dubitant, vtrum oportet deos honorare & parentes diligere, an non? pœna indigent, qui vero vtrum nix alba, an non? sensu. Neque vero, quorum propinqua est demonstratio, neq; quorũ valde longe. Nã illa quidẽ nõ habẽt dubitationem, hæc autem magis quam secundũ facultatẽ exercitatiuã.

## De speciebus disserendi, dialecticæq; disputationis. Cap. X.

DEterminatis autem his oportet duidere quod dialecticarum rationum sunt species. Est autẽ alia quidem inductio, alia autem syllogismus. Et syllogismus quidem quid est, dictũ est prius. Inductio uero est â singularibus in vniuersalia accessio: ut si est gubernator eruditus optimus: & auriga, & omnis qui est eruditis in vnoquoq; optimus. Est autem inductio verisimilior, & plane, & secundũ sensum notior, & pluribus communis. Syllogismus autem valentior, & ad contradicendũ efficatior. Ergo genera, de quibus disputationes, & ex quibus (quẽadmodum dictum est antea) determinata sint.

## De instrumentis, quibus syllogismorũ copiam nobis ad disserendum suppeditamus. Cap. XI.

INstrumenta autẽ, per quæ abundamus in syllogismis, sunt quatuor, unum quidẽ propositiones sumere. Secundum autem, quotupliciter vnumquodque dicitur, posse distinguere. Tertium differẽtias inuenire. Quartũ autem similitudinis consideratio.

Sunt

Sunt autem & modo quodam etiam tria horum propositiones. Est enim vnumquodque eorum propositionem facere, ut quoniã eligendum est honestum, vel delectabile, vel vtile, & quoniam differt sensus à disciplina, eo quòd amittenti eam, possibile est rursum sumere: illum autem impossibile: & quoniam similiter se habet salubre ad sanitatem, & habile ad bonam habitudinem. Est autem prima propositio ab ijs, quę multipliciter dicũtur, secunda a differentijs, tertia vero a similibus.

## De sumptione propositionum. Cap. XII.

ERgo propositiones quidem eligendum quotquot modis determinatum est in propositione, aut omnium opiniones proponenti: aut plurium, aut sapientum, & horum vel omnium, vel plurimorum, vel notissimorum. Aut etiam contrarias apparentibus, aut quæcumque opiniones secundum artem sunt. Oportet autem contrarias apparentibus probabilibus quascũque oportet protendere secundum contradictionem, quemadmodum dictum est prius. Vtile autem & facere eas in eligendo, non solum, quæ sunt probabiles, sed & simles eis, ut quòd contrariorum idem sit sensus, quoniam & scientia contrariorum est eadem. Et quòd videamus suscipientes aliquid, non emittentes, quonia & in alijs sensibus sic est, nam & audimus suscipientes aliquid, non emittentes, & olfacimus eodem modo, similiter autem & in alijs. Ampluus quæcumque in omnibus vel plurimis videntur sumendum, vt principium, & apparentem positionem, nam ponunt, qui non conspiciunt in aliquo non sic. Eligere autem oportet & ex scriptis disceptationibus. Descriptiones autem facere in vnoquoq; genere supponentes seorsum,

vt

vt de bono, aut de animali, & de bono omni incipiendo a quid est. Annotare autem, & singulorum opiniones, vt quod Empedocles quattuor dixerit elementa corporũ esse. Ponet enim aliquis, quod ab aliquo probato dictum est. Sunt autem, vt figuraliter sic complecti propositionum & problematum partes tres, nam alię sunt morales propositiones, alię naturales, aliæ rationales. Morales quidẽ sunt huiusmodi, vt vtrũ oporteat parentibus magis, an legibus obedire? rationales vero, vt vtrũ contrariorum eadem disciplina sit, an nõ? naturales autem, vt vtrũ mũdus sit æternus an non? Similiter autẽ & problemata. At vero quales sint singulæ earũ, quæ dictæ sunt, definitione quidẽ nõ facile assignare est ipsas, ea vero assuetudine, quę per inductionẽ est, tentãdũ cognoscere vnamquamq; earũ in dictis exemplis considerando. Ad philosophiã igitur secũdùm veritatem de his negociãdum, dialectico autem modo ad opinionem. Sumendæ autẽ sunt quã maxime vniuersales propositiones omnes, & de vna multæ faciendæ sunt, vt quod oppositorum eadẽ est disciplina: deinde quod contrariorum, & quod ad aliquid. Eodem modo, & ipse rursus diuidendæ, quousque contingere potest diuisio, vt quod boni & mali, & albi & nigri, & frigidi & calidi: similiter autem & in alijs. De propositionibus igitur sufficiant prædicta.

## De multiplici distinctione. Caput. XIII.

IPsum autem quotupliciter negociandum est, non solum quæcumque dicuntur secundùm alium modum, sed & rationes eorum tentandum assignare: vt non solum, quoniam bonum alio quidem modo dicitur iustitia, & fortitudo, euectum autem & sanatiuum alio, sed quoniam & illa quidem eo,

quod ipsa qualia quędam sunt, hæc autem eo quòd, effectiua alicuius, & non eo, quòd qualia quædam illa sunt, similiter autem et in alijs. Vtrum autem multipliciter specie dicitur, aut vno modo, per hæc considerandum. Primum quidem in contrario perspiciendum si muliplicitèr dicitur, siue specie tãtum, siue nomine & specie dissonet. Quædam enim statim & nominibus alia sunt: vt acuto in uoce contrarium est graue. In magnitudine autem, obtusum. Patet igitur quoniam contrarium acuto multipliciter dicitur. Si autem hoc, & acutum, nam secundum vtrunque horũ aliud erat contrarium. Non enim idem acutum erit obtuso & graui contrarium, vtrique autem acutum contrarium. Rursum graui in voce quidem, contrarium acutum, in corpore vero leue. Quare multipliciter graue dicitur: quoniam & contrarium. Similiter autem & pulchro, ei quidem, quod in animali turpe, ei vero, quod est in domo, permitiosum. Quare æquiuocum pulchrum. In quibusdam autem nominibus nullo modo dissonat, specie autem manifesta in eis statim differentia est, vt de claro, & obscuro. Vox enim clara, & obscura dicitur. Similiter autem & color: ergo nominibus quidem nihil dissonat, specie aũt manifesta in eis statim differentia est. Non enim similiter & color clarus dicitur, & uox clara. Manifestũ aũt hoc est pṣensum: nam eorũ, quæ eadẽ sunt specie, idẽ sensus est, at clarũ quod est in voce, & in colore, non eodem sensu iudicamus. Sed hoc quidem visu, illud autem auditu. Similiter autem & acutum & obtusum in saporibus, & in magnitudinibus. Sed hoc quidẽ tactu, illud autem gustu. Nam neq; hæc dissonant nominibus, neque in seipsis, neq; in contrarijs. Obtusum enim contrarium est vtrique.

que.

que. Amplius si huic quidem est aliquid contrarium, illi autem simpliciter nihil: ut ei, quæ est à potu delectationi, ea, quę est à siti tristitia, contrarium. Ei aũt, quæ est ab eo qđ est considerare, quoniam diametrer est costæ incommensurabilis nihil. Quare multipliciter delectatio dicitur: & ei quidem, quod est secundum mentem amare, odisse contrarium est: ei autem, quod est secundũ corporalem actum, nihil manifestum, quoniam amare æquiuocum. Præterea in medijs: si huic quidem est aliquid medium, illi autem nihil. Aut si vtrisque quidem est, non idem autem, ut clari & obscuri, in coloribus quidem aliquid est medium fuscũ, in voce autem nihil. Aut si forte raucum, quemadmodum quidam dicunt raucam uocem medium esse: quare æquiuocum clarum, similiter autem & obscurum. Insuper si horũ quidẽ plura media, illorum autem vnum, vt in claro & obscuro. Nam in coloribus plura media: in voce autem vnum, raucum. Rursum in eo quod secundùm contradictionem est, considerandũ, si multipliciter dicitur: nã & si hoc multipliciter dicitur, & quod huic opponitur: multipliciter dicitur: ut non uidere multipliciter dicitur: vnum quidem non habere visum, alterum autem non operari uisu. Si autem hoc multipliciter dicitur, necessarium est, & uidere multipliciter dici. Vtrique enim non videre opponitur, ut ei quidem, quod est non habere visum, habere. Illi autem, quod est non operari uisu, operari. Amplius in ijs, quæ secundùm priuationem & habitum dicuntur, perspiciendum: nam si alterum multipliciter dicitur, & reliquum: vt si sensibile multipliciter dicitur, & secundùm animam & corpus, & insensibile multipliciter dicetur, & secundùm animã, & corpus. Quod

autem secundum priuationem & habitum opponantur, quæ dicta sunt, manifestum, eo quod nata sint vtrumque sensum habere animalia, & secundum animam, & secundum corpus. Amplius autem in casibus considerandum, nam si iuste multipliciter dicitur, & iustum multipliciter dicetur, secundum vtrumque enim iustorum est iustum: vt si iuste dicetur & secundum sui cognitionem iudicare & ut oportet, similiter & iustum. Eodem autẽ modo & si salubre multipliciter dicitur, & salubriter multipliciter dicitur, ut si salubre dicitur, hoc quidem sanitatis effectiuum, illud autem conseruatiuum, quodam vero significatiuũ, & salubriter, vel effectiue, uel conseruatiue, vel significatiue dicetur. Similiter autem & in alijs, quando ipsum multipliciter dictum fuerit, & casus abeo multipliciter dicetur: & si casus, & ipsum. Considerauda autem & genera in ijs: quæ sunt secundum nomen prædicamentorum si, eadẽ sint in omnibus. Nã si non eadem, manifestum quoniam æquiuocũ est, quod dicitur. Vt bonum in cibus quidem effectiuum est voluptatis, in medicina autem effectiuum sanitatis, in anima vero qualem esse, vt castam, vel fortem, vel iustam, similiter autem & in homine. Aliquoties autem & quando, ut in tempore bonum, bonũ enim dicitur in tempore, plerumque autem quantum in mediocri, dicitur enim & mediocre bonum, quare æquiuocum bonum. Similiter autem & candidum, in corpore quidem color, in voce autem bene audibile. Similiter autem & acutum, non enim similiter idem in omnibus dicitur. Nam vox acuta quidem velox: sicut dicunt, qui secundum numeros harmonici sunt, angulus autẽ acutus, qui minor est recto, gladius vero, qui est ãguli acuti.

Consi-

Considerandа etiam & genera eorum, quæ sunt sub eodem nomine, si diuersa, & nõ subalterna sint, ut equus, quod & animal, & vas est. Diuersa enim, quę secundùm nomen, horum ratio est. Nam hoc quidem animal quale quid significat, illud vero vas quale quid. Si autem subalterna sint genera, non necessarium diuersas esse rationes, vt corui animal, & auis genus est. Quando enim coruum dicimus auem esse, & animal quale quid dicimus eundem esse: quare vtraque genera de eodem prædicantur. Similiter autem & quando animal volatile bipes coruum dicemus, auem dicimus eundem esse, & sic ergo vtraque genera de coruo prædicantur, & ratio eorum. In non subalternis generibus, non accidit hoc: neq; enim quando vas dicimus, animal dicimus, neque quando animal uas. Considerandum autem non solum si in proposito diuersa sint genera, & non subalterna, sed in contrario. Si enim contrarium multipliciter dicitur, manifestum, quoniam & propositum. Vtile autem ad definitionem inspicere, quæ de compositio fit, vt candidi corporis & candidæ vocis. Nam, sublato proprio, eandem rationẽ oportet relinqui: hoc autem non accidit in æquiuocis, vt in ijs, quę nunc dicta sunt. Nam hoc quidem erit corpus habens talem colorem: illud autem vox bene audibilis. Sublato igitur corpore, & voce, non idem in utraque relinquitur. At oportet, si vniuocum esset candidum, quod in vtraque dicitur, esse idem. Sæpe autem & in ipsis definitionibus latet assequens æquiuocum, quapropter & in definitione considerandum vt siquis significatiuum, vel effectiuum sanitatis, quod mediocriter se habet ad sanitatem, dicat esse, non refutandum: Sed inspiciendum, quid me-

diocriter quidem secundum vtrunq; dixit, vt si hoc quidem tale significat, ut facere sanitatem: illud autem tale, vt significare, qualis quidem sit habitus. Adhuc si non comparabilia sunt secundũ magis & minus, vel similiter, vt clara vox, clara vestis, & acutus sapor, & acuta vox. Hæc enim nec similiter dicuntur clara vel acuta, neq; magis alterum, quare æquiuocum clarum & acutum, nam vniuocum omne comparabile, aut enim similiter dicetur, aut magis alterum. Quoniam autem diuersorum generũ, & nõ subalternatim positorũ, diuersæ species sunt differentiæ: vt animalis: & scientiç (diuersæ enim horum differentiæ) considerandum: si quæ sub eodem sunt nomine, diuersorum generum & non subalternorum, diuersæ differentiæ sint: vt acutum vocis: & magnitudinis: differt enim vox a voce, eo quòd acuta sit. Similiter & magnitudo à magnitudine. Quare æquiuocum acutum: diuersorum enim generum & non subalternorum diuersæ differentiæ sunt. Rursum si eorundem, quæ sunt sub eodem nomine, diuersæ differentiæ sunt, vt coloris qui est in corporibus, & in melodijs. Nam eius, qui est in corporibus, congregatiuum, & disgregatiuum visus: eius vero, qui in melodijs, non eædẽ differẽtiæ. Quare æquiuocũ color: nam eorundem eædẽ differentiæ. Amplius quoniam species nullius est differentia, inspicere oportet, si eorum, quæ sub eodem sunt nomine, hoc quidem species est, illud autem differentia, vt clarum, quod in corpore quidẽ, species coloris, quod autem in voce, differentia, differt enim vox à voce, eo quòd clara sit. De eo igitur, quod multipliciter dicitur, per hæc & huiusmodi perspiciendum.

## De differentiarum inuentione, similium consideratione & vtilitatibus instrumentorum. Cap. XIII.

DIfferentias autem in ipsis generibus ad seinuicem perspiciendum, vt quo differt iustitia à fortitudine, & prudentia â temperantia: hęc enim ex eodem genere sunt, ex virtute. Ex alio in aliud, ut in ijs, quæ non nimium differunt vt in quo differt sensus à scientia. Nam in ijs quæ multum differunt, manifestæ omnino sunt differentiæ. Similitudinem autem considerandum in ijs, quæ sunt in diuersis generibus, ut sicut alterum ad alterum quiddam, sic aliud ad aliud, vt sicut scientia ad scibile, sic sensus ad sensibile. Et ut alterum in altero aliquo, sic aliud in alio: ut quemadmodum visus in oculo, mens in anima, & ut tranquillitas in mari, serenitas in aere, vtrumque enim quies. Maximè autem in ijs, quæ multum distant exerceri oportet: facile enim in reliquis poterimus similia inspicere. Considerãdum autem & ea, quæ sub eodem sunt genere, siquid inest omnibus idem, ut homini, & equo, & cani: nam si inest aliquid eis idem, in eo sunt similia. Vtile autem ipsum quidem, quod quotupliciter dicitur considerasse ad diluciditatem. Maximè enim quis scit quid ponatur, manifesto facto quotupliciter dicitur. Et ad fieri secundùm rem eandem, & non ad nomen syllogismos: si enim immanifestum sit quotupliciter dicitur: contingit non ad idem eum qui respondet, & qui interrogat, ferre intellectum. Manifestato autem quotupliciter dicitur, & ad quid ferens ponat, ridiculus videbitur interrogans esse, si non ad hoc sermonem faciat. Vtile etiam & ut non falsa ratione decipiamur, sed decipiamus potius: nam scientes quotupliciter dici-

tur, nõ hallucinamur, sed sciemus, si non ad idem sermonem faciat ís, qui interrogat. Et ipsi interrogantes poterimus apparẽti ratiocinatione fallere, nisi ís, qui respondet, agnoscat quotupliciter dicitur. Hoc aũt non in omnibus semper possibile est, sed quando fuerint eorum, quæ multipliciter dicuntur: alia quidem vera, alia autem falsa. Est autem propriæ nõ conuenies modus hic dialecticæ: quare omnino vitanda dialecticís huiusmodi ad nomen disputatio, nisi quis aliter non possit de proposito differere. Differẽtias autem inuenire vtile, & ad syllogismos de eodẽ & diuerso, & ad cognoscendum quid est vnumquodq;. Quòd autem ad syllogismos de eodem & diuerso vtile, manifestum. Inuenientes enim differentiam propositorum quamlibet, ostendẽtes erimus, quoniam non est idem. Ad cognoscendum autẽ quid est vnumquodque, eo quod propriam substantiæ cuiusque rationem ijs, (quæ circa vnumquodque sunt) accommodatis differẽtijs, separare solemus. Similitudinis autem consideratio vtilis est ad inductiuas rationes, & ad syllogismos ex suppositiõe, & ad assignationem definitionum. Ad inductiuas quidẽ rationes eo quòd circa singula in similibus inductione, vniuersale existimamus inducere. Non enim facile est inducere, ignorãtibus similia. Ad syllogismos vero ex suppositione, eo quòd probabile est, quẽadmodũ in vno simliũ se habet, sic & in reliquis. Quare ad quodcũq; eorum facultatem habebimus disputãdi, ante nobis cõcedi cõtendemus, quẽadmodũ in his se habet, sic et in proposito se habere. Id enim ostẽdẽtes, & propositũ ex suppositiõe ostẽdentes erimus. Supponẽtes enim quo modo in his se habet, sic & in proposito se habere, demonstrationẽ faciemus. Ad

definitio-

*definitionũ aũt aſsignationẽ, eo quod potentes conſpicere quod in vnoquoque idem, non dubitauimus in quo genere oporteat (cum definiemus) propoſitum collocare. Nam communium quod maxime in eo quod quid eſt, prædicatur, genus erit. Similiter autem & in multum diſtantibus vtilis ad definitiones ſimilitudinis conſideratio, vt quoniam idem tranquillitas in mari, & ſerenitas in aere, vtrumque enim quies: & quoniam punctum in linea, & unitas in numero, vtrumque enim principium: quare cõmune in omnibus genus aſsignantes, arbitrabimur non extraneè definire. Penè enim definientes, ſic ſolent aſsignare, nã & vnitatẽ principium numeri dicũt eſſe, & punctum principium lineæ. Manifeſtum igitur, quoniam vtrorumq; genus collocant. Inſtrumẽta itaque per quæ ſunt ſyllogiſmi, hæc ſunt: loci vero ad quos vtilia ſunt prædicta: ij ſunt.*

## SECVNDI TOPICORVM.

### Ariſtotelis de problematis vniuerſalibus, & in quibus prædicatis ineſſe & eſſe conuertuntur. Cap. I.

*SVnt autem problematum hæc quidẽ, vniuerſalia illa uero particularia. Vniuerſalia quidem, vt omnis voluptas bonum eſt, & nulla voluptas bonum. Particularia vero vt aliqua voluptas bonum, & aliqua voluptas nõ bonum. Sunt autem ad vtraq; genera problematũ cõmunia vniuerſalia, & conſtructiua, & deſtructiua. Oſtẽdentes enim quoniam omni ineſt, & quoniam alicui ineſt, oſtendentes erimus.*

Similiter

*Similiter autem & si quoniam nulli inest, ostenderimus, & quoniam non omni inest, ostendentes erimus. Primum ergo de vniuersalibus destructuis dicendum, eo quòd communia sint huiusmodi ad vniuersalia & particularia. Et quia magis positiones afferant in eo quod inest, quàm non: disputantes autem destruant. Est autem difficillimum ab accidente conuerti propriam nominationem. Nam aliquo modo & non vniuersaliter in solis contingit accidentibus. A definitione enim & proprio, & genere necessarium est conuerti, vt si inest alicui animal gressibile bipes esse, conuertentem verum erit dicere, quoniã illud animal gressibile bipes est. Similiter autem à genere, nã si animal inest alicui, animal est. Eodem modo & in proprio est. Si enim alicui inest. Grammatices susceptiuum' esse Grammatices susceptiuum erit. Nam nihil horũ contingit secundùm quid inesse, vel non inesse, sed simpliciter vel inesse, uel non inesse. In accidentibus autem nihil prohibet secundùm quid inesse, ut albedinem, vel iustitiam. Quare non sufficit ostendere, quoniam inest albedo, uel iustitia, ad ostendendum, quoniam albus vel iustus est propterea quia non necessarium est in accidentibus cõuerti. Determinare autẽ oportet, & peccata, quia sunt in problematibus: nam sunt duo, uel quo falsum dicũt, vel quo transgrediuntur positam locutionem. Falsum enim dicentes, & qui quod non inest, inesse dicunt mentiuntur, & qui extraneis nominibus res appellant (ut platanum hominem) transgrediuntur positã nominationem.*

## Loci problematum quòd quicquam insit uel non insit. Caput. II.

Vnus

VNus igitur locus est inspicere, si secundùm aliquẽ alium modum inest, quod accidens assignauit. Peccatur autem maximè id circa genus, vt si quis albo dicat accidere colorem esse. Non enim albo colorem esse accidit, sed genus eius color est. Contingit autem & secundùm nominationem determinare eum qui ponit, ut quoniam accidit iustitiæ virtutem esse. Sæpe autem & cum non determinat, manifestum, quoiam genus, ut accidens assignauit, ut si albedinem colori dixerit, uel ambulationem moueri. A nullo enim genere denominatiue prædicatio de specie dicitur, sed omnia uniuoce genera de speciebus prædicantur. Nam & nomen, & rationem generum suscipiunt species. Qui igitur coloratum dixit album, neque ut genus assignauit, quoniam denominatiue dixit, neque ut proprium, uel definitionem. Nam definitio, & proprium nulli alij inest. Sunt autem & colorata & pleraque aliorum, ut lignum, lapis, homo, equus, manifestum igitur, quoniam vt accidens assignauit. Alius locus est inspicere ea, quibus inesse, aut omnibus, aut nulli dictum est. Considerare uero secundùm species, & non in infinitis, nam uia magis, & in paucioribus consideratio. Oportet autem considerare, & incipere à primis, deinde consequẽter vsque ad indiuidua, ut si oppositorum eandem disciplinam quis dixerit esse, perspiciendum, si eorum quæ sunt ad aliquid, & contrariorum, & quæ secundùm priuationem & habitum, & quæ secundùm cõtradictionem dicuntur, eadem sit disciplina. Etsi in his nondum manifestum est, rursum ea diuidendum vsque ad indiuidua, vt si iusti, & iniusti, uel dupli & dimidij, uel cæcitatis & uisus, uel esse & non esse. Nam si in aliquo

quo ostendetur, quòd non sit eadem, interimentes erimus problema. Similiter autem & si nulli inest. Iste enim locus conuertitur ad construendum, & destruendum. Si enim in omnibus videbitur, cum diuisionem proferimus, vel in pluribus, postulandum est, aut vt vniuersaliter ponat, aut vt instantiam ferat in aliquo non sic esse. Nam si neutrum horum faciat, absurdus apparebit, qui non ponet. Alius est, definitiones facere accidentis, & eius cui accidit, aut vtriusque per vtrunque, aut alterius. Deinde considerare, siquid non uerum in definitionibus perinde ac uerum sumptum sit, ut si est deus iniustitiam facere, quid in iustitiam facere. Si enim nocere sponte, manifestum, quoniam non est deus iniustitiam facere. Non enim contingit nocere deum. Et si inuidus sit studiosus, quis inuidus, & quæ inuidia. Nam si inuidia est tristitia in apparenti prosperitate alicuius proborũ: manifestum est, quoniam studiosus, nõ est inuidus. Prauus enim esset: & si indignans inuidus, quis vterque eorum. Sic enim manifestum erit, vtrum uerum an falsum sit, quod dictum est, ut si inuidus quidem sit, qui tristatur in bonorum prosperitatibus: indignans autem, qui in malorum prosperitatibus tristatur, manifestum quoniam non erit inuidus indignans. Sumere aũt & pro ijs (quæ in definitionibus sunt) nominibus, definitiões, & nõ destruere donec ad notũ deuentũ sit. Nã sæpe, cũ tota quidẽ definitio assignata sit, non manifestum est, quod quæritur: pro aliquo autem eorum (quæ in definitione sunt) nominum definitione dicta, manifestum fit. Amplius ad problema per propositionẽ factam in aliquo instare. Nam instantia erit argumentum ad positionem. Est autem locus hic penè idẽ ei quo considerare, quibus

bus ineſſe vel omnibus vel nulli, dictum eſt, differt autem modo. Amplius determinare, quæ oportet dicere, vt plures, & quæ non. Vtile enim & ad conſtruendum ad deſtruendum: ut quoniã nominationibus quidem res nuncupandum, vt plures. Quæ autem ſunt, talia ne ſint, an non talia? non amplius attendendũ ad plures. Vt ſalubre quidem, dicendum effectiuum ſanitatis, ceu plures dicunt. Vtrum autem propoſitum effectiuũ ſit ſanitatis, an non? non amplius vt plures dicendum, ſed vt Medicus. Amplius ſi multipliciter dicatur, poſitum autem ſit, quoniam ineſt, aut quoniam non ineſt. Alterum demonſtrare eorum, quæ multipliciter dicuntur, ſi non vtraque contingat. Vtendum autem in ijs quæ latent: nam ſi non lateat multipliciter dictum, inſtabit quoniã non demonſtratũ eſt id, quod ipſe dubitat, ſed alterum. Hic aũt locus conuertitur & ad conſtruendũ & ad deſtruendũ. Nam conſtruere volentes, quoniam alterũ ineſt, ſi nõ ambo poterimus. Deſtruentes autem, quoniam non ineſt, alterũ oſtendemus, ſi ambo non poterimus. Veruntamẽ deſtruenti quidem nihil oportet ex cõceſſiõe diſputare, neq; ſi õni, neq; ſi nulli dictum ſit ineſſe. Nam ſi oſtenderimus, quoniam non ineſt, quod cũq; id ſit, interimentes erimus omni ineſſe. Similiter autem, & ſi vni oſtenderimus ineſſe, interimemus nulli ineſſe. Conſtruentibus autem præconfitendum, quoniam cuius ineſt, omni ineſt, ſi veriſimile ſit poſtulatum. Non ſufficit enim ad oſtendendum, quoniã õni ineſt, in vno diſputaſſe. Vt ſi hominis aĩa ĩmortalis eſt, propter hoc anima õnis immortalis: quare præconfitendũ quoniã ſi quæcũq; anima ĩmortalis, õnis immortalis. Hoc aũt non ſemper faciendũ, ſed quãdo nõ facile poſſumus cõmunẽ in

omnibus

omnibus vnã rationẽ dicere: quẽadmodũ geometer, quoniã triãgulos duobus rectis æquos habet tres angulos. Si aũt nõ lateat, quod multipliciter dicetur, diuidendũ quotupliciter dicitur, & in terimẽdũ & construẽdũ, vt si dicẽs est vtile, aut honestũ, temãdum, ambo construere vel interimere de proposito: ut quomam honestũ, & quoniam vtile, vel quoniam neq; honestum, neq; vtile. Si autem non cõtingat vtraque, alterum ostendendum, annotato, quoniam hoc quidem est, illud autem non. Eadem autem ratio est, etiam si plura sint, in quæ diuiditur. Rursum quæcũque non secundum æquiuocationem dicuntur multipliciter, sed alio modo. Vt disciplina est vna pluriũ, aut vt finis atq; vt eius, quod ad finẽ, vt medicinalis eius, quod sanitatẽ facit, vt quod cibat: aut, ut amborũ finiũ, veluti contrariorum eadem disciplina. (Nihil enim magis finis alterum altero) aut vt eius, quod per se est, & eius, quod per accidẽs, ut per se quidẽ quòd triangulus tres angulos habet duobus rectis æquales: per accidẽs aũt, quoniã æquilaterus. Cum enim accidat triangulo æquilatero triangulũ esse, per hoc cognoscimus, quoniã duobus rectis æquales habet. Si ergo nullo modo cõtingit eãdem esse pluriũ disciplinã, manifestũ, quoniam omnino nõ contingit esse. Aut si aliquo modo contingit, manifestum quoniam contingit. Diuidere autem quotupliciter, vtile: vt si voluerimus construere, talia præstituenda sunt, in quæcumque contingunt, & diuidendũ in ea tantum, quæcunque vtilia sunt ad construendum. Si autem destruere, quæcunque non contingunt, reliqua vero omittenda. Id autem faciendum in ijs, cum latuerit, quotupliciter dicuntur. Et esse hoc quidem huius, aut non esse, ex eisdem locis astruendum, ut

disciplina, huius quidem, aut vt finis, aut vt eorum quæ sunt ad finem, aut vt eorum, quæ sunt secundum accidens. Vel rursum non esse aliquid secundùm aliquem dictorum modorum, eadem autem ratio, & in desiderio, & in alijs quæcunque dicũtur plurium. Est enim desiderium huius, aut vt finis, ut sanitatis: aut eorum quæ sunt ad finem, vt medicinæ conficiendæ: aut vt eorum, quæ sunt secundùm accidens, vt in vino amicum dulce, non qua dulce est, nam per se dulce desiderat, unum autem per accidens. Si enim austerum fit, non amplius desiderat, per accidens ergo desiderabat: Vtilis aũt est locus hic, & in ijs, quæ sunt ad aliquid. Penè enĩ talia, eaquç ad aliquid sunt. Amplius transferre ad euidentius nomẽ, ut pro exacto in opinione, clarũ et curiositate, cupiditas superfluarũ rerũ. Euidentiori enĩ facto, bene argumẽtabilis est positio. Est aũt hic locus ad vtrũque communis, ad construendum, & ad destruendũ. Ad ostẽdendum autem contraria eidem inesse considerandum in genere, vt si volumus ostendere, quoniam est circa sensum rectitudo, & peccatum, sentire quidem iudicare est: Iudicare autem est recte, & non recte. Et circa sensum utique erit rectitudo, & peccatũ. Nunc ergo ex genere circa speciem demonstratio fit, nã iudicare est genus ipsius sentire, qui nãq; sentit, aliquo modo iudicat. Rursum ex specie generi, quæcũque enim speciei insunt, & generi. Vt si disciplina praua est, & studiosa, & dispositio praua & studiosa. Nã dispositio disciplinç genus est. Primus autem locus falsus est ad construendũ. Secundus autem verus: non enim necessarium quçcunq; generi insunt, & speciei inesse: Nam animal est volatile, & quadrupes, homo aũt non. Quæ

cumq;

cumq; vero ſpeciei inſunt, neceſſario & generi. Si enim homo ſtudioſus, & animal ſtudioſum eſt. Ad deſtruendum antẽ & primus quidem verus, ſecundus autem falſus, quæcumque enim generi non inſunt, neque ſpeciei. Quæcumque vero ſpeciei nõ inſunt, non neceſſe eſt generi non ineſſe. Quoniam aũt neceſſariũ eſt de quibus genus prædicatur, & ſpecierum aliquã prædicari, & quæcũque habent genus, aut denominatiue â genere dicuntur, & ſpecierũ aliquã neceſſarium eſt habere, aut denominatiue ab aliqua ſpecierum dici. Vt ſi de aliquo diſciplina dicatur, & Grãmatica, aut Muſica, aut aliqua aliarum ſcientiarum prædicabitur. Etſi aliquis habet diſciplinam, uel denominatiue â diſciplina dicitur: & Grãmaticam habebit, vel Muſicam, vel aliquam aliarum diſciplinarum, aut denominatiue ab aliqua earum dicetur: vt grammaticus, vel muſicus. Si igitur aliquid ponatur dictum â genere quomodolibet, vt animam moueri, conſiderandum eſt, ſi ſecundum aliquam ſpecierum motus contigat animam moueri, ut augeri, vel minui, vel corrumpi, vel generari, aut quæcumque ſunt ſpecies aliæ motus. Nam ſi ſecundum nullam, palam eſt, quoniam non mouetur. Hic autẽ locus cõmunis eſt advtrũq;, & ad conſtruendum, & ad deſtruẽdum. Si enim ſecundum aliquam ſpecierũ mouetur, manifeſtũ quoniam mouetur: & ſi ſecundum nullam ſpeciẽ mouetur, palã quoniam non moueatur. Non abundanti autem argumentatione ad poſitionem, intendendũ ex definitionibus, aut quæ ſunt propoſitæ rei, aut quæ vidẽtur: & ſi non ab vna, ſed à pluribus. Facile enim definientibus argumentari erit, nam ad definitiones facilis argumentatio eſt. Conſiderandum autem in propoſito, quo-

nam

nam existẽte, necesse est positum esse: aut quid est ex necessitate si propositum est. Construere quidẽ volenti, quo existente, propositum erit ex necessitate: nã si illud ostẽdetur esse, & propositum ostensum erit. Destruere autẽ volenti, quid est si propositum est, nam si ostenderimus consequẽs propositum non esse, interimentes erimus propositum. Amplius ad tempus inspiciẽdum, si alicubi dissonat, vt si quod nutritur dixerit quis ex necessitate augeri, nutriuntur enim semper animalia, augentur autem non semper. Similiter autem, & si scire dixerit quis reminisci: nam hoc quidem prçteriti temporis est, illud autẽ præsentis & futuri. Scire enim dicimur præsentia & futura, ut quoniam erit defectus solis: reminisci autẽ non contingit alterius quã præteriti. Amplius sophisticus modus est, ducere ad id, ad quod plurimã habemus argumentorũ facultatẽ. Hoc aũt erit, quandoq; quidẽ necessariũ, quandoq; aũt apparẽs necessariũ, quãdoq; aũt nec apparẽs, nec necessariũ. Necessariũ quidẽ quãdo, negãte eo qui respondet aliquid utiliũ, ad illud rationes facit. Cõtingit autem id talũ esse, ad quæ copiosam argumentorũ facultatem habemus. Similiter aũt & quãdo inductione ad aliquod oppositũ factũ interimere, conatur: hoc enĩ interẽpto, & propositũ interimitur. Apparẽs aũt necessariũ est, quãdo videtur quidẽ vtile, & accõmodatum ponit, non est autem ad id, ad quod fiunt disputationes, siue negante eo, qui disputationem sustinet, siue ab inductione probabili per positionem ad idem factam, interimere conetur idipsum. Reliquum vero, quãdo nec necessarium est, nec apparẽs ad id, ad quod fiunt disputationes, sed vt accidat redarguere respondentem verum, oportet deuitare postremum

dictorum modorum: omnino enim semotus & extraneus videtur esse à dialectica. Quare oportet & respondentem non discordem esse: sed ponendo, quæ non vtilia sunt ad positionem: significare oportet quæcunq; non videntur: ponere tamen. Nam magis perplexos esse (vt plurimum cõtingit eos) qui interrogãt quando omnia huiusmodi eis posita fuerint: si non concludant. Amplius omnis qui dixit vnum quoduis, quodammodo multa dixit, eo quòd plura vnicuiq; ex necessitate consequentia sunt, vt qui hominem dixit esse, quoniam animal est, dixit, & quoniam animatum, & quoniam bipes, & quoniam mentis, & disciplinæ susceptiuum. Quare quouis vno consequentium interempto: interimitur & quod in principio est. Cauere autem oportet in huiusmodi difficilioribus assumptionẽ facere. Nam quandoq; quidẽ facile est ipsum consequens interimere: quandoque aũt id ipsum propositum. Quibuscunque autem necesse est alterum tantum inesse, vel non inesse, vt homini ægritudinem vel sanitatem: si ad alterum facile poterimus disputare, quoniam inest, vel non est, & ad reliquum facile poterimus: hoc autem conuertitur ad vtrũque: ostendentes enim quoniam inest alterum, quoniam non inest reliquum ostendentes erimus. Si autem quoniam non inest, ostenderimus, reliquum inesse ostendentes erimus. Manifestum igitur, quoniam ad vtrunque vtilis hic locus est. Amplius argumentari transferendo nomen in orationem: cum lõge magis consentaneum visum fuerit transumere quàm vt ponatur nomen: vt boni animum, non fortem (vt ponitur) sed bene animum habentem: quemadmodum etiam fidentem, bona separantem. Similiter autem & eudæmona, cuius vtique dæmon fuerit studiosus:

quemadmodum Zenocrates inquit eudæmonaeum esse qui animam habet studiosam. Hanc enim vnicuiq; esse dæmonẽ. Quoniam autem rerum aliæ quidem sunt ex necessitate, aliæ autem, vt in pluribus, aliæ vero ad vtrumlibet, si quod ex necessitate est vt in pluribus ponatur, aut quod, vt in pluribus, ex necessitate, aut ipsum, aut contrarium ei, quod est, vt in pluribus: semper dat locum argumentationis. Nam si quod ex necessitate est, vt in pluribus ponatur, manifestum, quoniam non omni dicit inesse, cum insit omni. Quare peccauit: siue quod vt in pluribus dicitur, ex necessitate dixit, õni dixit inesse, cum non insit omni. Similiter autem & si contrarium ei, quod in pluribus est, ex necessitate dixit. Semper enim in paucioribus dicitur contrarium ei, quod est in pluribus: vt si, vt in pluribus praui homines, boni in paucioribus, quare multo magis peccauit, si bonos ex necessitate dixit. Similiter autem & si quod ad vtrumlibet esse, ex necessitate dixit, vel ut in pluribus. Neque enim ex necessitate est quod ad utrumlibet est, neque ut in pluribus. Contingit autem, & si non determinãs dixerit, utrum ut in pluribus, an ex necessitate dixit: sit autem res: ut in pluribus, disputare ut ex necessitate is dixerit, ut si prauos exhęredandos dixit esse, nõ determinans, tanquam ex necessitate is dixerit, disputare. Amplius & si idem sibi accidens posuerit, vt alterum, eo quòd alterum sit nomen. Quemadmodum Prodigus diuidebat uoluptates, in gaudium, & iucunditatem, & lætitiam. Hęc enim omnia eiusdem (ideſt uoluptatis) nomina sunt. Si ergo aliquis gaudere ei, quod est lætari, ponat, accidere, idem utique sibi ipsi dicet accidere.

## De eisdem terminandis problematis loci alij. Cap. III.

QVoniam autem cõtraria cõnectuntur quidem. Sibi inuicem sex modis, contrarietatem autem faciunt quadrupliciter complexa: oportet accipere contraria quocumque modo utile fuerit & destruenti, & construenti. Quod autem sex modis complectantur, manifestum. Nam aut vtrumque contrariorum vtrique contrariorum connectitur. Hoc autem dupliciter, ut amicis benefacere, & inimicis male: vel econuerso, vt amicis male, & inimicis bene: aut quando utraque de vno. (Dupliciter autem & hoc, vt amicis benefacere, & amicis male, vel inimicis benefacere, & inimicis male.) Aut vnum de vtrisque (& hoc quoque dupliciter, vt amicis bene, & inimicis bene: vel amicis male, & inimicis male) primæ autem duæ dictæ complexiones non faciunt contrarietatem, id enim quod est amicis benefacere ei, quod est inimicis malefacere, non est contrarium. Vtraque enim eligenda sunt, & eiusdem moris: neque id quod est amicis male, ei quod est inimicis bene. Nã & hæc utraque fugienda, & eiusdem moris sunt. Non videtur autem fugiendum fugiendo contrarium esse, nisi alterum quidem secundùm superabundantiam, alterum autẽ secundũ defectũ dictũ sit. Nã superabundãtia fugiendorũ videtur esse, similiter autem & defectus. Cæterç verò quatuor õnes faciũt cõtrarietatẽ. Nam id quod est amicis benefacere, ei quod est amicis male, contrariũ est: similiter autem & in alijs. In vnaquaçs enim cõugatione vnũ eligendũ, alterũ fugiendũ, & alterũ quidẽ boni, alterum autem mali moris est. Manifestum igitur ex ijs, quæ dicta sunt, quoniã eidẽ plura contraria accidunt fieri. Nã ei, quod est amicis benefacere, id quod est inimicis benefacere: et

id,

id,quod est amicis male,contrarium est. Similiter aũt aliorum singulis quibuscumq; eodem modo consideratis, duo contraria apparebunt. Accipiendũ igitur est,contrariorũ quodcũq; erit ad positionẽ vtile. Amplius si est aliquid contrarium accidenti considerandũ est,si inest ei,cui dictum est accidens inesse. Si enim hoc inest,illud non inerit. Impossibile enim est simul cõtraria eidem inesse. Aut si quid tale dictum est de aliquo, quod cũ insit,necesse est contraria esse,vt ideas in nobis quis dixerit esse. Nam & moueri & quiescere eadem accidet, & etiam sensibiles & insensibiles. Videntur enim ideæ quiescere, & immobiles,& intelligibiles esse ijs,qui ponunt ideas esse. Attamen cum sint in nobis,impossibile est immobiles esse,siquidẽ motis nobis, necessarium est & quę in nobis sunt omnia simul moueri: Manifestum,quoniam & sensibiles,si in nobis sunt. Nam per sensum, qui circa visum est, eam, quæ in vnoquoque est formam, cognoscimus. Rursum si positũ est accidẽs cui aliquod contrarium est,considerandum,si & contrarij susceptiuum est, quod & accidentis est. Nam idem est contrariorum susceptiuũ. Vt si odium sequi iram quis dixerit,erit odiũ in furoris specie. Illic enim ira est: inspiciendum igitur si & cõtrarium in furoris specie amor est. Nã si non,sed in concupiscibili est amor,odium irã non sequetur. Similiter autem & si cõcupiscibile ignorare dixerit. Erit enim scientiæ susceptiuum,si quidẽ & ignorantæ, quod quidem non videtur concupiscibile susceptiuum esse scientiæ. Destruenti ergo,quemadmodum dictum est, vtendum est, construẽti vero,quoniam inest quidem accidens,non vtilis locus est: quoniam autem contingit inesse,vtilis est. Ostendentes enim quo-

niam non ſuſceptiuum eſt contrarij: oſtendentes erimus, quoniam neque ineſt accidens, neque contingit ineſſe. Si autem oſtenderimus, quoniam ineſt contrarium, aut quoniam ſuſceptiuum eſt contrarij: nondum oſtendentes erimus, quoniam accidens ineſt, ſed quoniam contingit ineſſe intantum ſolum oſtenſum erit. Quoniam autem oppoſitiones ſunt quatuor, conſiderandum ex contradictionibus econuerſo ex conſequentia & interimenti & cõſtruenti. Sumere autem eſt ex inductione, vt ſi homo animal, nõ animal non homo. Similiter autem & in alijs. Hic enim econuerſo conſequentia: nam hominem animal ſequitur, non hominem autem non animal nequaquam. Sed econuerſo non animal non homo. In omnibus igitur tale eſt exiſtimandum, vt ſi bonum ſuaue, & non ſuaue non bonum. Si autem non hoc, nec illud. Similiter autem & ſi non ſuaue non bonum, bonum ſuaue. Manifeſtum igitur, quoniam ad vtrumq; conuertitur, quæ ſecundum cõtradictionẽ eſt conſequentia econuerſo facta. In contrarijs autem conſiderandum, ſi contrarium contrarium ſequatur, an in ipſis conſequentia ſit, an econuerſo: & interimenti, & conſtruenti? Sumere autem & talia eſt ex inductione, in quantum quidem vtilis ſit in ipſo conſequentia, ut in fortitudine & timiditate. Nam illam quidem ſequitur virtus, hanc autem uitium: & illam quidem ſequitur eligendum, hanc autem fugiendum. In ipſis igitur & ſic conſequentia eſt. Contrarium enim eligendum fugiendo eſt, ſimiliter autem & in alijs. Econuerſo autem, conſequentia, ut bonam quidem habitudinem ſanitas ſequitur, malam autem habitudinem, ægritudo nequaquam, ſed ægritudinem ma-

la habitudo. Manifestum igitur, quoniam econuerso consequentia in his fit. Raro igitur ecõuerso accidit in cõtrarijs, sed in pluribus in ipsis consequentia. Si ergo neq; in ipsis cõtrariũ sequitur cõtrariũ, neq; econuerso, manifestũ quoniã neq; eorũ, quæ dicta sũt, alterũ sequitur alterũ. Si aũt in cõtrarijs, & in ijs quę dicta sũt, necesse est alterũ sequi alterũ. Similiter aũt cõtrarijs, & in priuatiõibus & habitibus respiciendũ. Verũtamen non est priuatiõibus econuerso, sed in ipsis consequentiã necessarium est sẽp fieri, veluti uisũ quidẽ sequi sensũ, cæcitatẽ aũt, insensibilitatẽ. Opponitur enim sensus insensibilitati, ut habitus priuationi. Nã eorum illud quidem habitus: hoc autem priuatio est. Similiter autem habitui & priuationi, & in ijs, quæ sunt ad aliquid, utendum. In ipsis enim & horum consequẽtia est. Vt si triplum multiplum, & subtriplum submultiplum dicitur. Triplum enim dicitur quidem ad subtriplũ, & multiplum ad submultiplum. Rursus, si scientia opinio, & scibile opinabile, & si visus sensus, & uisibile sensibile. Instantia, quoniam non necesse est ijs, quę sunt ad aliquid, consequentiam fieri, quemadmodum dictum est: nam sensibile scibile est, sensus autem non est scientia. Non tamen vera instantia videtur esse. Multi enim non dicunt sensibilium esse scientiam. Insuper autem ad contrarium, non minus vtile quod dictum est, vt quoniam sensibile non est scibile, neque etiam sensus scientia erit. Rursus in coniugatis & casibus & interimenti, & constructi. Dicuntur autem coniugata quidem huiusmodi vt iusta, & iustus iustitiæ, & fortia, & fortis fortitudini. Similiter autem & affectiua, & conuersatiua, coniugata illi, cuius sunt effectiua, & conuersatiua vt sanatiua, sanitatis, habitua-

tiua, habitudinis, eodem autem modo & in alijs. Coniugata igitur talia solent dici. Casus autem, vt iuste, & fortiter, & sanatiue, & habituatiue, & quæcunque eodem modo dicuntur. Videtur autem, & quæ sunt secundum casus, coniugata esse, vt iuste iustitiæ, & fortiter fortitudini. Coniugata autem dicuntur secundum eandem coniugationem omnia, vt iustitia, iustus, iustum, iuste. Manifestum igitur, quoniam vno quouis ostenso eorum, quæ secundum eandem coniugationem dicantur, vt bono, vel laudabili, & reliqua ōnia ostensa sunt. Vt si iustitia est laudabilium, & iuste, iustus, iustum laudabilium. Dicetur autem iuste & laudabiliter secundum eundem casum: (nam à laudabili) quemadmodum iuste à iustitia. Considerandum autem non solum in eo, quod dictum est, sed etiam in contrario contrarium, vt quoniam bonum non ex necessitate est suaue, nec malum quoque est triste. Aut si hoc, & illud. Et si iustitia est scientia, & iniustitia erit ignorantia, & si quod iuste est, scienter, & experienter est: quod iniuste est, ignoranter, & inexperinter est. Si autem hæc non, nec illa, vt in eo quod nunc dictum est. Magis enim vtique apparebit quod iniuste est, experienter, quam inexperienter esse. Hic autem locus dictus est prius in contrariorum cōsequentijs. Nihil enim aliud nunc ostendimus quâm contrarium sequi contrarium. Amplius in generationibus & corruptionibus, & effectiuis, & corruptiuis, & interimenti, & constructiui. Nam quorum generationes bonę sunt, & ipsa bona sunt, et si ipsa bona sunt, & generationes bonæ. Si autem generationes malæ, & ipsa mala. In corruptionibus autem è contrario. Si enī corruptiones bonæ, ipsa mala. Sin autem corruptiones malæ,

ipsa sunt bona. Eadem ratio in effectiuis, & corruptiuis. Quorum enim effectua bona, & ipsa bona: quorum vero corruptiua bona, ipsa mala.

## Ex similibus appositione, magis simpliciter & secundum quid loci. Cap. IIII.

RVrsum in similibus, si similiter se habent: vt si scientia vera plurium: & opinio. Et si visum habere est videre, & auditum habere est audire. Similiter autem, & in alijs & in ijs, quæ sunt, & in ijs, quæ videntur. Vtilis autem est hic locus ad vtrunque: nam si in aliquo similium sic se habet, & in alijs similibus. Si autem in aliquo non, nec in alijs similibus. Considerandum aũt & si in vno, & si in pluribus, similiter se habeant. Aliquoties enim dissonãt: vt si scire est cogitare: & multa scire est cogitare. Hoc autem non est verum. Contingit enim plura scire, cogitare autem non. Si igitur non est hoc, neque est illud, quod est in vno: vt scire sit cogitare. Amplius ex magis, & minus. Sunt autem eius, quod est magis loci quatuor. Vnus quidẽ si magis sequitur magis. Vt si voluptas bonum, & magis voluptas, magis bonum. Et si iniuriam facere malum, & magis iniuriam facere, magis malum. Vtiles autem ad vtrunque hic locus. Nam si sequatur ad subiecti incrementum accidentis incrementum, quemadmodum dictum est: manifestum, quoniã accidit. Si autem non sequatur, non accidit. Hoc autem inductione sumendũ. Alius vno de duobus dicto, si cui magis videtur inesse, nõ in est, nec cui minus, et si cui minus videtur inesse, inest, & cui magis. Rursum duobus de vno dictis si quod magis videtur inesse non inest, nec quod minus, aut si quod minus videtur inesse, inest:

ineſt, & quod magis. Amplius duobus de duobus dictis, ſi quid alteri magis videtur ineſſe, non ineſt, nec reliquum reliquo. Aut ſi quod minus videtur alteri ineſſe, ineſt, & reliquum reliquo. Amplius ex eo, quod ſimiliter ineſt, vel videtur ineſſe, tripliciter: quemadmodum in eo, quod magis, vt in poſterioribus tribus dictis locis dicebatur. Siue enim vnum quiddam duobus ſimiliter ineſt, aut videtur ineſſe, ſi alteri non inſit, nec alteri. Si autem alteri ineſt, & reliquo: ſiue duo eidem ſimiliter, ſi alterum non inſit, nec reliquum, ſi autem alterum, & reliquum. Eodem autem modo & ſi duobus duo ſimiliter inſunt. Nam ſi alterum alteri non ineſt, nec reliquum reliquo. Ex eo igitur quod eſt magis & minus, & quod eſt ſimiliter, tot modis cõtingit argumentari. Amplius autem ex oppoſitione, ſi alterum, ad alterũ appoſitũ faciat bonũ, vel albũ, cũ non fuerit prius albũ, aut bonũ quod appoſitũ eſt, erit albũ, vel bonũ, quale quidem & totum facit. Amplius autem ſi id, ad quod eſt appoſitum aliquid facit magis tale, quale erat, & ipſum erit eiuſmodi: ſimiliter autem & in alijs. Vtilis autẽ non in omnibus hic locus, ſed in quibus ipſius magis crementũ accidit fieri. Nõ tamẽ locus iſte cõuertitur ad deſtruendũ: nam ſi non facit, quod appoſitum eſt, bonum nondum manifeſtum ſi ipſum eſt non bonũ. Bonũ enim malo appoſitum, non ex neceſſitate bonum totum facit: nec albũ nigro, nec dulce amaro. Rurſum ſi quid magis & minus dicitur, & ſimpliciter ineſt. Quod enim bonum, aut album nõ eſt, neque magis, neque minus bonum, vel album dicetur. Nam malum de nullo magis, vel minus bonum, ſed magis malum, vel minus dicetur. Non conuertitur autem hic locus ad deſtruẽdũ.

Multa

*Multa enim eorum, quæ non dicuntur magis, ſimpliciter ſunt, homo enim non dicitur magis, aut minus, ſed nõ propter hoc nõ erit homo. Eodem autẽ modo conſiderandũ eſt, & in ijs, quæ ſecundùm quid, & quando, & vbi ſunt. Nam ſi ſecundum quid contingit, & ſimpliciter contingit. Similiter autem & quando, & vbi. Nam quod ſimpliciter eſt impoſsibile, neque ſecundùm quid, neque ſecundum vbi, neque ſecundum quando contingit. Inſtantia eſt, quoniam ſecundum quid quidem ſunt natura ſtudioſi (vt liberales, vel caſti.) Simpliciter autem non ſunt natura ſtudioſi. Nullus enim natura eſt prudens. Similiter autem & quando contingit corruptibilium aliquid non corrumpi, ſimpliciter autem non contingit non corrumpi. Eodem autem modo & vbi: expedit enim tali victus obſeruantia, ut, in morboſis locis. Simpliciter aũt non expedit. Adhuc aũt alicubi vnum tantum poſsibile eſt eſſe, ſimpliciter aũt non poſsibile eſt vnũ tantũ eſse. Eodẽ aũt modo & alicubi bonum eſt quidẽ patrem ſacrificare, vt in tribulis, ſimpliciter aũt nõ bonũ. An hoc quidẽ nõ vbi ſignificat, ſed quibuſdã, nihil enĩ refert vbicũq; ſint. Vbiq; enim erit eis bonũ in tribulis. Rurſum expedit quidẽ medicari, ut quando ægrotat, ſimpliciter aũt non. An neq; hoc quãdo ſignificat, ſed in eo, quod afficitur aliquomodo. Nihil enim refert quodcumq; dũmodo ſic affectus ſit. Simpliciter aũt eſt, qđ nullo addito dicis, quoniã bonũ eſt, aut contrariũ, vt patrẽ ſacrificare non dicis bonũ eſſe, ſed quibuſdã bonum eſſe. Nõ igitur ſimpliciter bonũ. Sed deos honorare bonũ dicis, nihil addens. Simpliciter enim bonum eſt. Quare quod nullo addito uidetur eſſe honeſtum, uel turpe: uel aliquid talium, ſimpliciter dicetur.*

TER

# TERTII TOPICORVM.

## Aristotelis de meliorum, eligibiliorumque problematum locis. Cap. I.

VTRVM autem eligibilius aut melius duorũ pluriumue, ex his perspiciendum. Primum autem determinetur, quoniam considerationem facimus nõ de plurimũ distãtibus, & magnã adinucẽ differentiã habentibus (nullus enim dubitat, vtrũ felicitas, an diuitiæ eligibiliores) sed de ijs, quæ propinqua sunt, et de quibus dubitamus vtro oporteat apponere magis, eo quia nullã videmus alterius ad alterum præeminentiam. Manifestũ igitur ex his, quoniam ostensa vna præeminentia, vel pluribus, constituetur ratiocinatio, quoniam id eligibilius est, quod eorum est præeminẽs. Primum igitur quod diuturnius, aut firmius eligibilius est, eo quod minus huiusmodi est. Et quod magis eligit prudẽs, aut vir bonus, aut recta lex, aut studiosi circa singula delecti, quatenus tales sunt, aut in vnoquoque geuere periti, aut quæcumque plures, vel omnes (vt in medicina, uel ædificatoria, quæ plures medicorum, vel omnes) aut quæcumq; omnino plures, vel omnes, vel omnia, vt bonum: omnia enim bonum appetunt. Oportet autem ducere ad id, quod fuerit vtile, quod dicẽdum est. Est autem simpliciter quidem melius ac eligibilius, quod est secundum meliorem disciplinam, vt si melior disciplina sit Philosophia quàm ædificatoria, & simpliciter eligibiliora erũt, quç secundùm Philosophiam sunt, ijs quç sunt secũdum ædificatoriã. Alicui autem id, quod est secundum propriam. Deinceps vero

quod

quod quidem hoc, quod eo, quod nõ in genere est, vt iustitia iusto: nam illa quidem, in genere bono, hoc autem non. Et illa quidem quod quidem bonum est, hoc autem non. Siquidem nihil dicitur, quod quidem genus est, quod non est in genere, vt albus homo non est, quod quidem color, similiter autẽ & in alijs. Et quod propter se eligendum eo eligẽdo, quod est propter aliud, est eligibilius: ut sanum esse quàm exercitari. Illud enim propter se eligendũ, hoc autem propter aliud est. Et quòd per se eo, quod per accidens, ut amicos iustos esse eo quòd inimicos. Illud enim per se eligendum: hoc autẽ per accidẽs eligimus. Inimicos enim iustos esse eligimus per accidens, ut nihil nobis noceant. Est aũt hoc idem ei, quod ante hoc. Differt autem modo, nam amicos iustos esse per se eligimus, & si nihil nobis debeat fore, quãuis apud Indos sint. Inimicos autẽ propter alterum, ut nihil nobis noceãt. Et quod causa boni per se eo, quòd per accidens causa, quemadmodum virtus fortuna. Nam illa quidem per se, hæc autem per accidens est causa bonorum, & si quid aliud huiusmodi. Similiter autem & incontrario. Nam quod per se est causa mali, fugibilius est eo quod per accidẽs, ut vitium quàm fortuna. Nam illud quidem per se malum, fortuna autem per accidẽs. Et quod simpliciter bonum eo, quod alicui, eligibilius est, ut sanum fieri, quàm incidi. Nam illud quidem simpliciter bonũ, hoc autẽ alicui indigentiũ incisiõe. Et qđ natura est eo, quod nõ natura, ut iustitia iusto. Illud enim natura, hoc aũt acquisitiuũ, & quod meliori, & honorabiliori inest, eligibilius vt deo, quã homini, & animal quã corpori. Et quod melioris proprium, melius quã quod peioris, vt quod dei, quàm quod hominis: nam secundùm communia

nia quidem vtrisque nihil differunt ab inuicem: propriis autem alterum alteri differentiis supereminet. Et quod in melioribus vel prioribus, vel honorabilioribus est melius, vt sanitas, robore & pulchritudine, nam illa quidē in humidis & siccis, & (vt simpliciter dicatur) ex quibus prius constitutum est animal, hęc verò in posterioribus, nā robur in neruis, & ossibus, pulchritudo autem membrorum quædam cōmensuratio videtur esse. Et finis iis, quæ sunt ad finem, eligibilior videtur esse. Et duorum, quod propinquius est fini. Et omnino quod ad vitæ finem, eligibilius, quàm quod ad aliud aliquid, vt quod ad fœlicitatem contendit, quàm quod ad prudentiam. Nam quod ad fœlicitatem contendit, eligibilius. Et possibile impossibili. Amplius cū duo effectiua fuerint, cuius finis melior, & ipsum melius. Cum autē sit effectiuū & finis, ex proportione quādo pluri superat finis finem, quam ille proprium effectiuū, (vt fœlicitas pluri superat sanitatem, quàm sanitas salubre) effectiuum nimirum fœlicitatis melius erit sanitate. Nam quātum fœlicitas superat sanitatem, tantum & effectiuum fœlicitatis superat salubre. Sanitas autē salubre minus superabat. Quare plus superat effectiuum fœlicitatis salubre, quām sanitas salubre, quapropter effectiuū fœlicitatis melius sanitate. Manifestum igitur, quoniam eligibilius effectiuum fœlicitatis quā sanitas, nam id plus superat. Amplius melius est quod propter se, & honorabilius, & laudabilius. Vt amicitia diuitiis, & iustitia sanitate & robore. Nā illa quidem propter se honorabilium, hæc vero non propter se, sed propter aliud, nullus enim honorat diuitias propter se, sed propter aliud. Amicitiam vero propter se: & si nihil nobis debeat aliud ab ea esse. Cap.

## Caput. II.

AMplius quãdo duo aliqua fuerint ſibimet ipſis ſimilia: & nõ poterimus præeminentiã aliquã conſpicere, alterius ad alterum, videndũ ex ijs, quæ ſequũtur. Nã cui conſequẽs eſt maius bonum, hoc eligibilius. Sin autem ſint conſequentia mala: id, cui conſequens minus malum eſt, hoc eligibilius eſt. Vtraq; enim cum ſint eligenda, nihil prohibet moleſtum quid ſequi. Dupliciter autem ab eo, quod ſequitur conſideratio eſt. Nam & prius & poſterius ſequitur, vt addiſcentem ignorare prius, ſcire autem, poſterius: melius autem, vt plurimum, quod poſterius ſequitur. Sumendum igitur eorum, quæ ſequuntur, quodcunque fuerit vtile. Amplius plura bona, paucioribus, vel ſimpliciter, vel quando altera alteris inſunt, pauciora in pluribus. Inſtantia, ſi alicubi alterum alterius gratia. Non enim eligibiliora vtraque, quàm vnum. Vt ſanum fieri & ſanitas, quàm ſanitas. Eo quòd ſanum fieri ſanitatis gratia eligimus. Et non bona, bonus nihil prohibet eligibiliora eſſe: vt fœlicitatem, & aliud aliquid, quod non eſt bonum, iuſtitia, & fortitudine. Et eadem cum voluptate magis, quàm ſine voluptate. Et eadem cum indolentia, quàm cum triſtitia. Et vnumquodq; in quo tempore magis habet, in hoc & eligibilius: vt carentia triſtitiæ in ſenectute, magis quàm in iuuentute. Magis enim in ſenectute valet. Secundùm hæc autem & prudẽtia in ſenectute eligibilior. Nemo enim iuuenes eligit duces: eo quòd non conſtat eos prudentes eſſe. Fortitudo autem econtrario, in iuuentute enim magis neceſſaria ſecundum fortitudinem operatio. Similiter autem & in temperãtia. Magis enim iuuenes quàm ſenes cõcupiſcentiis moleſtã-

tur.

tur. Et quod in omni tempore, vel in pluribus, vtilius: ut iustitia & temperantia, fortitudine. Nam illæ semper: hæc autem aliquando vtilis. Et quòd cum omnes haberemus, nihil altero indigeremus, quàm quòd cũ haberemus, indigeremus reliquo, vt iniustitia & fortitudine. Nam si ões essent iusti, nihil vtilis fortitudo. Si uerò omnes essent fortes, utilis iustitia. Amplius ex corruptionibus, & abiectionibus, & generationibus, & sumptionibus, & cõtrarijs. Quorũ enim corruptiones fugibiliores, ipsa eligibiliora. Similiter autẽ in abiectionibus & in cõtrarijs: nam si abiectio, uel contrarium fugibilius, ipsum eligibilius. In generationibus autem & sumptionibus, e contrario: quorũ enim sumptiones, & generatiões eligibiliores, & ipsa quoq; eligibiliora. Alius autem locus est, quòd propinquus bono, melius atq; eligibilius. Et quod similius est bono, vt iustitia iusto, & quod meliori eorum est similius, quẽadmodũ Aiacem Vlysse dicunt aliqui meliorem esse eo quòd similior est Achilli. Instantia huius est, quòd non verum sit: prohibet enim nihil non qua ratione optimus est Achilles, eadem similiorem esse Aiacem, cũ erit alter quidem bonus, non similiter autem. Considerandum aũt si & in ridiculosioribus sit simile: ut simia homini quàm equus, cũ non sit similis. Non enim est simia melior, similior tamen est homini. Rursum in duobus, si hoc quidem meliori, illud autẽ peiori est similius, erit melius, quod meliori est similius. Habet aũt & hoc instantiam: nihil enim prohibet hoc quidem meliori parũ simile esse, illud autem peiori, ualde: ut si Aiax quidẽ Achilli parum, Vlysses autem Nestori valde. Et si hoc quidem meliori in peioribus, illud autem peiori in melioribus, vt equus asino, &

similia

similia homini. Alius, quod maxime nihile eo, quod minus tale est. Et quod difficilius, magis enim amamus, cum habemus quæ non est facile sumere. Et quod magis proprium eo quòd cõmunius. Et quod malis incommunicabilius: nam magis eligendum quod nulla molestia sequitur, quàm quod sequitur. Amplius si hoc illo melius: & simpliciter optimum eorum, quæ in hoc, melius eo, quod in alterò optimum: vt si melior est homo quã equus: & optimus homo optimo equo melior. Et si optimum optimo melius, & simpliciter hoc illo melius, vt si optimus homo optimo equo melior: & simpliciter homo simpliciter equo melior. Amplius ea, quibus est amicos participare eligibiliora, quàm quibus non est. Et quæ ad amicũ agere malumus, quam quæ ad quemlibet, illa eligibiliora vt iuste agere, & bene facere magis, quàm videri. Nam amicis benefacere volumus magis, quàm videri: quibuslibet aũt econuerso. Et quæ sunt ex circũstantia, necessarijs meliora: aliquando aũt & eligibiliora. Melius enim, quàm viuere, bene uiuere, bene aũt viuere est ex circũstantia: ipsum aũt viuere necessarium. Aliquando aũt meliora, & nõ eligibiliora: non enim si meliora. necessario & eligibiliora. Philosophari siquidẽ melius quã lucrari, sed non magis eligendũ indigenti necessarijs. Ex circũstantia aũt est, quando existentibus necessarijs, alia quædam adijciuntur bonorum. Ferè aũt eligibilius quod necessarium est: melius aũt quod ex circunstantia. Et quod non est ab alio exquirere, quàm quod est ab alio, quale subsumet iustitia fortitudinem. Et si hoc quidẽ sine illo, eligendũ: illud aũt sine hoc, non. Vt potestas sine prudentia non eligenda: prudentia vero sine potestate, eligẽda. Et duorũ, si alterũ negamus, vt reliquũ

videatur nobis ineſſe, illud eligibilius, quod volumus nobis videri ineſſe. Vt laborem diligere negamus, vt ingenioſi eſſe videamur. Amplius pro cuius abſentia minus increpandi ſunt moleſte ferentes, hoc magis eligendum. Et pro cuius abſentia non moleſte ferentem magis increpandum, id eligibilius.

## Cap. III.

AMplius eorum, quæ ſunt ſub eadẽ ſpecie, quod habet propriam virtutem eo, quòd non habet. Vtriſque autem habentibus, quod magis habet eligibilius. Amplius ſi hoc quidẽ facit bonum illud, cui adeſt: illud autem non facit, quod facit, eligibilius. Quemadmodum caladius quod calefacit eo, quod non. Si autem vtrumq; facit, quod magis facit: aut quod melius, & principalius facit bonum. Vt ſi hoc quidem animam: illud autem corpus. Amplius autem à caſibus, & vſibus, & actionibus, & operibus, & hæc abillis. Sequũtur enim ſeſe inuicẽ, vt ſi quod iuſte, eſt eligibilius, quam quod fortiter: & iuſtitia fortitudine eligibilior. Et ſi iuſtitia quâm fortitudo eligibilior, & quod iuſte, quàm quod fortiter, ſimiliter antem & in alijs. Amplius ſi aliquo eodem hoc quidem maius bonum eſt: illud autem minus, magis eligendum maius. Aut ſi maiore maius fuerit alterũ. Sed & ſi duo quædã, vno aliquo ſint eligibiliora, quod lõge eligibilius eo quod minus eſt eligẽdũ, eligibilius eſt. Amplius cuius ſuperabundãtia eſt ſuperabũdãtia eligibilior, & ipſũ eligibilius: vt amicitia pecunijs. Nã eligibilior ſuperabũdantia amicitiæ quã pecuniarũ. Et id, cuius vtiq; magis eliget quos: vt ipſe ſibi cauſa ſit, quã cuius alter vt amicos pecunijs. Amplius ex appoſitiõe, ſi eidẽ appoſitũ aliquid quod totũ eligibilius facit.

Cauc-

Cauere aũt oportet extendere ad ea, in quibus altero quidẽ appositorũ vtitur cõe: vel alio quolibet modo cooperatiuũ est. Reliquo aũt nõ vtitur, neq; cooperatiuũ est: ut serra & falce cũ arte fabrili. Nã eligibilior serra cõsociata. Simpliciter aũt non eligibilior. Rursus si minori appositũ aliquid, quod totũ maius facit. Similiter aũt & ex ablatione. Quo enim ablato ab eodẽ, qđ restat, est minus, illud maius vtiq; erit. Quoniã quod ablatũ est, reliquũ minus factt. Et si hoc quidem p se: illud aũt ꝓpter gloriam eligẽdũ. Vt sanitas pulchritudine. Terminus aũt eius quod est ad gloriam, est, quod nullo cõscio, nõ studeret inesse. Et si hoc quidẽ ꝓpter se, & propter gloriã eligendũ. Illud aũt propter alterũ tamen. Et vtrũ uis magis propter se honorandũ, hoc & melius & eligibilius. Honorabilius vtiq; fuerit secũdum se, quod cũ nihil aliud debeat esse, propter se eligimus magis. Amplius duidendũ quoties quod eligendũ est, dicitur: & quorum gratia, vt vtilis, vel honesti, vel delectabilis. Nã quod ad õma, vel ad p'ura est vtile, eligibilius fuerit eo: quod non similiter. Si aũt eadem vtrisq; insunt, vtri magis insunt: considerandũ, vt vtrum delectabile, an honestum, an vtile magis. Rursum quod gratia melioris, eligibilius: vt quod virtutis gratia, quam quod delectationis. Similiter autem & in fugiendis, nam magis est fugiendum quod magis impedit virtutes: vt ægritudo turpitudine. Voluptatis etenim & eius quod est studiosum esse, prohibentior est ægritudo. Amplius ex similitudine demonstrari potest fugiendum & eligendum, quod propositum est. Minus enim eligendum hmõi est, quod æq; et eligeret aliquis, et fugere altero qđ eligẽdũ est tãtũ. Ad se inuicẽ igitur cõparatiões (quẽadmodũ dictũ ẽ) faciẽdũ.

## Cap. IIII.

IDem aũt loci vtiles, et ad demonſtrandum quoduis eligendũ, & fugiendũ. Nã auferre ſolũ eã oportet, quæ ad alterum eſt præeminentiã. Si enim quod honorabilius, eligibilius & honorabile eligendũ. Simliter aũt & in alijs, quæcumq; huiuſmodi habent cõparationẽ. In aliquibus enim ſtatim ſecundũ eã quæ ad alterũ eſt cõparationẽ, & quoniã eligendũ vtrumq;, uel alterum dicimus. Vt quando hoc quidem natura bonum, illud aũt non natura bonũ dicimus. Nã quod natura bonũ, manifeſtum: quoniam eligendũ eſt. Sumendũ autem quãmaxime vniuerſales locos de eo, quod eſt magis & minus: nã ſic ſumpti ad plura vtiles erunt. Fieri autem poteſt, vt eorũ, qui dicti ſunt, quoſdam vniuerſales magis quis faciat, parũ tranſmutãs ſecundum appellationẽ. Vt quod natura tale eo, quod non natura tale, magis tale. Et ſi hoc quidẽ facit, (illud autẽ nõ facit, quod habet tale) cuicũque inſit, magis tale eſt quod interdum facit tale, quãm quod non facit. Si autem vtrumque facit, quod magis facit tale. Amplius ſi eodem aliquo, hoc quidem magis, illud autem minus tale. Etſi hoc quidem tali magis tale, illud vero non tali tale, manifeſtum: quoniam primum magis tale. Amplius ex additione, ſi aliquod eidem additum, totum magis tale facit. Aut ſi ei, quod minus eſt tale, additum totum magis tale facit. Similiter autem & ex ablatione, nam quo ablato reliquum minus tale eſt, ipſum magis tale. Et quæ contrarijs ſunt impermiſtiora, magis talia, vt albius quidem nigro impermiſtius. Amplius præterea, quæ dicta ſunt prius, quod magis ſuſcipit propoſiti rationem. Vt ſi albi eſt ratio, color diſgregatiuus

viſus

tiuus visus, albior is est, color magis disgregatiuus visus. Si autem particulariter, & non vniuersaliter problema ponatur, primum quidem dicti vniuersaliter constructiui, vel destructiui, loci omnes vtiles. Vniuersaliter enim interimentes, vel construentes, & particulariter mõstramus. Nam si omni inest, & alicui: & si nulli inest, nec alicui. Maxime autem opportuni & cõmunes loci, qui sunt ex oppositis, & coniugatis, & casibus. Similiter enim probabile est existimare, si omnis voluptas bonũ, & tristitiam omnẽ malũ esse. Etsi aliqua voluptas bonum, & tristitiam aliquã esse malum. Item si aliquis sensus non est potestas, & insensibilitas quædã non est impotẽtia, & si quoddã opinatũ disciplinatum, opinio quædam disciplina. Rursum si aliquod iniustorũ bonum, & iustorum aliquod malum. Etsi aliquod eorum, quæ iniuste malum, & aliquod eorum quæ iuste bonum. Etsi quoddam delectabile fugiendum: & delectatio quædam fugienda. Secundùm hæc autem si aliquod delectabile vtile, delectatio quædam vtilis. Et incorruptiuis autem, & generationibus & corruptionibus similiter. Nam si aliquid corruptiuũ, delectationis, vel disciplinæ bonũ est, erit quædã delectatio, vel disciplina malorum. Similiter autem & si corruptio quædam disciplinæ bonorum, vel generatio malorum, erit quædam disciplina malorum, vt si obliuisci quæ quis turpia egit, bonorum est, vel reminisci, malorum, erit scire quæ quis turpia egit malorum, similiter autem & in alijs. In omnibus enim similiter probabile. Amplius ex eo, quod est magis & minus & similiter. Si enim magis quidem eorum, quæ sunt ex alio genere aliquid tale. Illorum autem nihil est, nec quod dictũ est,

erit tale. Vt si magis quidem disciplina quædam bonum quâm ualuptas: nulla autem disciplina bonum, nec uoluptas bonum erit. Et ex eo quod est similiter quidem, & minus eodem modo: nam erit & interimere, & construere. Veruntamen ex eo, quod est similiter, utraque: ex minus autem construere solum destruere autem non. Si enim similiter potestas quædam bonum, & disciplina. Est autem quædam potestas bonum, & disciplina. Si aũt nulla potestas bonum: nec disciplina. Si autem minus quædam potestas bonum, quâm disciplina: est autem quædam ptãs bonũ: & disciplina. At uero si nulla ptãs bonum: non necesse est & disciplinam nullam esse bonum. Manifestum igitur quoniam cõstruere solum ex eo, quod minus est. Nõ solum autem ex alio genere est destruere, uerum & ex eodẽ, dum sumit quis, quod maxime tale est: ut si positum est disciplina quædam bonũ, ostenditur autem quoniam prudentia non bonum: nec alia ulla erit, quia nec, quæ maxime uidetur. Amplius ex soppositione similiter probantes, si uni, & omnibus inesse, uel nõ inesse. Vt si hominis anima immortalis, & alias. Si aũt hæc non, nec alias. Si igitur inesse alicui positum est, ostendendum: quoniam alicui non inest: nam consequetur per hypothesim nulli inesse. Si autem alicui nõ inesse positum est, ostendendum: quoniam inest alicui. Nam & sic consequetur omnibus inesse. Manifestum igitur est: quoniam qui hypothesi utitur: facit problema utile particulariter positum. Nam particulariter confitentem, uniuersaliter probabit confiteri: quoniam si uni & omni similiter probabit inesse. Cum aũt indefinitum est problema, uno modo destruere contingit. Vt si dixerit uoluptatem bonum esse, uel non bonum, & nihil aliud

quicquam

quicquam determinauerit. Nam si aliquam uoluptatem dixerit bonum esse, ostendendum uniuersaliter, quoniam nulla, si debeat interimi propositum. Similiter & si aliquam dixerit voluptatem non esse bonum, ostendendum uniuersaliter, quoniam omnis. Aliter vero non contingit interimere. Si enim ostẽderimus quoniam est quædam uoluptas bonum, uel non bonum, nõdũ interimitur propositum. Manifestum igitur, quoniam interimere quidem vno modo dicitur, construere autem, dupliciter. Siue enim vniuersaliter ostenderimus, quoniam omnis voluptas bonum, siue, quoniã est quędam voluptas bonum, ostensum erit quod propositum est. Similiter autem & si oporteat dissererе, quoniã est quædam voluptas non bonum: si ostẽderimus, quoniã nulla bonum, vel quoniã quædam non bonum, ostendẽtes erimus utroq; modo, & vniuersaliter, & particulariter, quoniam est quædam voluptas non bonum. Cum autem determinata fuerit positio, dupliciter interimere erit. Vt si ponatur alicui quidem inesse voluptati bonum esse, alicui autem non inesse. Nam siue omnis ostendatur voluptas bonum, siue nulla, interemptum erit propositum. Si autem vnam solam voluptatem posuerit bonum esse, tripliciter contingit interimere. Ostendentes enim, quòd omnis, uel quod nulla, uel quod plures, quàm vna bonum: interimentes erimus, quôd propositum est. In pluribus uerò positione determinata (ut quoniam prudentia sola vir tutum scientia est) quadrupliciter est interimere. Ostenso enim quòd omnis uirtus sciẽtia, uel quòd nulla, uel quòd & alia quædam, ut iustitia, uel quòd eadem prudentia non est scientia, interemptum erit propositum. Vtile autem & inspicere in singularibus, in quibus inesse

aliquid,uel non dictum est, quemadmodũ in vniuersalibus problematibus. Amplius in generibus inspiciendũ, diuidenti secũdum species vsque ad indiuidua, sicut prius dictum est. Nã si omni appareat inesse, siue nulli, multa proferenti, postulandũ vniuersaliter confiteri, aut ferret instantiam in aliquo nõ sic. Amplius in quibus possibile est, aut specie, aut numero determinare accidens, inspiciendũ, si nullum horum inest. Vt quoniam tẽpus nõ mouetur, nec est motus, annumerãti quot sunt species motus. Nam si nulla earum inest tempori, manifestũ, quoniã nõ mouetur, nec est motus. Similiter autem & quoniã anima non est numerus: diuidenti, quoniã omnis numerus, aut impar, aut par. Si enim anima, neque impar, neque par, manifestum, quoniã non est numerus. Ad accidens igitur per talia, & hoc modo argumentandum.

## QVARTI LIBRI TOPICORUM Aristotelis de quo discutiendum, & problematum generis: loci decem. Cap. I.

POst hęc aũt de ijs, quæ ad genus, & propriũ inspiciẽdũ. Sunt autem hæc elementa eorũ, quæ sunt ad terminos. De his ipsis aũt raro cõsiderationes fiunt disputãtibus. Si ergo ponatur genus alicuius existentiũ, primum quidem inspiciendum ad omnia quę cognata sunt ei, quòd dicitur, si de aliquo non prædicatur, quemadmodum est in accidente. Vt si voluptatis, bonum ponatur genus:

nius: si aliqua voluptas non bonum. Nam si hoc manifestum est quoniam non genus bonum voluptatis: genus enim de omnibus quę sunt sub ipso, speciebus prędicatur. Deinde si nõ inquid est, prædicatur: sed vt accidens. Quemadmodum album de niue, vel de anima à seipso motũ. Neq; enim nix quòd quidem est albũ. Quapropter nõ est genus albũ niuis. Neq; anima quòd quidẽ motum: nã accidit ei moueri: quẽadmodũ & animali frequẽter & ãbulare, & ambulãs esse. Amplius motũ non quid est (sed quid faciẽs vel patiens) significare videtur. Similiter autem & albũ. Nõ enim quid est nix, sed quale quid est, indicat, quare neutrum horũ inquid est prædicatur. Maxime autem in accidentis definitione est inspiciendum, si aptatur ad dictum genus: ut & ad quæ nũc dicta sunt. Cõtingit enĩ quippiã mouere seipsum, & nõ. Similiter & albũ esse, et nõ. Quare neutrũ horũ genus, sed accidẽs, eo qd accidẽs dicimus, qd cõtingit idẽ inesse alicui, & nõ. Amplius si nõ in eadẽ diuisione est genus & species, sed hęc quidẽ substãtia, illud autem, quale. Aut hæc quidem ad aliquid, illud autem quale: ut nix quidem & cygnus substantia: album uero non substantia, sed quale. Quare non est genus album niuis, neq; cygni. Rursum disciplina quidem ad aliquid, bonum autem, & pulchrum quale: quare non est genus pulchrũ uel bonum disciplinæ. Genera enim eorum, quæ sunt ad aliquid, & ipsa ad aliquid oportet esse, ut in duplici. Etenim multiplex est genus duplicis, & ipsum eorum, quæ sunt ad aliquid est. Vt aũt generatim dicatur, in eadem diuisione oportet genus esse speciei. Nam si species substantia & genus, & si quale quippiam species est, & genus quale quippiam, ut si album quale quippiam, &

color

color. Similiter autem & in alijs. Rursum si necesse fuerit, vel si cõtingerit genus participare, quod positum est in genere, terminus autem eius, quod est participare, est suscipere participati rationem. Manifestum igitur, quoniam species quidem participant genera: genera autem species non. Nã species suscipit generis rationem, genus, autem speciei nõ. Considerandum igitur si participat, vel si contingit assignatũ genus participare speciem: vt siquis entis, vel vnius genus quippiã assignauerit. Accidit enim genus participare speciem. Nã de omnibus, quę sunt ens & vnum prædicantur, quare & ratio eorum. Amplius si de aliquo assignata species vera est genus autẽ nõ. Vt si ens, aut scibile opinabilis genus ponatur: nam de non ente opinabile prædicabitur. Multa enim non entia opinabilia sunt, sed quòd ens, vel scibile non prædicetur de nõ ente, manifestũ. Quare nõ est genus ens, neq; scibile opinabilis. De quibus enĩ species prędicatur, & genus oportet prædicari. Rursum si nullã specierũ cõtingit participare, quod positũ est in genere. Impossibile enim est participare genus, quod nullã specierũ participat: nisi aliqua secundũ primã specierũ diuisionẽ sit. Illæ enim genus solũ participãt. Si igitur motus genus voluptatis ponatur, cõsiderandũ si neq; corruptio, neq; alteratio voluptas, neq; vllus cæterorũ, (qui assignari solent) motuũ. Manifestum enim quoniam nullam specierũ participabit. Quare neq; genus, eo quòd necessariũ est, quod genus participat, & specierũ aliquã participare. Nõ erit igitur species motus voluptas, neq; indiuiduorũ, neq; eorũ quicquã quæ sub specie motus sunt. etenim indiuidua partipãt spciẽ & genus, vt quidã hõ & hominẽ participat, & animal.

mal. Amplius si de pluribus dicitur quàm genus, quod in genere positum est. Vt opinabile quàm ens: nam & ens, & nõ ens opinabile, quare non erit opinabile species entis. De pluribus enim semp genus quã species prędicatur. Rursum si de æqualibus genus & species dicitur, vt si eorũ, quæ omnia consequũtur, hoc quidem genus, illud autem species ponatur, quemadmodum ens, & vnum. Omne enim ens & vnũ, quare neutrum neutrius genus est: de æqualibus enim dicuntur. Similiter autem & si primum, & principium, ad se inuicem ponantur, nam & principium primum, & primum principium. Quare si vtraque quæ dicta sunt, idem sunt: neutrum neutrius genus. Elementum autem est ad omnia huiusmodi de pluribus genus quã speciem & differentiam dici, de paucioribus enim etiã differentia quã genus dicitur. Videdũ autẽ etsi alicuius eorũ quę nõ differũt specie, nõ est genus quod dictũ est, uel nõ videatur vtique. Construeti autẽ, si est alicuius idẽ enim omniũ eorum, quæ non differunt specie, genus est. Si igitur vnius mõstretur, manifestũ, quòd omnium: & si vnius nõ: manifestũ, quòd nullius, vt si quis insecabiles ponens lineas, indiuisibile genus earũ dicat esse. Nã linearum habentium diuisionem non est genus, quòd dictum est: cum sint indifferentes secundùm speciem. Indifferentes enim sibi inuicem secundùm speciem, rectæ lineæ omnes.

## De genere loci alij. Caput. II.

COnsiderandum autem etsi quod aliud genus est assignatæ speciei, quod neque continet assignatum genus, neque sub illo est, vt si quis iustitiæ scientiam ponat genus. Est enim virtus genus, & neutrum generum reliquum continet:

tinet: quare non erit scientia genus iustitiæ. Videtur enim quando spēs vna sub duobus generibus est, alerū ab altero cōtineri. Habet aūt dubitationē in quibusdā hoc tale. Nā videtur quibusdā prudētia, & virtus, & sciētia esse: & neutrū genus â neutro contineri. Non tamen ab ōnibus conceditur prudentiam scientiā esse. Si igitur quis admittat quod dictum est, uerum esse: attamen subalterna, uel sub eodem ambo fieri, quæ eiusdem sunt genera, necessarium videbitur esse, quemadmodum & in virtute, & in scientia accidit: utraque enim sub eodem genere sunt: nam utrumq; eorum habitus & dispositio est. Considerandum igitur si neutrum est in assignato genere: si enim neque subalterna sunt genera, neq; sub eodem ambo, non erit genus, quod assignatum est. Considerādū aūt & genus assignari generi, & sic semper superius genus, si ōnia prædicātur de specie, & si in eo qđ quid genus, est prædicantur. Nā omne superius prædicari oportet de specie in eo, quod quid est: Si ergo alicubi dissonet, manifestū: quoniam non est genus, quod assignatum est. Rursum si genus participat speciem, vel ipsum, uel aliquod superiorum generum. Nam nullum superiorum participat quod inferius est. Destruenti igitur, quemadmodum dictum est, vtendum. Astruenti autem si confiteatur quidem inesse speciei, quod dictum est genus, sed quod vt genus insit dubitetur, sufficit ostendere aliquid superiorum generum in eo quod quid est de specie prædicari. Vno enim in eo quod quid est prædicato, omnia & superiora illius, & inferiora (si prædicantur de specie) in eo quod quid est prædicabuntur. Quare & assignatum genus in eo quod quid est prædicabitur. Quod autem in eo quod quid est prædicato ōnia

etiam

to ōnia etiam reliqua (si prædicātur) in eo qđ quid est prædicabuntur, per inductionem sumendum. Si autē simpliciter inesse dubitetur aßignatum genus, non sufficit ostendere aliquod superiorū generum in eo quod quid est de specie prędicari, ut si ambulationis genus quispiam aßignauit lationem, non sufficit ostēdere quòd motus sit ambulatio ad ostendendum, quòd latio sit, eo quòd alij motus sunt. Sed ostendendum, quoniam nullum participat ambulatio eorum, quæ sunt secundum eandem diuisionem, nisi lationē, nam necesse est quòd genus participat, & specierū aliquam participare secundùm primam diuisionem. Si enim ambulatio neque augmentationem, neque diminutionem, neque alios motus participat, manifestum: quoniam lationem participabit, quare erit genus latio ambulationis, Rursum de quibus species, quæ posita est, ut genus, prædicatur: considerandum, si & aßignatū genus in eo qđ quid est de ipsis eisdē prædicatur quēadmodū, & species: similiter aūt etsi ōnia, quæ supra genus sūt. Nam si alicubi dissonat, manifestū: quoniā nō est genus, quod aßignatum est. Si enim esset genus, ōnia & superiora illius: & ipsum, in eo quod quid est prædicarētur de ijs, de quibus & species in eo quod quid est prædicatur, destruenti igitur vtile, si nō prædicetur genus in eo quod quid est, de quibus & species prędicatur. Astruenti vero si prædicetur in eo quod quid est, vtile Accidet enim genus, & speciē de eodē in eo quod quid est prędicari. Quare & idem sub duobus generibus fit, necesse igitur subalterna genera esse. Si igitur ostendatur quod volumus genus astruere, non eße sub specie manifestum, quoniā species sub hoc erit. Quare ostensum erit quoniam genus hoc. Considerandum

dum autem & rationes generum ſi aptantur & ad aſſignatam ſpeciem, & ad participantia ſpeciem. Neceſſe eſt enim generum rationes prædicari de ſpecie, & de ijs, quæ participãt ſpeciem. Si igitur in aliquo diſſonet, dilucidum, quoniam non eſt genus, quod aſſignatũ eſt. Rurſũ ſi differentiã, vt genus aſſignauit, ut ſi ĩmortale genus dei. Differẽtia enĩ eſt animalis ĩmortale quoniã animaliũ alia mortalia: alia immortalia. Manifeſtũ igitur quoniã peccãt: nullius enim differẽtia eſt genus. Quòd aũt hoc verum, manifeſtum. Nulla enim differentia ſignificat quid eſt, ſed magis quale quid: ut greſſibile, & bipes. Etſi differentiã in genere poſuit: vt ſpeciem, vt imparem quidem numerum. Differentia enim numeri, & non ſpecies eſt neq; videtur participare differentia genus. Omne enĩ quod participat genus aut eſt ſpecies, aut ĩdiuiduũ. Differẽtia aũt neq; ſpecies, neq; indiuiduũ eſt. Manifeſtum igitur, quoniam non participat genus differentia, quare neq; impar ſpecies, ſed differẽtia erit, quoniam nõ participat genus. Amplius ſi genus in ſpecie poſuit, vt contiguitatem idipſum quid eſt continuitatem: aut miſturam idipſum, quòd eſt temperamentum, aut (vt plato definuit) lationem ſecundùm locum mutationem. Non enim neceſſarium contiguitatem continuitatem eſſe, ſed econuerſo continuitatem contiguitatem. Non enim omne contiguũ cõtinuatur, ſed quod cõtinuatur contiguum eſt. Similiter autem & in alijs. Nam neq; miſtura omnis temperamentum. Siccorum enim miſtura nõ eſt tẽperamentum, neq; ſecundùm locũ mutatio omnis latio. Ambulatio enim non videtur latio eſſe. Penè enim in ijs, quę inuoluntarie locum ex loco permutant, dicitur latio, quemadmodum in animatis

animatis accidit. Manifestum autem, quoniam & de pluribus species dicitur quã genus in assignatis, cũ oporteat ecõtrario fieri. Rursum si differentiã in specie posuit, vt immortale idipsum quod est deum. Accidit enim de æqualibus, aut pluribus quàm speciem dici, differentia enim semper de æqualibus, aut de pluribus quàm species dicitur. Insuper si genus in differentia, vt colorem quod quidem est congregatiuum, aut numerum, quod quidẽ impar. Etsi genus vt differentiam dixit. Possibile est enim aliquem & talem suscipere positionem, vt temperantiæ, misturã: differentiam, aut lationis: secundùm locum mutationẽ. Inspiciendum autem omnia, quæ sunt huiusmodi per eadem. Communicant enim loci: de pluribus enim genus, quàm differentiã oportet dici, & non participare differentiam. Sic aũt assignato, neutrum eorum, quæ dicta sunt, possibile est accidere: nam & de paucioribus dicetur, & participabit genus differentiã. Amplius, si nulla generis differentia prædicatur de assignata specie: nec genus prædicabitur: vt de anima, neque impar, neq; par prædicatur, quare neq; numerus. Amplius si prius natura species, & simul interimit genus. Videtur enim contrarium. Insuper si cõtingit relinque relictum genus, vel differẽtiam (vt animã moueri: vel opinionem verum & falsum) neutrum erit dictorum genus, vel differentia. Videtur enim genus & differentia sequi quamdiu fuerit species.

## De genere loci alij. Cap. III.

INspiciendum autem & si quod in genere positum est, participat aliquod contrarium generi, aut contingit participare. Idem enim simul contraria participabit, quoniam ipsum

genus

genus quidem nunquam relinquit, participat autem & contrarium, aut contingit participare. Insuper si quippiam cõmunicat speciei, quod impossibile est omnino inesse ijs, quæ sunt sub genere: vt si anima vitæ communicat: numerorum autem nullum possibile est viuere: non erit species numeri anima. Considerandum autem & si æquiuoca sit species generi, elemẽtis vtenti ijs, quæ dicta sunt ad æquiuocum. Vniuocum enim genus & species. Quoniam autem omnis generis plures species sunt: considerandum si non contingit alteram speciem esse dicti generis. Nã si non est, manifestum: quoniam non erit genus omnino, quod dictum est. Considerandum etiam est, si quod translatiue dictum est, vt genus assignauit: vt temperantiam, consonantiã. Nã omne genus proprie de speciebus prædicatur. Cõsonantia vero de temperantia non proprie, sed translatitie. Omnis enim consonãtia in sonis. Insuper si sit contrarium alicui species considerandum. Est autem multipliciter consideratio, primum quidem si in eodem genere & contrarium, cum non sit contrarium generi. Oportet enim contraria in eodem genere esse, si nihil contrariũ generi sit. Cum autem est contrarium generi, considerandum, si contrarium in contrario est: necesse est enim contrarium in cõtrario esse, si sit contrarium quidem generi. Manifestum autem est vnũquodque eorum per inductionem. Rursum si omnino in nullo genere, quod speciei est contrarium: sed ipsum genus: vt bonum. Nam si hoc non in genere, nec contrarium huius in genere erit, sed ipsum genus: quemadmodum in bono, & malo accidit. Neutrum enim horum in genere: sed vtrunque eorum genus. Deinde si contrarium alicui & genus, & species est. Et horũ quidem

quidem est aliquod medium, illorum autem non. Si enim generum est aliquod medium, & specierum, & si specierum, & generum: ut in virtute, & vitio, & iustitia & iniustitia. Vtrumque enim est aliquod medium. Instantia huius quoniam sanitatis & ægritudinis nihil est mediũ. Mali vero, & boni aliquid mediũ. Insuper, si est quidem aliquid vtrisque medium & speciebus, & generibus: non similiter autem, sed horum quidem secundùm negationem, illorum verò, ut subiectum. Probabile enim similiter & in vtrisque, vt in virtute & vitio, iustitia & iniustitia. Vtrisq; enim secundùm negationem medium. Præterea quando non est contrarium generi, considerandum non solum, si contrariũ in eodem genere: sed & medium. In quo enim extrema & medium: ut in albo & nigro. Est enim color genus & eorum, & mediorum colorum omnium. Instantia, quoniam defectus quidem & superabundantia in eodem genere (in malo enim ambo,) mediocre autem (cum sit medium horum) non in malo sed in bono est. Considerandum etiam, si genus quidem contrarium est alicui, species autem nulli. Nam si genus est cõtrarium alicui, & species: quemadmodum virtus & uitium, & iustitia & iniustitia. Similiter autem & in alijs considerantimanifestum videtur esse huiusmodi. Instantia in sanitate & ægritudine est, simpliciter enim sanitas ęgritudini contraria est: aliqua autem ægritudo existens species ægritudinis nulli cõtrarium est, vt febris, & ophthalmia, & una quæq; aliarũ. Interimenti igitur tot modis inspiciendum. Si enim non insint, quæ dicta sunt, manifestum est non esse genus, quod assignatum est: Constructi vero, tripliciter. Primum quidem, si contrariũ spe-

ciei ſit in dicto genere, cum non ſit contrarium generi. Nã ſi cõtrariũ in hoc, manifeſtum, quoniam & quod propoſitũ eſt. Inſuper ſi medium in dicto genere, in quo enim mediũ, & extrema.

## De genere loci alij. Cap. III.

RVrſum ſi ſit contrarium quiddam generi, conſiderandum ſi & contrarium in contrario. Nam ſi ſit, manifeſtum, quoniam & propoſitum in propoſito eſt. Rurſum in caſibus, & coniugatis: ſi ſimiliter ſequuntur: & interimenti & conſtruenti. Simul enim vni, & omnibus inſunt, vel non inſunt: vt ſi iuſtitia ſcientia quædam, & iuſte ſcienter, & iuſtius ſciens. Si autem horum aliquid non ineſt, nec reliquorum vllum. Rurſum in iis, quæ ſimiliter ſe habent ad inuicem: vt delectabile ſimiliter ſe habet ad voluptatem, & vtile ad bonum: vtrunq; enim vtriuſq; effectiuum eſt. Si igitur voluptas eſt quiddam bonum, & delectabile quiddam vtile erit. Manifeſtum enim quoniam boni erit effectiuum, quoniam voluptas eſt bonum. Similiter autem & in generationibus & corruptionibus, vt ſi ædificare eſt operari, ædificaſſe, operatum eſſe. Et ſi diſcere eſt reminiſci, et didiciſſe, recordatum eſſe: & ſi diſſolui eſt corrumpi, & diſſolutum eſſe, corruptum eſſe, & diſſolutio, corruptio quædam. Et in generatiuis vero & corruptiuis, ſimiliter & in potentijs, & uſibus, & omninò ſecundùm quamlibet ſimilitudinem & interimenti & conſtruenti inſpiciendum, quemadmodum in generatione & corruptione diximus. Nam ſi corruptiuum, diſſolutiuum, & corrumpi, diſſolui. Et ſi generatiuum eſt effectiuum, & generari, fieri, & generatio factio. Similiter & in potẽtijs & vſibus, & omnino ſi potentia eſt diſpoſitio, & poſſe diſponi. Et

ſi

ſi alicuius vſus eſt actus, & uti agere, & vſũ eſſe egiſſe. Si autẽ priuatio ſit, quod opponitur ſpeciei, duobus modis eſt interimere. Primũ quidẽ ſi in aſſignato genere eſt oppoſitũ. Nã aut ſimpliciter in nullo genere eodẽ priuatio, aut nõ in vltimo, vt ſi vſus in vltimo genere eſt ſenſu, cæcitas non erit ſenſus. Secundo aũt ſi & generi, & ſpeciei opponitur priuatio: non eſt aũt oppoſitum in oppoſito, nec quod aſſignatum eſt in aſſignato erit. Interimenti igitur, quemadmodum dictum eſt, vtendum. Conſtruenti aũt vno modo, nam ſi oppoſitum in oppoſito, & propoſitũ in propoſito erit. Vt ſi cæcitas inſenſibilitas quædam, & uſus ſenſus. Rurſum in negationibus conſiderandũ econuerſo, quẽadmodum in accidente dicebatur. Vt ſi delectabile, quod quidẽ bonum: quod nõ bonum, non delectabile. Si enim nõ ita ſe habet, erit cõtra nõ bonum delectabile. At impoſſibile eſt, ſi bonum eſt genus delectabilis, eſſe quicquã nõ bonum delectabile. De quibus enim genus non prædicatur, nec ſpecierum vlla. Et conſtruenti ſimiliter inſpiciendum, quoniã ſi nõ bonum nõ delectabile, delectabile bonum: quare genus bonũ delectabilis. Si aũt ſit ad aliquid ſpecies, cõſiderãdum, ſi & genus eſt ad aliquid. Nã ſi ſpecies ad aliquid, & genus: vt in duplici & multiplici: utrunq; enim ad aliquid. Si aũt genus ad aliquid, nõ neceſſario & ſpecies, diſciplina enim ad aliquid, Grammatica aũt nõ. An nec quod prius dictũ eſt, uerũ utique videbitur. Nam uirtus quod quidem bonum, & quod quidem honeſtum. Et uirtus quidem ad aliquid, bonum uero, & honeſtum non ad aliquid, ſed qualia. Rurſum ſi non ad idem dicitur ſpecies, & ſecundùm ſe, & ſecundùm genus, ut ſi duplum dimidij dicitur duplum, & multiplum dimi-

dij oportet dici. Si autem non, non erit multiplum genus dupli. Insuper, si non ad idem & secundùm genus dicitur, & secundũ omnia generis genera. Si enim duplum dimidij multiplum est, & abundans dimidij dicetur. Et simpliciter secundùm omnia superiora genera ad dimidium dicetur. Instantia, quoniam non necesse est secundùm se, & secundùm genus ad idem dici. Scientia enim scibilis dicitur. Habitus autem, & dispositio non scibilis, sed animæ. Rursum, si similiter dicitur genus, & species secundùm casus. Vt si alicui, aut alicuius, aut quolibet modo aliter dicitur. Nam vt species, & genus. Veluti in duplo & in superioribus, Alicuius enim & duplum & multiplum. Similiter autem & in scientia: alicuius enim & hæc, & genera, vt dispositio, & habitus. Instantia autem, quoniam aliquoties non sic. Nam differens, & contrarium alicui, diuersum autem, (quod est genus horum) non alicui, sed ab aliquo. Diuersum enim dicitur ab aliquo. Rursum, si similiter ad aliquid secundùm casus dicta non similiter conuertuntur. Quemadmodum in duplo, et multiplo. Vtrunque enim horum alicuius, & idem etiam secundũm conuersionẽ dicitur. Alicuius enim et dimidiũ, & submultiplũ. Similiter autem & in disciplina, & opinione. Nã hæ alicuius, & cõuertitur similiter: etenim opinabile & disciplinatũ alicuius. Si igitur in aliquo nõ similiter cõuertitur manifestũ est quomiã nõ alterũ alterius genus est. Rursum si nõ ad æqualia species & genus dicitur. Similiter enim & æqualiter vtrunq; videtur dici: quẽadmodũ in dono, & datione. Etenim donũ alicuius, & alicui dicitur. Et datio alicuius, & alicui dicitur. Est aũt datio genus doni: donũ enim datio est irredibilis. In aliquibus aũt

non

non,accidit ad æqualia dici,nam duplum alicuius duplũ,abundãs aũt,& maius alicuius & aliquo. Omne enim abundãs,& maius aliquo abundat,& alicuius abundat,quare non sunt genera qnæ dicta sunt,dupli. Eo quòd non ad æqualia dicũtur ſpeciei. Aut non vniuersaliter verũ ad æqualia ſpeciem,& genus dici. Videdũ aũt & ſi oppoſitie ſt oppoſitũ genus. Vt ſi dupli multiplũ,& dimidij ſubmultiplum. Oportet enĩ oppoſitũ oppoſiti genus eſſe. Si igitur ponat aliquis ſcientiã qđ quidẽ ſenſũ oportebit & ſcibile qđ quidem ſenſibile eſſe,non eſt aũt. Non enim omne ſcibile, ſenſibile etenim intelligibilium quædam ſcibilia: quare non eſt genus ſenſibile,ſcibilis. Si aũt hoc non,neq; ſenſus ſcientiæ. Quoniam aũt eorũ,quæ ad aliquid dicuntur: alia quidem ex neceſſitate in eis,aut circa ea ſunt,ad quæ dicuntur. Vt diſpoſitio,& habitus,& commenſuratio. In alio enim nullo poſſibile eſt eſſe,quæ dicta ſunt,quã in eis,ad quæ dicuntur. Alia aũt non neceſſe eſt in eis eſſe,ad quæ dicuntur. Contingit autem,quemadmodum ſcibile eſt in anima. Nihil enim prohibet ſui ſciẽtiam habere animam,non neceſſarium aũt. Poſſibile eſt enim & in alio eſſe hãc eandem. Alia vero ſimpliciter non contingit in eis eſſe,ad quæ dicuntur,vt contrariũ in contrario,neq; ſcientiam in ſcibili,niſi ſit ſcibile anima,vel homo. Conſiderare oportet,ſi quis in genere ponat,qđ tale eſt,in non tali,vt ſi memoriam manſionem ſcientiæ dicat. Omnis enim manſio immanente,& circa illud,quare & ſcientiæ manſio in ſcientia. Memoria igitur in ſcientia,eo quòd manſio ſcientiæ eſt. Hoc aũt non contingit,memoria enim õnis in anima. Eſt aũt qui dictus eſt locus,& ad accidens communis. Nihil enim refert memoriæ genus manſionem dicere, aut

accidere illi hoc. Nam si quouis modo est memoria mansio scientiæ, eadem aptabitur de ipsa ratio.

## De re eadem loci alij. Cap. V.

RVrsum si habitum in actu posuit, aut actum in habitu, non est genus, quod tale est. Vt si sensum, motum per corpus. Siquidem sensus habitus, motus autem actus. Similiter autem & si memoriam habitum contentiuum opinionis dixerit. Nulla enim memoria habitus, sed magis actus est. Peccant autem & qui habitum in consequentem potentiam ordinant. Vt mansuetudinem cõtinẽtiã iræ, & fortitudinẽ & iustitiã, timorũ, & lucrorum continentiam: siquidem fortis, & mansuetus perturbatione uacans dicitur. Continens autem, qui perturbatur, & non ducitur. Fortasse igitur talis potentia sequitur utrunq; ut si perturbetur, non ducatur. Verùm continere non hoc est, hunc quidem fortem, illum autem mansuetum esse, sed omnino perturbari ab huiusmodi nihil. Aliquoties autem & quod sequitur quouis modo, ut genus ponunt. Vt tristitiam iræ & opinionem fidei. Vtraq; enim præacta sequuntur quidem quodam modo assignatas species: neutrum tamen eorum genus est. Namq; irascitur, contristatur: priore in eo tristitia facta, non enim ira tristitiæ, sed tristitia iræ causa est. Quare simpliciter ira non est tristitia, secundùm autem hæc, neque fides opinio. Contingit enim eandem opinionem etiam non credentem habere: non contingeret autem hoc, si fides esset species opinionis. Non enim contingit idem amplius permanere, si ex specie omninò permutatũ sit: quemadmodũ nec idem animal quãdoque hominem esse, & quãdoque non. Si quis autem dicat ex necessitate opinantem etiam

fidem

fidem habere, de æqualibus opinio & fides dicetur. Quare nec sic erit genus, de pluribus enim oportet dici genus. Vidẽdum autem, & si in aliquo eodem nata sint vtraq; fieri. In quo enim species & genus: ut in quo album, & color, & in quo Grammatica & disciplina. Si igitur quispiam uerecundiam, timorem dixit, aut iram tristitiam, non accidit in eodem, speciem & genus esse: nam uerecundia quidem in rationali, timor autem in irascibili. At tristitia in concupiscibili: in hoc enim & uoluptas, ira uero in irascibili. Quare non sunt genera, quæ assignata sunt non enim in eodem cum speciebus nata sunt fieri. Similiter autem & si amicitia in concupiscibili: non erit uoluntas quædam. Omnis enim uoluntas in rationali, utilis aũt hic locus, & ad accidens, & ad id, cui accidit. In eodem enim accidens, & cui accidit. Quare nisi in eodem uideatur, manifestum, quoniam non accidit. Rursum, si secundùm quid, species dictum genus participat. Non enim uidetur secundùm quid participari genus. Siquidem non est homo secundùm quid animal, neque Grammatica secundùm quid disciplina, similiter autem & in alijs. Considerandum igitur, si in aliquibus secundùm quid participatur genus, ut si animal quod quidem sensibile, uel uisibile dicitur, secundùm quid enim sensibile, uel uisibile animal. Secundùm corpus enim sensibile, & uisibile, secundùm animã autem non: quare non erit genus uisibile, & sensibile animalis. Latent autem quandoque & totum in partem ponentes, ut animal corpus animatum. Nullo enim modo pars de toto prædicatur. Quare non erit genus corpus animalis, eo quòd pars est. Vidẽdum autem, si quid uituperandorum, aut fugiendorum in potesta-

te,aut in potẽte posut:ut sophistam,aut seductorem, aut furem eũ,qui possit aliena latenter surripere. Nemo enim prædictorũ in eo quòd possit horũ aliquid,talis dicitur. Potest enĩ & Deus & studiosus praua agere:non sunt autẽ tales, siquidem omnes praui secundùm electionem dicuntur. Insuper omnes potestates eorum sunt,quæ sunt eligenda. Prauorum enim potestates eligẽ dæ,eo quòd deũ & studiosũ habere dicimus eas. Potẽtes enim dicimus eos esse,praua agere. Quare nullius vituperãdi genus erit potestas. Si autem non accidet vituperandorũ quiddam,eligendum esse. Nam erit quædam potestas vituperabilis. Et si quid propter se honorabilium,vel eligibilium,in potestate,vel potente,vel effectiuo posuit. Omnis enim potestas, & omne potens,aut effectiuum propter aliud eligendum. Aut si quid eorum quæ sunt in duobus generibus, vel pluribus, in altero posuit. Quædam enim non est in vno genere ponere,vt fraudulentum,aut seductorem. Nẽque enim qui eligit,impotens autẽ, neq; qui potest:at nõ eligens,seductor,aut fraudulẽtus. Sed qui vtraque hæc habet. Quare non ponenda sunt in vno genere, sed in vtroque eorum,quę dicta sunt. Insuper aliquoties econuerso,genus quidem,vt differentiam:differentiam autem, ut genus assignant. Vt stuporem, superabundantiam admirationis:& fidẽ vehementiam opinionis. Nam neque superabundantia, neq; vehementia genus,sed differentia. Videtur enim stupor admiratio esse superabundãs:& fides opinio vehemens. Quare genus admiratio & opinio est. Superabundantia autem,& vehementia,differentia. Prçterea siquis superabundantiam,& vehemẽtiam,ut genus assignet,inanimata fidẽ habebũt,& stupefaciẽt.

Cuiusq;

Cuiusque enim vehementia & superabundantia illi adest, cuius est superabundantia, & vehementia. Si ergo stupor superabũdantia est admirationis, aderit admirationi. Quare admiratio obstupescet. Similiter autem & fides aderit opinioni, si vehementia quidem opinionis est. Quare opinio fidẽ habebit. Præterea accidet, sic assignanti vehementiam, uehementem dicere, & superabundantiam, superabundantem. Est enim quædam fides vehemens: si ergo fides vehementia est, vehementia erit vehemens. Similiter autem & stupor quidam est superabundans. Si ergo stupor est superabundantia, superabundantia erit superabundans. Videtur autem neutrum horum, quemadmodum nec disciplina disciplinatum, nec motus motum. Quandoque autem peccant, & passionem in genus quòd passum est, ponentes, vt immortalitatem vitam sempiternam dicentes esse. Passio enim quædam vitæ, & accidens immortalitas videtur esse. Quòd autem verum sit, quod dicitur, manifestum fiet, si quis admittat aliquem ex mortali fieri immortalem. Nullus enim dicit aliam vitam eum sumere, sed accidens aliquod, uel passionem eidem aduenire. Quare non genus vita immortalitatis. Rursum si passionis, cuius est passio, illud genus dicit esse, ut vẽtum aerem motum. Magis enim motus aeris ventus. Aer enim idem permanet, & quando mouetur, & quando stat. Quare non est omnino aer ventus. Esset enim & non moto aere ventus. Si quidẽ idem aer permanet, qui quidem erat ventus. Similiter autem & in alijs huiusmodi. Si igitur & in hoc oportet admittere, quoniam aer motus est ventus: non tamen de omnibus huiusmodi est assignandum, de quibus non verificatur huiusmodi genus,

sed

Sed de quibuscunq; vere prædicatur assignatũ genus. Nam in quibusdam non videtur uerificari, ut in luto, & niue. Niuẽ enim dicunt esse aquam coagulatam. Lutum autem terram humido temperatam. Est autem neque nix aqua, neque lutum terra. Quare neutrum assignatorum generum erit genus. Oportet enim genus semper verificari de omnibus speciebus. Similiter autem neque vinum est aqua putrefacta, sicut Empedocles dicit, in ligno putruit unda, nam simpliciter non est aqua.

## De re eadem loci alij. Caput. VI.

INsuper, si omnino (quod assignatum est) nullius est genus: manifestum enim quoniam neque eius, quod dictum est. Considerandum autem ex eo, quoniam nullum eorum differt specie, quæ participant assignatum genus, ut alba. Non enim differunt specie hæc adinuicem. Omnis autem generis sunt species differentes. Quare nullius erit album genus. Rursum, si quod omnia sequitur, genus, vel differentiam dixit. Plura enim sunt, quæ omnia sequuntur vt ens, & vnum, eorum sunt, quæ omnia sequuntur. Si igitur ens genus assignauerimus, manifestum: quoniam omnium erit genus, siquidem prædicatur de eis. De nullo enim genus, nisi de speciebus prædicatur. Quare & vnum species erit entis, accidit igitur de omnibus, de quibus genus prædicatur, & speciem prædicari, quoniam ens & vnum, de omnibus simpliciter prædicantur: oportet autẽ de paucioribus speciem prædicari. Si autem quod omnia sequitur differentiam dixit, per spicuum: quoniam vel de æqualibus, vel de pluribus, differentia quém genus dicetur. Nam si et genus omnia

mia sequitur, de æqualibus. Sin vero non omnia sequatur genus, de pluribus differentia dicetur quam ipsum genus. Insuper si in subiecta specie est, quod assignatum genus dicitur, vt album in niue. Quare manifestum, quoniam non erit genus. De subiecta enim specie solùm genus dicitur. Considerandum autem, & si non vniuocũ sit genus speciei. De ŏmbus enim speciebus vniuocè genus prędicatur. Adhæc si generi, & speciei contrariũ est, quãdo quod melius contrariorum est, in peiori genere ponit. Accidet enim reliquum in reliquo esse: siquidẽ contraria in cõtrarijs generibus sunt. Quare quòd deterius est, in meliori erit. At videtur melioris, & genus melius esse. Etsi eodẽ similiter ad vtrãq; se habente: in peiore, & non in meliore genere ponit, vt animam, quod quidem agitationem, aut agitatum. Nam pari modo, eadem statiua, & agitatiua esse videtur. Quare si melius statio, in hoc oportet genere ponere. Præterea, ex magis & minus: destruenti quidem si genus suscipit magis, species autem non suscipit, nec ipsa, nec quòd secundum ipsam dicitur: ut si virtus suscipit magis, & iustitia, et iustus. Dicitur enim iustus magis alter altero. Si igitur assignatũ quẽid genus magis suscipit, species autem non suscipit, neque ipsa, neque quod secundũ ipsam dicitur, non erit genus, quôd assignatum est. Rursum si quod magis videtur, uel similiter, non est genus: manifestum, quoniam nec quòd assignatum est. Vtilis autem hic locus in talibus maximè in quibus plura videntur de specie in eo, quòd quid est prędicata, & non determinatum est, neque habemus dicere, quale nam eorum est genus. Vt de ira, & tristitia, & opinio paruipendentiæ in eo quòd quid est prædicari videtur. Contristatur

enim

enim iratus, & opinatur parui pendi. Eadem autem consideratio & in specie ad aliud aliquid comparanti. Si quod magis, vel similiter videtur esse in assignato genere, non est in genere manifestum, quoniam neque assignata omnino species erit in genere. Interimenti igitur quemadmodum dictũ est, vtendũ. Astruenti vero, si quidem suscipit magis, quod assignatum est genus, & species, non vtilis locus. Nihil enim prohibet vtrorunq; suscipientium non esse alterum alterius genus. Nam bonum & albũ suscipit magis & minus, & neutrum est neutrius generis. Generũ aũt & specierũ ad se inuicẽ cõparatio vtilis, vt si similiter hoc & hoc genus, si alterũ genus, & alterum. Similiter aũt, & si quod minus & quod magis. Vt si continẽtiæ magis potestas, quam virtus genus, virtus aũt genus, & potestas. Eadem aũt & de specie conuenit dici. Nam si similiter hoc, & hoc propositi est species, si alterum species, & reliquum. Et si quod minus videtur, species est, & quod magis. Insuper ad construẽdum, perspiciendum, si de quibus assignatum est genus, in eo quod quid est, prædicatur, non vna existente assignata specie, sed & pluribus, & differentibus: nam manifestum, quoniam erit genus. Si aũt in assignato, species est, considerãdum & si de alijs speciebus genus in eo quod quid est prędicatur. Accidet enim rursus de pluribus, & differentibus idem prædicari. Quoniam aũt videtur quibusdam & differentia in eo quod quid est de speciebus prædicari, separandum est genus à differentia vtenti ijs, quæ dicẽtur elementis. Primo quidem, quoniã genus de pluribus dicitur quàm differentia dicitur. Deinde quoniam secundùm ipsius quid est assignationem magis conuenit genus quàm differentiam dicere.

Qui

Qui enim animal dicit hominem, magis indicat quid est homo, quàm qui gressibile. Et quoniam differentia quidem qualitatem generis semper significat, genus autem differentiæ, non. Qui enim dicit gressibile, quale quid dicit animal. Qui vero animal dicit, non dicit quale quid gressibile. Differentia igitur à genere sit separanda. Quoniã aũt videtur musicũ, qua musicũ est, sciens esse & Musica scientia quædã est: & si ãbulãs, qua ambulat, mouetur, ambulatio motus quidam est? Considerandum in quo genere vult quippiam construere, dictum modum. Vt si scientiam, quod quidem fidem, si sciens quatenus sit, fidit. Manifestum enĩ quòd scientia fides quædam erit. Eodem autem modo & in alijs huiusmodi. Insuper quoniam quod sequitur aliquid semper, & nõ conuertitur, difficile est separare ab eo, quod est genus: si hoc quidem illud sequitur omne, illud vero hoc non omne: vt tranquillitatem quies, & numerum diuisibile, ecõuerso autem non. Nam diuisibile non omne numerus, neque quies omnis, tranquilitas, ipso quidem est vtendum, vt genere, quod est semper consequens: cum non conuertatur alterum. Cum enim alterum se extendit non in omnibus, obsequendum. Instantia autem huius, quoniam non ens sequitur omne, quod fit. (Nam quod fit, non est) & non conuertitur. (Non enim omne quod non est, fit) attamen non est genus non ens eius, quod fit. Simpliciter enim non sunt entis species. De genere igitur (quemadmodum dictum est) transeundum.

LIBER

## Aristotelis.

### De modis proprij. Cap. I.

VTrum autem proprium an non proprium est, quod dictũ est, per hæc considerandũ. Assignatur aũt propriũ, aut per se, & semper, aut ad aliud, & aliquãdo. Per se quidẽ, ut hominis, animal mansuetũ natura. Ad aliud autem, vt animæ ad corpus, quoniã illa imperare nata, hoc aũt parere. Sẽper autẽ, vt dei animal immortale. Aliquando verò, vt alicuius hominis ambulare in gymnasio. Sunt autem proprij, quod ad alterũ assignatũ est, aut duo problemata aut quatuor. Si enim de hoc quidẽ assignatũ quippiã fuerit, de illo verò negatum, idipsum: duo duntaxat problemata fiunt, quemadmodum hominis ad equum propriũ est, quoniam bipes est. Nam & quoniã homo non bipes est, argumentabitur quispiam, & quoniam equus bipes. Vtrumq; vtique remouetur proprium. Sin vero de utroque vtrumque assignatum fuerit & de vtroque negatum, quatuor problemata erunt: ut hominis proprium ad equum, quoniam ille quidem bipes, hic autem quadrupes est. Nam & quoniam homo non bipes est, & quoniam esse quadrupes natus est, argumentari est, & quoniam equus bipes, & quoniam non quadrupes, possibile est argumentari. Quolibet igitur modo ostenso, interimitur, quod propositum est. Est autem per se quidem proprium, quod ad omnia assignatur, & ab omni separat. Quemadmodũ hominis animal mortale disciplinæ susceptiuum. Ad aliud autem, quod non ab omni, sed ab aliquo statuto determinat: ut virtutis ad disciplinam. Quoniam illa

illa quidem in pluribus, hæc autem in rationali solo, & in habẽtibus rationẽ nata est fieri. Semper aũt quod secundùm õne tẽpus verificatur: et nunquam relinquitur: quemadmodũ animalis ex anima & corpore cõpositum esse. Aliquãdo vero, quod secundúm aliquod tẽpus verificatur, & non ex necessitate semper consequitur, ut alicuius hominis deambulare in foro. Est aũt ad aliud proprium assignare, differentiã dicere, aut in õnibus, et semper, aut vt plerumq;, & in plurimis. Vt in õnibus quidẽ, & semper, quẽadmodum hominis proprium ad equũ: quoniã bipes. Nam hõ quidẽ & omnis, & semper est bipes, equus aũt nullus est bipes, & nunquã. Vt plerumq; vero, & in plurimis, quẽad modũ rationalis proprium est imperare ad concupiscibile, & irascibile, eo quòd illud quidẽ imperat, hæc aũt parẽt. Neq; enĩ rationale sẽper imperat, sed quãdoq; illi imperatur. Neq; cõcupiscibili, & irascibili semper imperatur, sed etiã imperant quãdoque, cum fuerit flagitiosa anima hominis. Propriorum aũt, ea maximè log.ca sunt, quæ per se, & semper, & quæ ad alterum. Nã eius quidẽ, quod ad alterum est proprium plura problemata sunt, quẽadmodum diximus & prius. Si quidem aut duo, aut quatuor ex necessitate fiunt problemata. Plures igitur orationes fiunt ad hæc. Quod aũt per se, & semper est, ad multa est argumẽtari, & ad plura tẽpora obseruare. Quod per se quidẽ ad multa, quoniã advnũquodq; eorũ, quæ sunt, cui oportet inesse propriũ. Quare si nõ ab õni separat, nõ erit bene assignatum propriũ. Quod aũt semper, ad plura tempora est obseruare, & si non ineſt, & si non infuerit, & si non inerit, nõ erit proprium. Quod vero aliquando, non ad alia quàm ad illud, quod

nunc

nunc dicitur tempus, consideramus. Non igitur sunt orationes ad ipsum plures. Logicũ verò hoc est problema, ad quod orationes fiunt vtiq;, & crebræ, & bonæ. Ad alterum igitur proprium dictũ, ex ijs, quæ sunt de accidente locis, inspiciẽdum est, si huic quidẽ accidit, illi vero nõ. De ijs aũt, quæ semper, & quæ per se, per hęc considerandum.

## De locis proprij. Cap. II.

PRimum quidẽ si bene assignatum est propriũ, an nõ bene. Eius autẽ quod est bene, aut nõ bene, est vnum quidẽ, si nõ per notiora, aut per notiora positũ est propriũ. Destruẽti quidem, si non per notiora: construenti vero, si per notiora. Eius autem, quod non per notiora, est hoc quidẽ, si õnino ignotius positum est proprium, quod assignauit illo cuius propriũ dixit. Nõ enim erit bene positum proprium. Si quidem propter notitiam proprium facimus, discendi enim causa, & proprium, & definitiones facimus. Per notiora igitur accipiendum. Sic enim magis erit sufficienter cognoscere, vt puta, qui ponit ignis propriũ esse simillimum animæ, ignotiore quàm ignis sit, vtitur anima. Magis enim scimus quid est ignis quàm quid anima. Non igitur erit bene positum proprium ignis, simillimum animę. Aliud autem, si non notius est hoc huic inesse. Oportet enim non solum notius esse, sed huic inesse notius esse. Nã qui non scit, si huic inest neque si illi soli inest, cognoscet. Quare cum quoduis horum acciderit, obscurum fit proprium. Vt quia qui ponit ignis propriũ, in quo primo anima nata est esse, ignotiore vtitur, quã sit ignis. Eo quia ignotius est, si in hoc est anima, & si in hoc primo est. Non erit itaque bene positum proprium ignis, in quo primo anima

manata est esse. Construenti aũt, si per notiora positũ est propriũ: etsi per notiora, secundũ vtrumq; modũ. Erit enim bene secundùm hoc propositum propriũ. Nã constructiuorũ locorũ eius, quod bene, alij quidẽ secundùm hoc solũ, alij aũt simpliciter monstrabunt, quoniã bene: vt quia qui dixit animalis proprium sensum habere, per notiora, & notius assignauit propriũ secũdũ vtramq; modũ, erit vtiq; bene assignatũ secundum hoc animalis propriũ sensum habere. Deinde destruẽti quidẽ, si aliquod nominum, quæ in proprio sunt assignata, multipliciter dicitur, vel etiã tota oratio plura significat. Non enim erit bene positũ propriũ vt quoniam sentire multa significat, vnũ quidẽ sensum habere, alterũ autẽ sensu vti, nõ erit animalis propriũ bene positũ, quod natũ est sentire. Quapropter nõ vtẽdũ est, neq; nomine, quod multipliciter dicitur, neq; oratio propriũ significãte, quæ plura significet, quia quod multipliciter dicitur, obscurum facit, quod dictũ est, dubitante eo, qui debet argumentari quidnam dicit eorũ, quę multipliciter dicuntur. Nã propriũ dicẽdi gratia assignatur. Insuper autem ad hæc necessarium est redargutionem aliquã fieri ijs, qui sic assignant proprium, quãdo in dissidente quispiã cõficit syllogismum de eo, quod multipliciter dicitur. Construenti aũt, si nõ plura significat neq; nominũ quippiã, neq; tota oratio. Erit enim secundum hoc bene positum propriũ, ut quia neq; corpus plura significat, neq; mobilissimũ in superiorẽ locum, neq; totum, quod ex his cõpositum est, erit bene positum secundũ hoc ignis proprium, corpus mobilissimum in superiorẽ locũ. Deinde destruenti quidẽ, si multipliciter dicitur illud, cuius propriũ assignatur, nõ determinatur autẽ, cuius eorũ ponatur propriũ.

Non enim bene erit assignatum proprium, ob quas aũt causas nõ immanifestum est ex ijs quæ prius dicta sunt. Nã eadẽ accidere necessariũ est, ut quia scire hoc plura significat, vnum enĩ scientiam habere hoc, alterũ aũt scientia vti hoc: aliud vero scientiam esse huius, aliud aũt scientia vti huius: nõ erit eius, quod est scire hoc, bene assignatum proprium vllum, non determinato, cuius horum ponitur ꝓprium. Cõstruenti vero, si non dicitur multipliciter hoc cuius ꝓpriũ ponitur, sed est vnũ, & simplex. Erit enim bene positum secundũ hoc proprium, vt quia homo simpliciter dicitur, erit bene positũ secundũ hoc hominis ꝓprium, animal mãsuetũ natura. Deinde destruẽti quidẽ, si frequẽter dictũ est idẽ in proprio. Sæpe enim latent hoc faciẽtes & in proprijs, quẽad modum & in terminis. Nõ erit aũt bene positũ quod hoc sustinet propriũ. Cõturbat enim audientẽ, quod frequenter dicitur. Obscurũ igitur necesse est fieri, & adhçc, nugari videntur. Eueniet aũt frequenter idem dicere duobus modis: vno quidẽ, quãdo nominauerit frequenter idẽ, ut si quis propriũ assignet ignis, corpus tenuissimũ corporũ. Hic enim frequenter dixit corpus. Secundo aũt si quis assumat orationes pro nõibus, ut si quis reddat terræ proprium, substantiã, quæ maximè corporũ secundũ naturã fertur in inferiorẽ locum. Deinde assumat pro corporibus, huiusmodi substãtias. Vnum enim & idẽ est corpus, et huiusmodi substãtia, erit ergo hoc modo substantia frequẽter dicta. Quare enutrum erit bene positum proprium. Cõstruenti vero, si nullo utitur frequenter nomine eodẽ. Erit enim secundũm hoc bene assignatum proprium, ut quia qui dixit hominis proprium, animal disciplinæ susceptiuum, non usus est frequẽter eodem nomine:

mine: erit utiq; secundûm hoc bene assignatum hominis ꝓprium. Deinde destruenti quidẽ, si tale aliquod assignauit in proprio nomen, quod õnibus inest, inutile enim erit, quod non separat ab aliquibus. Quod autem in proprijs dicitur, separare oportet, quemadmodum, & quç in terminis. Non igitur erit bene positum proprium, ut quia qui posuit scientiæ proprium opinionem indissolubilẽ à ratione vnum existens, tali aliquo usus est in proprio (uno inquam) quod omnibus inest, non erit utiq; bene positum scientiæ proprium. Astruenti autem, si nullo vsus est communi, sed quod ab aliquo separat, erit bene positum secundùm hoc proprium, ut quia qui dixit animalis proprium animam habere, nullo vsus est cõmuni erit secundum hoc bene positum proprium animalis, animam habere. Deinde destruenti quidem si plura propria assignat eiusdem non determinans, quoniam plura ponit. Non enim erit bene positum proprium. Nam quemadmodum nec in terminis oportet præter eam (quæ indicat substantiam) orationem adiungere quippiam plusculum, sic nec in proprijs præter eam (quæ facit proprium, quod dictum est orationem quicquam assignandum. Inutile enim fit eiusmodi, vt quia qui dixit propriũ ignis, tenuissimũ, & leuissimũ: plura assignauit propria, vtrũque enĩ de solo igne verũ est dicere) non erit bene positũ propriũ ignis, corpus subtilissimũ, & leuissimum. Astruenti vero, si non plura eiusdẽ propria assignauit. Sed vnũ erit secundúm hoc bene positum ꝓprium, vt quia qui dixit humidi proprium, corpus, quod in omnem figuram ducitur, vnum assignauit proprium plura, erit secundùm hoc bene positum humidi proprium & non. Deinde destruenti quidem, si eodem vsus est, cuius

proprium assignauit, aut aliquo eorum, quæ sunt illius. Non enī erit bene positum proprium, nam discendi gratia assignatur proprium. Idem autem eidem similiter ignotum est, id autem quod aliquid eorum est, quæ sunt eius, posterius est. Non igitur est notius. Quare non fit, vt per hæc quispiam magis quippiam discat, vt quia qui dixit animalis proprium, substantiam cuius species est homo, aliquo vsus est eorum, quæ sunt animalis, non erit bene positum proprium. Construenti autem si neque eodem, neq; eorū quæ sunt ipsius aliquo vtitur. Erit enim bene secundū hoc proprium positum. Vt quia qui posuit animalis proprium, ex anima & corpore compositum esse, neque eodem, neque eorum, quæ sunt ipsius aliquo vtitur, erit vtique bene secundùm hoc assignatū animalis proprium. Eodem autem modo, & in alijs considerandū est, quæ non faciunt, vel faciunt notius, destruenti quidem, si aliquo vsus est, aut opposito aut omninò simul natura, aut posteriore aliquo. Non enim erit bene positum proprium. Nam oppositum simul natura, quod autem simul natura & posterius, non efficit notius. Vt quia qui dixit boni proprium, quod malo maxime opponitur: oppositio est vsus boni: non erit profectò bene assignatum boni proprium. Construenti autem si nullo vsus est, neq; opposito: neq; ōnino simul natura, neq; posteriore. Erit enim secundū hoc bene assignatum proprium. Vt quia qui posuit disciplinæ proprium, opinionem maxime facientē fidē, nullo vsus est, neq; opposito, neq; ōnino simul natura, neq; posteriore: erit secūdū hoc bene positū disciplinæ propium. Deinde destruenti quidē: si non quod sēper sequitur, proprium assignauit: sed id, quod fit quandoq; non propriū: non enī erit benedictū proprium.

Nam

Nam neq; in quo cõprehendimus ineſſe ipſum, de hoc et nomẽ ex neceſsitate verificatur: neq; in quo cõprehenditur non ineſſe, de hoc ex neceſsitate non dicetur nomen. Quare non erit bene poſitũ propriũ. Inſuper aũt ad hæc, neq; quando quiſquã aſsignauerit ꝓpriũ, erit manifeſtũ ſi ineſt: ſiquidẽ tale eſt, vt quod ipſum relinquere poſſit. Non igitur erit clarũ eſſe ꝓpriũ. Vt quia qui poſuit animalis proprium moueri quandoq;, & ſtare: tale aſſignauit proprium, quod eſt quãdoq; non proprium: ne quaquã erit bene poſitũ propriũ. Aſtruenti vero, ſi quod ex neceſsitate ſemper eſt, propriũ aſsignauit: erit enim bene poſitum ſecundũ hoc propriũ. Vt quia qui poſuit virtutis propriũ, quod habentẽ facit ſtudioſum, quod ſemper ſequitur, proprium aſsignauit: erit vtique ſecundum hoc bene aſsignatum virtutis proprium. Deinde deſtruenti quidem, ſi quod eſt nunc proprium aſsignans: non determinauerit, quoniam nunc proprium aſsignat: non enim erit bene poſitum proprium. Primum quidem, quia quod præter conſuetudinem fit õne: ſemper determinatione indiget. Solent autẽ vt plurimũ omnes, quod ſemper ſequitur, proprium aſſignare. Secũdo aũt, quia immanifeſtus eſt, qui non determinauerit: ſi quod nunc eſt proprium, voluerit ponere. Non igitur danda eſt increpationis occaſio. Vt quia qui poſuit alicuius hominis proprium ſedere cum aliquo homine, quod nunc proprium eſt, poſuit, nõ bene proprium aſsignauit, ſi non determinans dixerit, quoniã nunc. Conſtruenti autem, ſi nunc proprium aſsignans, determinando poſuit, quoniã nũc proprium poſuerit. Erit enim bene poſitum ſecundũm hoc proprium. Vt quia qui dicit cuiuſdam hominis proprium ambulare nunc alicubi, diſtinguẽs poſuit hoc, bene erit po-

ſitum proprium. Deinde deſtruenti quidē, ſi tale aſſignauit proprium: quod manifeſtum non eſt aliter ineſſe, quàm ſenſu. Nō enim erit bene poſitum proprium. Nā omne ſenſibile extra ſenſum factum, immanifeſtum fit. Latēs enim eſt, ſi adhuc ineſt eo quia ſenſu ſolum cognoſcitur. Erit autem verum hoc in ijs, quæ non ex neceſſitate ſēper conſequūtur. Vt quia qui poſuit ſolis proprium, aſtrum, quod fertur ſuper terram lucidiſſimum, tali vſus eſt in proprio (ſuper terram inquam ferri) quod ſenſu cognoſcitur: non erit utriq; bene ſolis aſſignatum proprium. Immanifeſtū enim erit, cum accidet ſol, ſi adhuc feratur ſuper terram: eo quia nos tunc deſeruimus ſenſum. Conſtruenti vero, ſi tale aſſignauit proprium, quod non ſenſu eſt manifeſtum, aut cū ſit ſenſibile, ex neceſſitate ineſſe manifeſtum eſt. Erit enim ſecundùm hoc bene poſitum proprium. Vt quia qui poſuit ſuperficiei proprium, quod primum coloratum eſt, ſenſibili quidē aliquo vſus eſt (coloratum eſſe inquam) tali quidem, quod manifeſtum eſt ineſſe ſemper, erit ſecundùm hoc bene aſſignatū ſuperficiei proprium. Deinde deſtruenti quidem terminum vt proprium aſſignauit. Non enim erit bene poſitum proprium. Nam non oportet indicare quod quid eſt eſſe, propriū. Vt quia qui dixit hominis proprium, animal greſſibile bipes, quod quid eſt eſſe ſignificans aſſignauit, hominis proprium: nō utique erit hoc hominis proprium bene aſſignatum. Conſtruenti autem, ſi quod conuerſim quidem prædicatur, aſſignauit proprium, non autem quod quid eſt eſſe indicans. Erit enim ſecundùm hoc bene aſſignatum proprium: ut quia qui poſuit hoc proprium animal manſuetum natura, quod conuerſum quidem prædicatur, aſſignauit pro-

prium,

prium,non quod quid est esse quidem indicans,erit secundùm hoc bene assignatum proprium hominis. Deinde destruenti quidem, si non in quod quid est ponens,assignauit proprium,oportet enim in proprijs,quemadmodum in terminis ,primo assignari genus, deinde sic iam addere reliqua,& separare. Quare quod non hoc modo positum est proprium,non erit bene assignatum. Vt quia qui dixit animalis proprium,animam hebere, non posuit in quod quid est animal,non erit bene positum animalis proprium. Construenti vero,siquis in quod quid est ponẽs eius , cuius proprium assignauit,reliqua adiungit. Erit enim secundùm hoc bene assignatum proprium. Vt quia qui posuit hominis proprinm,animal disciplinæ susceptibile in quod quid est ponens,assignauit propriũ erit secundùm hoc bene positum proprium hominis. Vtrum igitur bene,an non bene assignetur ꝓprium per hæc inspiciendum.

## De proprio loci alij. Cap. III.

VTrum vero proprium est omnino,quod dictum est,an non proprium,ex his considerandum. Nam simpliciter construẽtes proprium,quoniam bene positum est,loci idem erũt ijs,qui proprium omnino faciunt In illis igitur dicentur. Primum ergo ,destruenti quidem inspiciendum ad vnumquodque eorum , cuius proprium assignauit. Vt si nulli inest,aut si non de hoc verificatur,aut si non est proprium,cuiusque eorum secundùm illud,cuius proprium assignauit Non enim erit proprium,quod positum est esse proprium. Vt quia de Geometra non verificatur indeceptabilem esse ab oratione: nam decipitur Geometra cum pseudographiam facit,non erit hoc scientis proprium non decipi ab oratione . Construenti autem,si de

omni verificatur, & qua de hoc verificatur. Erit enim propriũ, quod positum est esse proprium, ut quia animal disciplinç susceptiuũ, de õni hominine verificatur, & qua hõ, erit hominis propriũ animal disciplinæ susceptiuũ. Est aũt locus hic destruenti quidẽ, si nõ de quo nomẽ, & oratio uerificatur. Etsi non de quo oratio, & nomẽ verificatur. Cõstruẽti aũt, si de quo nomẽ, & oratio, & si de quo oratio, & nomẽ prædicatur. Deinde destruẽti quidẽ, si non de quo oratio, & nomen verificatur, et si nõ de quo nomẽ, & oratio verificatur. Nõ enim erit propriũ, quod positũ est propriũ. Vt quia animal quidẽ disciplinæ susceptuũ verificatur de deo hõ autẽ nõ prædicatur, nõ erit hominis propriũ, animal disciplinæ susceptiuũ. Constituẽti aũt, si de quo oratio, & nomẽ prædicatur, etsi de quo nomẽ, & oratio prædicatur. Erit enim propriũ, quod positũ est ppriũ, ut quia de quo animã habere, uerificatur animal, et de quo animal, animã habere, erit animã habere animalis propriũ. Deinde destruenti quidẽ, si subiectum proprium assignauit eius, quod in subiecto esse dicitur. Non enim erit proprium, quod positum est esse propriũ. Vt quia qui posuit propriũ subtilissimi corporis ignem, subiectũ assignauit prædicati proprium, nõ erit ignis corporis subtilissimi proprium. Propter hoc verò non erit subiectum eius, quod in subiecto esse dicitur, propriũ, quoniã idẽ esset pluriũ, & differentium specie propriũ. Eidẽ enim plura quædã discrepãtia specie insunt: de solo dicta, quorũ erit omniũ propriũ, quod subiectũ est, si quis hũc in modũ ponat propriũ. Constituẽti vero, si quod in subiecto est, assignauit propriũ subiecti. Erit enim propriũ, quod positũ est, non esse propriũ, siquidẽ de solo prædicatur

catur (ut dictum est) proprium. Vt quia qui dixit terræ proprium, corpus grauissimum, speciei subiecti assignauit propriũ, quod de sola dicitur re: & ut proprium prædicatur, erit terræ proprium recte positum. Deinde destruẽt quidẽ, si secundũ participationẽ assignauit proprium. Non enim erit propriũ, quod positum est esse proprium. Nam quod secũdùm participationẽ inest, in quod quid erat esse conducit. Erit autẽ huiusmodi differẽtia quçdã de aliqua specie dicta. Vt quia qui dixit hominis proprium, gressibile bipes. Secundùm participationẽ assignauit proprium, non erit utiq; proprium hominis gressibile bipes. Construenti autem, si non secundùm participationẽ assignauit proprium: neque quod quid erat esse indicans conuersim prædicata re. Erit enim proprium, quod positum est esse proprium. Vt quia qui posuit animalis proprium quod natum est sentire, neq; secundum participationem assignauit proprium, neque quod quid erat esse indicans, cõuersim re prædicata: erit vtique quod sentire natum est, animalis proprium. Deinde destruenti quidem si non contingit simul inesse proprium, sed vel posterius, vel prius quàm nomen, cuius est. Non enim erit proprium quod positum est esse proprium: aut nunquam, aut non semper. Vt quoniam cõtingit alicui prius fore, & posterius ambulare per forũ, quã quod hõ, non erit ambulare per forum hominis proprium, aut nũquam, aut non semper. Construenti autem, si simul ex necessitate semper inest: cum neq; terminus, neque differentia sit. Erit enim proprium, quod positum est forsitan non esse propriũ: vt quia animal disciplinæ susceptiuum simul ex necessitate semper est & id, quod est homo: cum neque differẽtia sit, nec termi-

nus,

nus, erit animal disciplinæ susceptiuum hominis propriũ. Deinde destruenti quidẽ: si eorundẽ, qua eadem sunt, non est idẽ proprium. Non enim erit propriũ: quod positum est esse propriũ. Vt quia nõ est propriũ prosequendi, apparere quibusdã bonũ. Neq; eligendi erit vtiq; proprium, apparere quibusdã bonum. Idẽ enim est prosequendum: & eligendum. Construenti autem si eiusdẽ quatenus idem est, idẽ est proprium. Erit enim propriũ, quod positum est non esse proprium. Vt quoniam hominis qua hõ est, dicitur proprium tripartitam animã habere, & viri, quatenus vir est: erit vtiq; proprium hominis tripartitam animam habere. Vtilis autem locus hic & in accidente est: nam in ijsdem in eo quod eadem sunt, eadẽ oportet inesse, vel nõ inesse. Deinde destruenti quidem, si eorum, quæ sunt eadem specie, non idẽ semper specie propriũ est. Neq; enim eius quod dictũ est, erit propriũ, qd positum est esse proprium. Vt quia idẽ est specie hõ, & equus. Non semper autẽ equi est propriũ stare à se, nec hominis erit proprium moueri â se. Idẽ enĩ est specie moueri, & stare â se, quatenus vtriq; eorũ, ut animal est, accidit: Cõstruenti uero, si eorum, quæ sunt eadẽ specie idẽ semper specie sit proprium. Erit enim propriũ, quod positum est nõ esse propriũ. Vt quia hominis est propriũ esse gressibile bipes: & auis erit proprium esse volatile bipes. Vtrumq; enim horum est idem specie, quatenus illa quidẽ sub eodẽ sunt genere species, cum sint sub animali, hæc autem, vt generis differentiæ animalis. Hic autem locus falsus est, quando alterum quidem eorum quæ dicuntur, vni alicui soli speciei inest, alterum vero inest pluribus, quemadmodũ gressibile quadrupes. Quoniam autem idẽ & diuersum

uersum multipliciter dicitur labor est Sophistice assumenti vnius assignare, & solius alicuius proprium. Nam quod inest alicui, cui accidit aliquid, & accidenti inerit sumpto cum eo, cui accidit. Vt quod inest homini, & albo homini inerit, si fuerit albus homo, & quod albo homini inest, inerit, & homini. Calumniabitur autem aliquis multa propria, subiectum aliud quidem per se faciens, aliud autem cum accidente. Vt aliud quidem hominem esse dicens, aliud vero album hominem. Insuper etiam diuersum faciens habitum, & quod secundùm habitum dicitur. Nam quod habitui inest, & ei quod secundùm habitum dicitur, inerit. Et quod ei (quod secundùm habitum dicitur) inest, & habitui inerit. Vt quoniam sciens secundum scientiam dicitur affici, non erit scientiæ proprium indissolubile à ratione, nam & sciens erit indissolubilis á ratione. Construenti autem, dicẽdum: quoniam non est diuersum simpliciter id cui accidit, & accidens cum eo, cui accidit sumptum. Sed aliud dicitur, eo quòd diuersum sit ipsis esse. Non enim est idem homini, & esse homini, & albo homini, & esse albo homini. Præterea autem considerandum est ad casus dicendi, quoniam neque sciens est indissuabile à ratione sed indissuasibilis à ratione, neq; scientia indissuasibile, sed indissuasibilis à ratione. Nã ei qui õnino instat, õnino est aduersandum. Deinde destruenti quidẽ, si quod natura inest, volẽs assignare, hoc modo ponit secundûm locutionem, ut quod semper inest, significet. Videbiur enim moueri quod positum est, proprium esse. Vt quia qui dixit hominis proprium bipes, vult quidem quod natura inest, assignare: significat autem locutionem quod semper inest, non erit hominis proprium bipes. Nõ

enim

enim omnis homo est duos pedes habens. Construenti autem, si vult quod natura inest, proprium assignare, & locutione hoc modo significat. Non enim mouebitur secundùm hoc proprium, vt quia hominis proprium assignauit animal disciplinæ susceptiuum, & vult, & dictione significat id, quod natura est proprium non mouebitur secundùm hoc, vt non sit hominis proprium animal disciplinæ susceptiuum. Insuper quæcunque dicuntur, vt secundùm aliud aliquid primum, aut vt primum ipsum, labor est assignare talium proprium. Nam si eius proprium assignauit, quod est secundùm aliud aliquid, & de primo verificabitur. Si autem primi posuerit, & de eo prædicabitur, quod est secundùm aliud. Vt si quis assignet superficiei proprium coloratum esse, & de corpore verificabitur coloratum esse. Si autem corporis, & de superficie prædicabitur: quare non de quo oratio, & nomen verificabitur. Accidit autem in quibusdam proprijs plerunque fieri aliquid peccatum, propter hoc, quòd non determinetur, quomodo & quorum ponit quis proprium. Omnes enim conantur assignare proprium, aut quod natura inest, vt hominis bipes aut quod nunc inest, vt hominis alicuius quatuor: digitos habere: aut, specie, vt ignis subtilissimum: aut simpliciter, vt animalis viuere: aut secundũ aliud, vt animæ prudens: aut vt primũ, quemadmodum ratiocinatiuis prudens: aut vt in eo quod habet, vt scientis indissuasibile à ratione, nihil enim aliud quum habẽdo aliquid erit indissuasibile à ratione: aut in eo quod habetur, vt scientiæ indissuasibile à ratione: aut in eo quòd participatur, vt animalis sentire. Sẽtit enim & aliud quid, vt hõ, sed participãs tam hoc sentit: aut in eo quod participat, vt alicuius animalis viuere.

Qui

Qui igitur nõ addit natura, peccat eo quod cõtingit quòd natura ineſt, non ineſſe illi, cui natura ineſt: vt hominis duos pedes habere. Qui vero non determinat, quoniã nunc ineſt: quod ineſt nũc, aſſignat, quoniam non erit tale, quale nunc ineſt id. Vt quatuor digitos habere hominem. Qui autem non indicat quoniam vt primum, aut vt ſecundum aliud ponit, quoniam nõ de quo oratio, et nomen verificabitur. Vt colorarium eſſe, ſiue ſuperficiei, ſiue corporis aſſignauerit proprium. Qui etiam non prædicit, quoniã aut in eo quòd eſt habere, aut in eo, quòd eſt haberi: proprium aſſignauit: non enim erit proprium, quod aſſignatum eſt. Nam inerit (ſi in eo quòd habetur, aſſignauit proprium) etiã habenti. Si autem habenti: & ei, quod habetur, ut indiſſuabile à ratione ſcientiæ, uel ſcientis poſitum proprium. Qui etiam non præſignificat in eo quòd participat aut participatur: nam & alijs quibuſdã inerit proprium. Si enim in eo quidem, quod participatur: aſſignauit, participantibus inerit. Sin autem in eo, quod participat, ijs, quæ participãtur. Vt ſi alicuius animalis poſuerit viuere propriũ. Qui nõ diuidit etiã id, quod ſpecie ineſt. Quoniam vni ſoli inerit eorum, quæ ſub eo ſunt, cuius propriũ ponit. Nã quod eſt ſecundùm ſuperabundantiam, uni ſoli ineſt, vt ignis leuiſſimum. Aliquoties autem & ſpecie addẽs, peccat. Nam oportebit vnam ſpeciem eſſe eorum, quæ dicuntur, quãdo ſpecie addiderit. Hoc autem in quibuſdam non accidit, vt neq; in igni. Non enim eſt vna ſpecies ignis, diuerſum eſt enim ſpecie carbo, & flãma, & lux: cum vnumquodq; horũ ſit ignis: propter hoc nõ oportet, quãdo ſpecie additur, diuerſam eſſe ſpeciem eius, quod dicitur, quoniam hic quidẽ magis, illis aũt minus

inerit,

inerit, quod dictum est proprium, vt in igne subtilissimum. Subtilior enim est lux carbone, & flamma: hoc autem oportet fieri, quãdo nõ & nomen magis prædicatur, de quo oratio magis verificatur. Si autem non, non erit de quo oratio magis. Insuper autem adhæc idem esse accidit proprium & eius quod simpliciter, & eius, qđ maximè in eo, quod est simpliciter tale. Vt in igne se habet subtilissimũ, nam & lucis, & ignis simpliciter erit hoc ipsum propriũ. Subtilissima enim est lux. Cum igitur alius sic assignat proprium, argumentandũ sic ei, aut non danda est hæc instantia, sed statim cum ponit proprium, determinandum est quo modo ponit proprium.

## De proprio loci alij. Caput. IIII.

DEinde destruenti quidem, si idem eiusdẽ proprium posuit. Non enim erit proprium, quod positum est esse propriũ. Nam idem eidem omne, quid est esse indicat. Quod autẽ quid est esse indicat, non proprium, sed terminus est. Vt quia qui dixit honesti proprium decens esse, idem eiusdem proprium assignauit (idem enim est honestum & decens) non vtique erit decens honesti proprium. Construenti autem si non idem quidem eiusdem proprium assignaut, cum conuersim prædicatum posuit. Erit enim proprium, quod positum est non esse proprium. Vt quia qui posuit animalis proprium id, quod substantia animata, non idem quidem eiusdem proprium posuit, & cõuersim prædicatum assignauit, & erit animalis proprium substantia animata. Deinde in similiaribus considerandum est, destruenti quidem, si quod totius est proprium, non verificatur de parte, aut si quod partis est proprium non dicitur de to-

to.

to. Non enim erit proprium, quod positū est esse propriū. Accidit aūt hoc in aliquibus fieri. Assignabit enim vtiq; aliquis in similaribus propriū: aliquoties quidē ad totū respiciēs, aliquoties aūt ad id, quod secundùm partē dicitur: ipse seipsum sciens. At erit neutrum recte assignatum, vt ad totum quidē, quia qui dixit maris propriū plurimā aquam salsam: alicuius quidē similiariū posuit proprium. Tale aūt assignauit, quod nō verificetur de parte: (non enim erit quoddā mare plurima aqua salsa) non vtique erit maris propriū plurima aqua salsa. Ad partē aūt: ut quia qui posuit aeris propriū, respirabile: similariū quidem alicuius dixit propriū: tale aūt assignauit, quod de aliquo aere verū est, de toto aūt non dicitur (nō enim vniuersus aer respirabilis) nō erit vtique aeris propriū respirabile. Constructi vero, si verificatur quidem de vnoquoq; similarium, quod est proprium eorū secundū totum, erit propriū, quod positum est non esse propriū, vt quia verificatur de ōni terra deorsum ferri secundùm naturā. Est aūt hoc propriū alicuius terræ secundū terram (secundùm enim terrā & id quod est terrā esse) erit vtiq; terræ propriū deorsum ferri secundùm naturā. Deinde ex oppositis considerādum est: primū quidē ex contrarijs, destructi quidē, si contrarij non est cōtrarium propriū, neq; vtiq; contrarij erit cōtrariū proprium, vt quia cōtrarium est iustitiæ quidē iniustitia. Optimo autem pessimum. Non est autem iustitiæ proprium optimum, non erit iniustitiæ proprium pessimum. Constructi autem si contrarij contrarium proprium est, & cōtrarij contrarium proprium erit: vt quia contrarium est bono quidē malum, eligendo autem fugiendum: est autem boni proprium eligendū, erit mali

pro-

proprium fugiendum. Secundùm autem ex ijs, quæ ad aliquid sunt: destruenti quidem, si hoc quod ad aliquid est, eius quod est ad aliquid, non est proprium, neque, vtique hoc, quod ad aliquid est, eius, quod ad aliquid est, erit proprium. Vt quia dicitur duplũ quidem ad dimidium: superans autem ad superatum: non est autẽ dupli proprium superans, non erit dimidij proprium superatum. Construenti autem, si eius, quod est ad aliquid hoc quod est ad aliquid, est proprium, & eius, quod est ad aliquid, id, quod est ad aliqnid: erit proprium: vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium id esse quod duo ad vnum: est autem dupli proprium, vt duo ad vnum, erit dimidij proprium, vt vnum ad duo. Tertium autem destruenti quidem, si ipsius habitus, id quod secundùm habitum dicitur, non est proprium, neque vtique priuationis, id quod secundùm priuationem dicitur, erit proprium. Etsi priuatiõis, id, quod secundùm priuationem dicitur, non est proprium, neque habitus ipsius, id, quod secundùm habitum dicitur, erit proprium. Vt quia non dicitur surditatis proprium insensibilitatem esse (& enim alijs communis est) neque ipsius auditus erit proprium sensum esse. Construenti vero, si quod secundùm habitũ dicitur, est ipsius habitus proprium, & priuationis, id, quod secundùm priuationẽ dicitur, erit proprium, & si priuationis, id quod secundùm priuationem dicitur est proprium, & ipsius habitus id, quod secundũ habitũ dicitur, erit propriũ. Vt quia visus est propriũ videre secundũ quod habemus visum, erit cæcitatis proprium non videre secundùm quod non habemus visum, nati habere. Deinde ex affirmationibus & negationibus, primum quidem ex ipsis, quæ prædicantur. Est autem locus hic vtilis destruenti tantum.

Vt

*Vt si affirmatio, uel quod secũdùm affirmationem dicitur, eius est proprium, non erit vtique eius negatio, neq; quod secundùm negationẽ dicitur propriũ. Si aũt sit negatio, aut quod secundùm negationem dicitur proprium, eiusdem non erit affirmatio, neq; quod secundùm affirmationem dicitur, proprium: ut quia proprium animalis est animatũ, nõ erit animalis proprium, nõ animatum. Secundum etiam ex prædicatis, vel etiam non prædicatis, & de quibus prædicatur, vel non prædicatur: destruenti quidem, si affirmationis affirmatio nõ est proprium, neq; negatio negationis erit propriũ. Et si negatio negationis nõ est proprium, neq; affirmationis affirmatio erit proprium. Vt quia nõ est propriũ hominis animal, neq; nõ hominis proprium erit nõ animal. Si aũt nõ hominis, nõ videtur ꝓpriũ nõ animal, neq; hominis erit ꝓprium animal. Cõstruẽti aũt, si affirmationis affirmatio est ꝓpriũ, & negatio negationis erit ꝓprium. Si aũt negationis negatio est ꝓprium, & affirmatio affirmationis erit ꝓprium. Vt quia nõ animalis est ꝓprium nõ viuere, erit animalis ꝓprium viuere. Et si aĩalis ꝓpriũ videtur viuere, & nõ animalis ꝓprium videbitur nõ viuere. Tertiũ autẽ ex ipsis subiectis, destruenti quidẽ, si qꝺ assignatum est proprium, affirmationis est proprium, non erit & negationis proprium. Si autem negationis est proprium quod assignatum est, non erit affirmationis proprium, vt quia animalis proprium est animatũ, non animalis proprium non erit animatum. Construenti vero, si assignatum proprium non est affirmationis proprium, erit negationis. At hic locus deficit, nam affirmatio negationis, & negatio affirmationis nõ est proprium. Quãdo quidẽ affirma-*

tio negationi omnino non ineſt. Negatio autẽ affirmationi ineſt quidem, at non vt proprium ineſt. Deinde ex ijs, quæ ex oppoſito diuiduntur: deſtruenti quidem, ſi eorum, quę ex oppoſito diuiduntur, nullum vllius reliquorum ex oppoſito diuiſorum eſt proprium, neque profecto quod poſitum eſt, erit proprium eius, cuius poſitum eſt proprium. Vt quia animal ſenſibile nullius aliorũ mortaliũ animalium eſt proprium, nec animal intelligibile erit dei proprium. Conſtruenti autem, ſi cæterorum, quæ ex oppoſito diuiduntur, quodnis, eſt proprium talium quorũcũq; eorũ, quæ ex oppoſito diuiduntur, erit profecto reliquum eius ꝓpriũ, cuius poſitum eſt non eſſe proprium: vt quia prudentiæ eſt proprium per ſe natum eſſe rationalis virtutẽ eſſe, & aliarum virtutum ſic vniuſcuiuſq; ſumptæ, erit temperantiæ proprium per ſe natum eſſe cõcupiſcibilis virtutẽ eſſe. Deinde ex caſibus: deſtruenti quidẽ, ſi caſus nõ eſt propriũ neq; profecto caſus erit propriũ caſus, vt quia non eſt eius, qđ eſt iuſte propriũ id qđ bene neq; iuſti propriũ erit bonũ. Conſtruenti aũt, ſi caſus caſus eſt proprium, erit profecto & caſus caſus proprium. Vt quia hominis eſt propriũ greſſibile bipes, & homini erit propriũ greſſibili bipede dici. Non ſolũ aũt in eo, quod dictũ eſt ſecundũ caſus eſt conſiderãdũ: ſed & in oppoſitis, vt in prioribus locis dictum eſt. Deſtruẽti quidẽ ſi oppoſiti caſus, non eſt proprium oppoſiti caſus, neq; vtique oppoſiti caſus erit propriũ oppoſiti caſus: vt quia non eſt eius, quod eſt iuſte, proppiũ, quod bene, neq; iniuſte erit proprium, quod male. Conſtruenti vero, ſi oppoſiti caſus eſt proprium oppoſiti caſus, erit & vtique oppoſiti caſus proprium oppoſiti caſus. Vt quia honeſti eſt proprium optimũ

& inbo-

& inhonesti erit proprium pessimum. Deinde ex ijs, quę similiter se habent. Destruenti quidē, si quod similiter se habet, eius, qđ similiter se habet, non est ꝓpriū, neque vtique quod similiter se habet, eius quod similiter habet, erit proprium. Vt quia similiter se habet ad destruendum edificium edificator, & medicus ad efficiendam sanitatem. Non est autem proprium medici efficere sanitatem, neque edificatoris erit proprium extruere edificium. Construenti autem, si quod similiter se habet, erit proprium eius, quod similiter se habet, erit vtique & quod similiter se habet eius, quod similiter se habet proprium. Vt quoniam similiter se habet medicus ad id, quod est esse effectiuum sanitatis, & ludi magister ad id, quod est esse effectiuum bonæ habitudinis. Est autem proprium magistri ludi esse effectiuum bonæ habitudinis, erit ꝓprium & medici esse effectiuum sanitatis. Deinde ex ijs, quę eodem modo se habent, destruenti quidē, si quod eodē modo se habet eius, ad quod eodē modo se habet, non erit proprium, neque vtique quod eodem modo se habet eius, ad quod eodē modo se habet, erit proprium. Si aūt eius ad quod eodem modo se habet id, quod eodem modo se habet, est proprium, eius non erit proprium, cuius positum est esse proprium. Vt quia eodem modo se habet prudentia ad honestum & turpe, eo quia disciplina vtriusque eorum est, non est aūt prudentiæ proprium disciplinā esse honesti, non vtique erit propriū prudentiæ disciplinā esse turpis. Si vero est proprium prudentiæ disciplinam esse honesti, non erit proproprium eiusdem disciplinā esse turpis. Impossibile est enī eiusdē plura esse ꝓpria. Construenti vero nihil locus iste vtilis. Nā quod eodem modo se habet vnum ad plura comparatur. Dein-

de destruenti quidem, si quod secundùm esse dicitur, non est eius quod secundùm esse dicitur proprium. Nam neq; secundũ corrumpi, eius quod est secundũ corrumpi, neq; secundũ generari, eius quod secundùm generari dicitur, erit ꝓpriũ. Vt quia nõ est hominis ꝓpriũ esse animal, neq; eius, quod est hominẽ generari, erit proprium generari animal, neq; eius, quod est hominẽ corrũpi, erit ꝓprium corumpi animal. Eodem autem modo accipiendum est ex generari ad esse & corrumpi: & ex corrũpi ad esse, & generari, quemadmodum dictum est nunc, ex esse ad generari, & corrumpi. Construenti autem, si eius quod est secundùm esse, ordinatũ est. (Est aũt per se ordinatũ proprium) nam & eius, quod secundũ generari dicitur, erit hoc, quod secundũ generari dicitur, proprium. Et eius quod secundũ corrumpi, hoc qđ secundũ corrumpi est assignatum, vt quia hominis est proprium esse mortalem, & eius quod est generari hominem, erit propriũ generari mortalem, & eius, quod est corrumpi hominem, corrũpi mortalem. Eodem autem modo accipiendũ est & ex generari, & corrumpi & ad esse, & ad ipsa ex ipsis fieri, quemadmodũ & in destruenti dictum est. Deinde inspiciendum ad ideã positi, destruenti quidem, si ideæ non inest, aut si non secundũ hoc, secundùm quod dicitur de illo, cuius proprium assignatum est. Non enim erit proprium, qđ positum est esse proprium: vt quoniam ipsi homini non inest immobilitas, qua hõ est, sed qua idea, non erit hominis proprium immobilitas. Construenti aũt, si ideæ inest, & secundũ hoc inest, qua dicitur de illo ipso, cuius positum est non esse propriũ. Erit enim proprium quod positum est non esse proprium, vt quoniam inest animali ex anima & corpore com-

compositum esse, & qua animal est ipsi inest id, erit proprium animalis ex corpore & anima compositum esse.

## De proprio loci alij. Cap. V.

DEinde ex magis, & minus, primum quidem destruenti, si quod magis est, eius quod magis, non est proprium. Neq; enim quod minus est eius, quod minus, erit proprium: neq; quod minime, eius quod minime: neq; quod maxime, eius quod maxime: neq; quod simpliciter eius, quod simpliciter. Vt quia nõ est magis colorari magis corporis proprium, neque minus colorari minus corporis proprium erit, neque colorari corporis õnino. Cõstruenti aũt, si quod magis est, eius quod magis est, est proprium. Nã quod minus est eius, quod minus est, erit propriũ: & quod minime eius, quod minime: & quod maxime eius, quod maxime: & quod simpliciter eius, quod simpliciter. Vt quia magis viuẽtis magis sentire est proprium, & minus viuentis minus sentire erit proprium, & eius quod maxime, id quod maxime, & eius quod minime id, quod minime, & eius quod simpliciter, id quoq; quod simpliciter. Et ex eo autem quod simpliciter, ad eadem considerandum est, destruenti quidem, si quod simpliciter eius, quod simpliciter, nõ est proprium. Neque enim eius, quod magis est, eius quod magis: neque quod minus eius, quod minus: neq; quod maxime eius, quod maxime, neque quod minime, eius quod minime erit propriũ. Vt quia nõ est hominis proprium studiosum neque magis hominis magis studiosum erit proprium. Cõstruẽti autem, si quod simpliciter est eius, quod simpliciter est proprium. Nam & hoc, quod magis eius, quod magis, & quod minus eius, quod minus, & quod minime eius, quod minime, & quod

maxime eius, quod maxime erit proprium. Vt quia est ignis proprium sursum ferri secundùm naturam, & magis ignis, erit proprium magis sursum ferri secundum naturam. Eodem autem modo considerandum est & ex alijs ad omnia huiusmodi. Secundum autem, destruenti quidem, si quod magis est, non est eius, quod magis est proprium, neque enim quod minus est eius quod minus, erit proprium, vt quaniam magis est proprium animalis sentire quam hominis scire, non est autẽ animalis proprium sentire, quare non erit hominis proprium scire, Cõstruẽti aũt si quod minus, eius quod minus, est proprium, nam & quod magis, eius quod magis, erit proprium, vt quia minus est hominis proprium mansuetum natura quam animalis viuere. Est autẽ hominis proprium mansuetum natura, erit proprium animalis viuere. Tertium vero, destruenti quidem, si cuius magis est, proprium non est, neque enim cuius est minus proprium, erit eius proprium. Si autem illius est proprium, non erit, huius proprium, vt quia colorari magis superficiei quam corporis est proprium, non est autẽ superficiei proprium, non erit corporis proprium colorari. Si uero est superficiei propriũ nõ erit corporis propriũ. Nã cõstruenti hic locus non est vtilis, impossibile enĩ est idem plurium propriũ esse. Quartũ autẽ, destruenti quidẽ, si quod magis est eius proprium, non est proprium, neq; profecto quod minus est eius proprium, erit proprium. Vt quia magis propriũ est animalis sensibile quam partibile, non est aũt animalis sensibile propriũ, quare non erit animalis partibile propriũ. Cõstruenti aũt: si quod minus est eius propriũ, est propriũ, nam & quod magis est eius ꝓpriũ, erit ꝓpriũ, vt quia minus est

ani-

animalis proprium sentire quam viuere, est autẽ animalis proprium sentire, erit animalis propriũ viuere. Deinde ex his, quæ similiter in sunt, primum quidem destruenti, si quod simliter est proprium, non est proprium eius, cuius similiter est propriũ: neque enim quod similiter est propriũ, erit propriũ, eius cuius similiter est proprium: vt quia similiter est proprium concupiscibilis concupiscere, & rationalis ratiocinari: non est autem proprium concupiscibilis concupiscere, non erit rationalis proprium ratiocinari. Construenti vero, si quod similiter est proprium, eius est proprium, cuius est similiter proprium: nã & quod similiter est proprium erit eius proprium, cuius similiter est proprium, vt quia similiter est proprium rationalis proprium prudẽs, & cõcupiscibilis proprium primum temperans: est autem rationalis proprium primum prudẽs, erit utique concupiscibilis proprium primum temperans. Secundum autem: destruenti quidem, si quod similiter est proprium, non est proprium eius, nam neque quod similiter est proprium, erit proprium eius. Vt quia similiter est proprium hominis videre, & audire, non est autem hominis proprium videre, non vtique erit hominis proprium audire. Construenti uero si quod similiter est eius proprium, est proprium, nam & quod similiter est eius propriũ, erit proprium: ut quia similiter est proprium animæ aliqua pars eius esse concupiscibile, & rationale primo: est autem proprium animæ aliqua pars eius esse concupiscibile primo erit utique proprium animæ aliqua pars eius esse rationale primo. Tertiũ vero, destruẽti quidem, si cuius similiter est proprium, non est proprium, neque enim cuius similiter est proprium, erit proprium. Si autem

illius

illius est proprium, non erit alterius proprium. Vt quia vere similiter est proprium flammæ, & carbonis, non est autem flãmæ proprium vrere, non erit vtiq; carbonis proprium vrere. Si autem est flãmæ proprium, non erit carbonis proprium vrere. Construenti enim hic locus nõ est vtilis. Differt autẽ quod est ex ijs, quæ similiter se habent, ab eo, quod ex ijs est, quæ similiter insunt. Quoniã illud quidem secundùm proportionem sumitur, non in eo quod ineſt alicui comparatum: hoc autem ex eo, quod ineſt, alicui comparatur. Deinde destruenti quidem, si potentia proprium assignans, & ad ens assignauit proprium potentia, cum non contingat ei potentia inesse, cum ens non est. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium. Vt quia qui dixit aeris proprium respirabile potentia quidem assignauit proprium. (Nam tale propriũ, ut respirari possit, respirabile est) assignauit autem & ad ens proprium. Nam & cum non est animal, quod natum est aerem spirare, contingit aerem esse, nõ tamen cum non est animal, possibile est spirare. Quare neque aeris erit proprium huiusmodi possibile respirari tunc, quia animal non erit, quod tale est, vt respirare possit. Non ergo erit aeris propriũ respirabile. Cõstruenti autẽ, si potentia assignãs proprium, tã ad ens quàm ad non ens proprium assignauit, cum cõtingat potentia inesse eo non ente, erit enim proprium, quod positum est non esse proprium. Vt quia qui assignauit propriũ entis possibile pati, aut facere, potentia assignãs proprium, ad ens assignauit proprium. Nã cum ens est, & possibile pati quid, aut facere erit. Quare proprium erit entis possibile pati quid aut facere. Deinde destruẽti quidem, si per superabundantiã posuit

pro-

proprium, nõ enim erit propriũ, quod positum est esse propriũ. Accidit enim sic assignantibus proprium non de quo orationẽ, & nomen verificari. Nam corrupta re, nihil minus erit oratio, eorũ enim quæ sunt, alicui maximè inest: ut si quis assignet ignis proprium corpus leuissimum, corrupto enim igne, erit aliquod corporum, quod leuissimum erit. Quare non erit ignis propriũ corpus leuissimum. Construenti autem, si non per superabundantiam posuit proprium, erit enim secundùm hoc bene positum proprium, ut quia qui posuit hominis proprium animal mansuetum natura, non per superabundãtiam assignauit proprium, erit vtique secundùm hoc bene positum proprium.

## SEXTI TOPICORVM. Aristotelis.

### De locis diffinitionis Cap. I.

EIus autem negotij, quod est circa terminos, partes sunt quinq;. Aut quia non est verũ dicere de quo nomen, & orationem. Oportet enim hominis definitionem de omni homine verificari. Aut quia cum sit genus, non posuit in genere, vel non in proprio genere posuit. Oportet enim eum, qui definit, in genere ponentẽ differẽtias adiungere. Nam maximè eorum, quæ sunt in definitione, genus videtur definiti substantiam significare. Aut quia non propria est definitio: oportet enim definitionẽ (quemadmodum & prius dictum est) propriam esse. Aut si õnia quę dicta sunt,

faciens,

faciens, non determinauit neque dixit quod quid erat esse ipsi definito. Reliquum autem præter ea quæ dicta sunt, si definiuit quidem: sed tamen non bene definiuit. Si igitur non verificatur de quo nomen & oratio, ex ijs, quæ dicta sunt in accidẽte locis, considerandum. Nam & illic verum vtrum, vel non verum omnis consideratio fit. Quando enim quoniam inest accidẽs disputamus, quod uerum est dicimus. Quando autem, quoniam non inest, quoniam non verum. Sin vero non in proprio genere posuit, aut si nõ ppria est assignata oratio, ex ijs quæ sunt ad genus, & proprium dictis locis, perspiciendum. Reliquum vero si non definiuit, aut si non bene definiuit aliquo modo, aggrediẽdum dicere. Primum igitur inspiciendum, si non bene definiuit. Facilius est enim quodlibet fecisse quàm bene fecisse. Manifestum igitur, quoniam peccatum circa hæc plusculum, eo quod laborioſius. Quare argumentatio facilior circa hoc, quàm quæ circa illud fit. Sunt itaque eius, quod est non bene, partes duæ. Vna quidem obscura interpretatione vti. Oportet enim desinentem (ut contingit) quàm clarissima interpretatione vti, eo quòd cognoscendi gratia, assignatur definio. Secunda autem, si amplius dixit in definitione quàm par sit. Nam omne, quod superadiectum est in definitione, superfluum est.

## De definitione loci alij. Caput. II.

RVrsus aũt vtrumq; quod dictum est, in plureis parteis diuiditur. Vnus ergo locus eius, quod obscure est, si sit æquiuocum alicui, quod dictum est. Vt quoniam generatio est ductio ad substantiam, & quoniam sanitas commensuratio calidorũ, & frigidorum. Nã æquiuoca est ductio, & cõmẽ

suratio.

ſuratio. Immanifeſtum igitur vtrũ vult dicere eorum, quę ſignificantur ab eo, quod multipliciter dicitur. Similiter autẽ, & ſi cũ definitum multipliciter dicitur, diuidens non dixit. Nam immanifeſtum vtrius definitionẽ aſſignauit. Inſuper etiam contingit calũniari, velut non conueniente oratione ad omnia, quorum definitionẽ aſſignauit. Maximè aũt contingit tale quippiã facere, cũ latet æquiuocatio. Contingit etiã & eum, qui diuidit (quoties dicitur id, quod in definitione aſſignatũ eſt) ſyllogiſmũ facere. Nã ſi ſecundũ nullũ modorũ ſufficienter dictũ eſt, manifeſtũ: quoniã non definiuit ullo modo. Aliius ſi ſecundũ metaphorã dixit, vt ſcientiã in deciduã, aut terrã nutricẽ, aut tẽperantiã conſonantiã. Nã omne obſcurũ, quod ſecundum metaphorã dicitur, Cõtingit autem & metaphora loquentem calũniari, tanquam non proprie dicentem. Non enim congruet dicta definitio, vt in temperantia, omnes enim conſonantia in ſonis. Inſuper, ſi eſt genus conſonantia temperantiæ, in duobus generibus erit idem non continentibus ſeinuicem, Neque enim conſonantia virtutem, neque virtus continet conſonantiam. Præterea ſi non poſitis nominibus vtitur, vt Plato cliumbre oculum: aut araneum putrimordax, aut medullam oſſigneum. Nam omne obſcurum, quod inſuetum eſt. Quædam autem neque ſecundùm æquiuocationem, neque ſecundùm metaphoram, neque proprie dicuntur, vt lex menſura, vel imago eorum, quæ natura iuſta ſunt. Sunt autem huiuſmodi deteriora metaphora. Nam metaphora facit quodammodo notũ, quod aſſignatum eſt per ſimilitudinem. Omnes enim metaphora vtentes, ſecundùm aliquam ſimilitudinem ea vtuntur. At quod tale eſt, non facit notum. Nam ne-

què similitudo est, secundùm quam mensura, vel imago lex est, ne que proprie solet dici. Quapropter si proprie mensuram, vel imaginem legem dicit esse, mentitur. Imago enim id est, cuius generatio per imitationem est. Hoc autem non inest legi, si autem nõ proprie, manifestum, quoniã obscure dixit atq; deterius quolibet eorũ, quę secundũ metaphorã dictũur. Insuper etiã si nõ manifesta est contraria ratio ex hoc, qđ dicitur. Nã quę bene assignãtur, & cõtrarias cõmanifestãt. Aut si per se dicta, nõ sit manifestũ, cuius est definitio. Sed quẽadmodũ ea quæ sunt ãtiquorũ scriptorum, nisi quis superscripsisset, non cognoscebatur, quid vnũquodque. Si igitur non clare, ex huiusmodi est inspiciendũ. Si aũt superfluũ in termino dixit: primũ quidẽ cõsiderãdum, si aliquo vsus est, quod õnibus insit, vel simpliciter ijs, quę sub eodem genere sunt definitorũ. Nã superfluũ dici necessariũ id est. Oportet enim genus ab alijs separare. Differentiam autem ab aliquo eorum, quę sunt in eodẽ genere. Atqui quod omnibus quidem inest, simpliciter, â nullo separat. Quod autẽ omnibus, quæ sub eodem sunt genere, inest, non separat ab ijs quę sunt in eodem genere. Quare superuacaneum huiusmodi appositum. Aut si est quidem proprium, quod appositum est. Ablato enim illo, & reliqua definitio propria est, & indicat substantiam. Vt in hominis oratione scientię susceptiuum appositum, superfluum est. Etenim eo ablato, reliqua oratio propria est & indicat substantiam. Simpliciter autem dicendo, omne superfluum, quo ablato reliquum manifestum facit id, quod definitur. Talis autẽ est & animæ terminus, si est numerus ipse seipsum mouens. Etenĩ quod seipsum mouet, est anima, cen Plato definit: an propriũ quidem

est

est,quod dicitur,non tamen indicat substantiam interempto numero. Vtrouis igitur modo se habeat, difficile est explicare. Vtendum autem in omnibus,talibus ad id,quod expedit, vt est flegmatis terminus,humidum primum à cibo indigestum. Vnũ enim primum non multa,quare superfluum indigestum oppositum etenim hoc oblato,reliqua erit propria definitio. Non enim contingit à cibo,& hoc quid,& aliud quoddam primo esse. An non simpliciter à cibo flegma,sed indigestorum primum. Quare addendum est indigestũ. Nam illo quidem modo dicta nõ vera erit definitio,siquidem non omnium primum est. Insuper,siquippiam eorum quæ sunt in oratione,non omnibus inest,quæ sunt sub eadem specie. Nam talis peius definit,quam qui vsi sunt eo quod inest omnibus,quæ sunt. Illic enim si reliqua propria definitio est,& tota propria erit. Simpliciter emm ad proprium quolibet addito vero,tota oratio propria fit. At si aliquid eorũ, que sunt in oratione non omnbus insit,quæ sub eadem specie, impossibile est totam orationem propriam esse. Non enim conuersim prædicabitur de re, vt animal gressibile bipes quadricubitale, Non enim huiusmodi oratio conuersim prædicabitur de re,eo quòd non omnibus inest,quæ sub eadem specie sunt, quadricubitale. Rursum si idem frequenter dixit,vt qui concupiscentiã appetitum delectationis dixit: nam omnis concupiscentia delectationis est, quare & idem concupiscentiæ appetitus delectationis erit. Fit igitur terminus concupiscentiæ, appetitus delectationis (nihil enim differt concupiscentiam dicere:,& appetitũ delectatiõis )quare vtrũq; eorum delectatiõis erit. An hoc quidẽ nihil absurdum,nam & homo bipes est,quare idem homini bipes erit:

est

est autem idem homini animal gressibile bipes. Quare animal gressibile bipes, bipes est. Sed nõ propter hoc absurdum aliquid accidit, non enim de animali solum gressibile, bipes prædicatur, sic enī de eodẽ bis bipes prædicaretur. Sed de animali gressibili bipede bipes dicitur. Quare semel tãtũ bipes prędicatur. Similiter autem & in concupiscentia: non enim de appetitu id, quod est delectationis esse prędicatur, sed de toto, quare semel & hic prædicatio fit. Non est autem bis dicere idem nomẽ aliquid absurdum: sed frequenter de aliquo idẽ prædicari, sicut Xenocrates prudentiam definitiuam, & contemplatiuã eorum quæ sunt dicit esse: nam definitiua contemplatiua quædam est. Quare bis idem dicit, addens rursum contemplatiuam. Similiter autem & quicunq; refrigerationem priuationẽ eius quidẽ caloris, qui secundùm naturam est, dicunt esse. Nã omnis priuatio eius est, quod secundùm naturam est. Sed sufficit fortasse dicere priuationem caloris, eo quód ipsa priuatio notum facit, quod eius sit, quod secundùm naturam dicitur. Rursum si vniuersaliter dicto, addidit & particulare, vt si clementiam imminutionem expedientium & iustorum: nam iustum expediens quippiam est. Quare continetur in expediente. Superfluum igitur iustum: nam qui dixit vniuersaliter addidit & particulare, & si Medicinam disciplinam sanatiuorum animali, & homini, aut legem imaginem eorum, quæ sunt bona & iusta. Iustum enim bonum quippiam: Quare frequenter idem dicit. Vtrum igitur bene, an non bene definiuit, per hæc & huiusmodi perspiciendum.

## De definitione loci alij.

## Caput. III.

Vtrum

VTrum vero definiuit: & dixit quod quid erat esse, aut nõ? ex hisce. Primum quidem, si non per priora, & notiora confecit definitionem, nam cum terminus assignetur eius cognoscendi gratia, quod dicitur. Cognoscimus autem non ex quibuslibet, sed ex prioribus, & notioribus quemadmodum in demonstrationibus (sic enim omnis doctrina, & disciplina se habet.) Manifestum igitur, quoniam qui non per huiusmodi definiuit, non definiuit. Si enim definiuit, plures erunt eiusdem definitiones, manifestum enim quoniam, & qui per priora, & notiora, melius definiuit. Quare vtræque erunt definitiones eiusdẽ. Tale autem non videtur. Vnicuique enim eorum, quæ sunt, vnũ est esse, quod quidem est. Quare si plures erunt eiusdem definitiones, idem erit definitio esse, quod quidem secundùm vtramque definitionem significatur. Hæc autem non eadem sunt, eo quia & definitiones diuersæ sunt. Manifestum igitur, quoniam non definiunt, qui non per priora atque notiora definiuit. Igitur per non notiora quidem terminum dici, dupliciter est accipere. Aut enim si simpliciter ex ignotioribus, aut si nobis ignotioribus. Contingit enim vtroque modo. Simpliciter enim notius est quidem, quod prius est posteriore, vt punctum linea, & linea superficie, & superficies corpore, quemadmodum & vnitas numero. Prius enim & principium õnis numeri. Similiter autem, & elementum syllaba. Nobis autẽ econuerso quandoq; accidit, nam corpus magis, quàm superficies sub sensu cadit, superficies autem magis, quam linea: linea autẽ signo magis. Multi enim magis huiusmodi cognoscunt: nam illa quidem quomodolibet, hæc autem subtili, ac fœcundo intellectu comprehendere oportet. Simpliciter igitur melius per priora, posteriora tentare

cognoscere, scientificum enim magis huiusmodi est. Verum ad eos, qui impotentes sunt cognoscere per talia, necessariũ forsan per ea, quæ illis nota sunt, facere orationem. Sunt autem talium definitiones, quæ & puncti, & lineę, & superficiei. Omnes enĩ p posteriora priora indicant, nã illã quidẽ lineæ, istã autẽ superficiei, hanc vero corporis fines dicunt esse. Nõ oportet aũt latere, quoniã sic definientes nõ contingit quod, quid erat esse definitio, indicare, nisi cõtingat idẽ & nobis notius esse & simpliciter notius: siquidem oportet per genus, & differentias definire eum, qui bene definit. Hæc autẽ simpliciter notiora & priora sunt specie, interimit enim genus & differẽtia speciẽ. Quare priora hæc specie. Sunt autem & notiora: nam specie quidẽ nota, necesse est & genus & differentias cognosci. Qui enim hominẽ cognoscit, & animal, & gressibile cognoscit. At genere vel differẽtia nota, & nõ necesse est et speciẽ cognosci. Quare ignotior species. Insuper illis (qui secundùm veritatẽ huiusmodi definitiones dicunt esse, quæ sunt ex ijs, quæ vnicuiq; sunt nota) pluries eiusdẽ accidit dicere definitiones esse. Siquidẽ alia alijs, & non omnibus eadẽ contingit notiora esse. Quare ad vnumquẽq; erit definitio assignanda. Siquem ex ijs, quæ singulis quibusque sunt notiora, definitionem oporet facere. Præterea eisdem alia interdum, alia magis nota, nam â principio quidem sensibilia, instructioribus autem factis, cõtra. Quare neque ad eundem semper eadem definitio assignanda est ab ijs, qui per quæ singulis quibusque sunt notiora, definitionem fatẽtur assignandam esse. Manifestum igitur, quoniam non definiendum est per ea, quæ huiusmodi sunt, sed per simpliciter notiora.

Solum-

Solũmodo enim sic vnu & eadem definitio semper fiet. Fortasse autem & id quod simpliciter notum est, nõ est id quod õnibus notum est, sed quod bene dispositis intellectu, quemadmodũ & simpliciter salubre ijs, qui bene affectum habent corpus. Oportet igitur vnumquodq; talium diligenter peruestigare, uti autem disputãtes ad id, quod expedit. Maxime autem sine dissẽsione interimere contingit definitionem, si neq; ex simpliciter notioribus, neq; ex ijs, quæ nobis, contingit definitionẽ fieri. Vnus igitur locus eius, quod nõ per notiora, est ex eo, quia per posteriora, priora inducunt vt prius dximus. Alius aũt, si eius, quod est in quiete, & definitiõe, perinde finitum, & quod in motu est, assignata, est oratio nobis. Prius enim est, & notius, quod manens, & definitũ eo, quod indefinitum est, & in motu. Eius autem, quod est nõ ex prioribus, tres sunt modi. Primus quidem, si per opposita, oppositum definuit: vt per malum, bonum. Simul enim natura opposita. Et nouimus eadem disciplina cõtrariorum videtur esse. Quare non notius alterum altero. Oportet autem non latere quædam fortasse aliter definiri non posse, ut duplũ sine dimidio, & quæcunq; per se ad aliquid dicuntur. Nã omnibus huiusmodi est idem esse ei, quod est ad aliquid quodammodo se habere. Quare nõ est possibile sine altero alterũ cognoscere, quippe cũ necessariũ sit in alterius oratione coassumi & alterum. Ergo cognoscere quidem oportet huiusmodi õnia, vti autem eis in his, vt videbitur expedire. Alius si eodem ei, quod definitur, vsus est. Latet autem, cum nomine non vtitur eodem ei, quod est definiti. Vt si solem stellã in die apparẽtẽ definierit, siquidẽ, qui die vtitur, & sole vtitur. Oportet aũt ad deprehẽdẽ-

da talia sumere pro nomine, orationem, ut quoniam dies est solis latio super terram. Nam tunc manifestum, quoniam qui solis lationem super terram dixit, solem dixit. Quare vtitur sole, qui die utitur. Rursum si eo, quod ediuerso diuiditur, id, quod ediuerso diuiditur, definiunt. Vt impar est, quod vnitate maius est pari. Simul enim natura sunt, quæ sub eodem genere eiuerso diuiduntur. Impar autem & par ediuerso diuiduntur. Nam ambo numeri differentiæ sunt. Similiter autem & si per inferiora, superiora diffinit: ut parem numerum, qui bipartite secatur, aut bonum, habitum virtutis. Nam & bipartite sumptum est à duobus, quę paria sunt, & virtus bonum quoddam est. Quare inferiora hæc quam illa sunt. Est autem, necesse eum, qui inferioribus vtitur, & illis uti. Qui enim virtute utitur, & bono utitur, eo quod bonum quoddam virtus est. Similiter autem & qui bipartite vtitur, & pari utitur, eo quod in duo secari significat bipartite secari. Duo autem paria sunt. Generatim igitur dicendo vnius est locus, non per priora & notiora feciſse orationem, partes autem eius: quæ dictæ sunt. Secũdus autẽ, si in genere existẽtis rei nõ ponitur in genere. Nam in omnibus tale peccatũ est, in quibus non proponitur in oratione ipsum quid est. Vt si corporis definitione, hoc quod est habere tres dimensiones, aut si quis hominẽ definierit, quoniam scit numerare. Non enim dictum est ipsum quid existens, tres habet dimensiones, aut ipsum quid existens, scit numerare. Genus autem vult ipsum quid est significare, & primum ſnponitur eorum, quæ in definitione dicuntur. Insuper si cum dicatur ad plura, id, quod definitur, non ad om-

nia

mia assignauit. Vt si Grammaticem scientiã scribendi quod profertur. Nam indiget & quoniam legendi, nihilo enim magis scribendi quàm legendi assignat, qui definit. Quare non alius, sed qui vtraq; hæc dicit, eo quod plures non contingit eiusdem definitiones esse. In quibusdam enim secundum veritatem se habet, vt dictum est, in quibusdã vero non. Vt in quibuscunque non per se dicitur ad vtrunque, ut medicinalem scientiam sanitatem & ægritudinem efficiendi. Nam ad illam quidem per se dicitur, ad hanc autem per accidens. Similiter enim alienum à medicinali est, ægritudinem efficere. Quare nihil magis definiuit, qui ad utrumque assignauit, quam qui ad alterum. Verum fortasse, & deterius, eo quod & reliquorũ quilibet potest ægitudinem efficere. Insuper si non ad melius, sed ad peius, cum sint plura, ad quę dicitur, quod definitur. Nam omnis disciplina & potestas optimi videtur esse. Rursum si nõ positum est in proprio genere, quod dictum est, considerandum ex ijs (quæ ad genera sunt) elementis, ut prius dictum est. Præterea si transcendens dicit genera, ut qui iustitiam æqualitatis habitum effectiuum, uel distributiuũ æqui. Nam transcendit (qui sic definit) uirtutem. Relinquens igitur iustitiæ genus, nõ dicit quod quid erat esse. Nam substantia unicuique cum genere est. Est autem hoc idem ei, quod est nõ in proximo genere ponere. Qui enim in proximo opposuit, omnia superiora dixit, eo quod omnia superiora genera de inferioribus prædicantur. Quare aut in proximo genere ponendũ, aut õnes differentias superiori generi addendum, per quas definitur pximũ genus. Sic enim erit nihil prætermissũ, sed p nomine in oratiõe dictũ erit inferius genus. Qui uero ipsũ superius

genus dicit, non dicit & inferius genus. Quoniam qui plantam dicit, non dicit arborē. Rursum in differentijs similiter considerandum, & si differentias dixit generis. Si enim rei non specificis definiuit differentijs, aut si etiam omnino aliquid huiusmodi dixit, quod nullius contingit differentiam esse (vt animal, aut substantiam) manifestum, quoniam non definuit. Nullius enim differentiæ, quæ dicta sunt. Videndum autem, & si est aliquid, quod ediuerso diuiditur dictæ differentiæ. Si enim non est, per speciem, quoniam non erit, quæ dicta est, generis differentia. Quippe cum ōne genus ijs (quæ ediuerso diuiditur) differentijs diuidatur, vt animal gressibile & volatili, & aquatili, & bipede. Aut si est quidem e diuerso diuisa differētia, nō verificatur autem de genere. Si enim non, per speciem, quoniam neutra erit generis differentia. Omnes enim quæ ediuerso diuiduntur differentiæ, verificātur de proprio genere. Similiter autem & si verificatur quidem, at non facit apposita generi speciem. Nā per speciem, quoniam non erit hæc specifica differētia generis, quippe cum ōnis specifica differentia cum genere speciem faciat. Si autē hæc nō est differētia, nec quæ dicta est, quia hæc ediuerso diuiditur. Insuper si negatione diuidat genus, vt quia lineam definiunt esse longitudinem sine latitudine. Nihil enim aliud significat sine latitudine, quā quoniam non habet latitudinem. Accidēt igitur genus participare speciem, omnis enim longitudo sine latitudine aut latitudinē habens, est, quia de quolibet, vel affirmatio, vel negatio vera fit. Quare generis lineæ (cum longitudo sit) sine latitudine, aut latitudinem habens erit. At longitudo sine latitudine speciei est ratio. Similiter autem & longitudo latitudinem habēs.

Sine latitudine enim & latitudinẽ habens, differentiæ sunt. Ex differẽtia aũt & genere est speciei oratio, quare genus suscipiet speciei rationẽ. Similiter autem & differentiæ, eo quòd altera dictarũ differentiarũ ex necessitate prædicatur de genere. Est autẽ dictus locus vtilis ad eos, qui ponunt ideas esse. Si enim nõ est ipsa longitudo, quodãmodo prædicabitur de genere, quoniã latitudinẽ habet, aut sine latitudine est. Oportet enim de õni longitudine alterum eorum verificari, siquidem de genere verificari oporteat, hoc aũt non accidit. Sunt enim & sine latitudine, & latitudinem habentes longitudines. Quare ad illos solos vtilis hic locus, quicunq; genus vnum numero dicunt esse. Hoc autem faciunt, qui ideas ponunt, quoniam ipsam longitudinem, & ipsum animal genus dicunt esse. Fortasse autem in quibusdam etiam necessarium est negatione vti definientem, vti in priuationibus. Cæcum enim est, quod non habet visũm, quando aptum est habere. Differt aũt nihil negatiõe diuidere genus, aut huiusmodi affirmatione, quatenus negatione necesse est ediuerso diuidi: ut si longitudinẽ habentẽ latitudinẽ definiuit. Nã habẽti latitudinẽ ediuerso diuiditur non habẽs latitudinẽ, neq; aliud quicquã. Quare rursũ negatiõe diuiditur genus. Rursum si speciẽ, ut differẽtiã assignauit, vt qui cõuitiũ, iniuriã cũ irrisione definierũt. Nã irrisio iniuria quædã est. Quare nõ differẽtia, sed species est irrisio. Insuper, si genus, vt differẽtiã dixit, vt virtutẽ, habitum bonum, vel studiosum, bonũ enim genus virtutis est. An non genus est bonum, sed differentia. Si quidem verum est quod non contingat idem in duobus generibus esse non continẽtibus se inuicem, nam neq; bonum continet habitum, neq; habitus bonũ.

Non enim omni habitus est bonum, neque omne bonum est habitus, non erunt profecto genera ambo. Si igitur habitus genus est virtutis, per spicuum, bonum non genus, sed magis differentiã esse. Præterea habitus quidem quid est virtus significat, bonum autem, non quid est, sed quale quid est, videtur autem differentia quale quid significaret. Videndum autem, & si non quale quid sed ipsum quid significat assignata differentia. Videtur enim omnis differentia quale quid significare. Considerandum autem, & si secundùm accidens ine st definitioni differentia. Nã nulla differentia est eorum, quæ secundùm accidens insunt, sicuti neque genus Insuper si prædicatur de genere differentia, vel species vel aliquod inferiorum speciei, non erit definiens. Nullum enim eorum, quæ dicta sunt, contingit de genere prædicari, eo quòd genus de quamplurimis omnium dicitur. Rursum si prædicatur genus de differentia. Non enim de differentia, sed de quibus differentia genus videtur prædicari, vt animal de homine, & boue et de alijs gressibilibus animalibus, nõ autẽ de ea differẽtia, quæ de specie dicitur. Si enim de vnaquaque differentiarum animal prædicabitur, multa animalia de specie prędicabuntur, quippe cum differentiæ de specie prædicentur. Insuper differentiæ omnes aut species aut individua erunt, siquidem sunt animalia, nam vnumquodque animalium, aut species, aut individuum est. Similiter autem inspiciendum, & si species aut inferiorum speciei aliquod de differẽtia prædicatur. Impossibile enim, eo quod de pluribus differentia quàm species dicitur. Præterea accidet differentiam speciem esse, siquidem prędicabitur de ea aliqua specierum. Nam si de differentia prædicatur homo, manifestum: quo

niam

niam differentia est homo. Rursum si non prior est differẽtia specie. Nam genere quidem posterior est. Specie autem priorẽ differentiam esse oportet. Considerandum autem, & si alterius generis est dicta differentia, neque contenti, neq; cõtinentis, nam non videtur eadem differentia duorum generum esse non continẽtium seinuicem. Si autem non: accidet & speciem eandem in duobus generibus esse non continentibus se inuicem. Infert enim vnaquęque differentiarum proprium genus, vt gressibile et bipes, animal conferunt. Quare si de quo differentia & generum vtrũq; manifestum vtique quoniam species in duobus erit generibus nõ continentibus se inuicem. An non impossibile eandem differentiã duorum generum esse non cõtinentium se inuicem, sed addendum, neque vtroque sub eodem existente. Nam gressibile animal, & volatile animal genera sunt non continentia se inuicẽ, & vtriusque eorũ est bipes differentia. Quare addendũ est, neque sub eodem vtroque existente. Hæc enim ambo sub animali sunt. Manifestum etiam, quoniam nõ necesse est differentiã omnem proprium genus inferre, eo quòd contingit eandem duorum generum esse, non continentium seinuicem, sed alterum tantum necesse est inferre, & eo superiora omnia. Vt bipes gressibile vel volatile animal. Videndum autem, & si in aliquo differentiam assignauit substantiæ. Nam non videtur differre substantia á substãtia in eo quod alicubi est. Quare & eos, qui gressibili, & aquatile duo sunt animal, increpant, tanquam gressibile & aquatile alicubi significet. An in his quidem non recte increpant: non enĩ in aliquo, neque alicubi significat aquatile, & terrestre, sed quale quid: etenim si in sicco fuerit, pari ratione aquatile. Similiter au-

tem & terreſtre, & ſi in humido fuerit pari ratione terreſtre, ſed non aquatile erit. Attamen ſi quandoque ſignificet in aliquo differentia, manifeſtum, quoniam peccabit. Rurſum ſi affectum differentiam aſſignauit: nam omnis affectus, cum magis ſit detrahit à ſubſtantia. Differentia autem non talis eſt. Differentia enĩ magis videtur ſeruare id, cuius eſt differentia. Etiam ſimpliciter impoſſibile eſt vnumquodq; eſſe ſine propria differẽtia. Greſſibili enim non exiſtente, non erit homo. Etiam (vt ſimpliciter dicam) ſecundùm quęcumque alteratur habens, nihil eorum eſt illius differentia. Omnia enim huiuſmodi, cum magis fiunt, detrahunt à ſubſtantia. Quare ſi aliquam huiuſmodi differentiã quiſpiam aſſignauit, peccaut. Simpliciter enim non alteramur ſecundùm differentias. Et ſi alicuius eorum, quæ ſunt ad aliquid, non ad aliud differentiam aſſignauit: nam eorum, quę ſunt ad aliquid, eſt differentiæ ſunt ad aliquid. Vt & inſcientia, contemplatiua enim, & actiua, & factiua dicitur, vnumquodq; autem horũ ad aliquid ſignificat. Contemplatiua enim alicuius, & actiua alicuius, & factiua alicuius. Conſiderandum autem & ſi non ad quod natum eſt vnumquodque eorum, quæ ſunt ad aliquid, aſſignauit definens. Nam in quibuſdam quidem ad quod natum eſt vnumquodq; eorum, quæ ſunt ad aliquid, ſolum eſt vti, ad aliud autem nihil, in quibuſdam autem, & ad aliquid aliud. Vt viſu quidem ad videndum ſolum. Steleggidi autem, hoc eſt labro, ſi hauriat aliquis. Attamen ſi aliquis definiunt labrum, inſtrumentũ ad hauriendum, peccauit. Non enim ad hoc natum eſt. Terminus autem huius, ad quod natum eſt, illud eſt, ad quod vtique vitur eo prudens, quatenus prudens, & diſciplina, quæ circa vnũquodq;

quodq; propria est. Insuper si non primum assignauit, quando cõ tingit ad plura dictum esse, ut prudentiam uirtutem hominis, aut animæ, & non rationalis. Primum enim rationalis uirtus, prudentia, nam secundùm hoc, & anima & homo dicitur prudens. Præterea, si eius non susceptiuum est, cuius dicitur definitus affectus, uel dispositio, uel quoduis aliud, peccauit. Nam omnis dispositio, uel affectus in illo natus est fieri, cuius est dispositio uel affectus, ut & scientia in anima dispositio existens animæ. Aliquando autem peccant in talibus, ueluti quicumq; dicunt somnum esse impotentiam sensus, & dubitationem contrariarum ratiocinationum æqualitatem, & dolorem naturalium partium uiolentam separationem. Neq; enĩ sõnus sensui inest, oporteret aũt inesse, si sensus impotẽtia est. Similiter autẽ neque dubitatio contrarijs ratiocinationibus inest, neque dolor naturalibus partibus. Dolebunt enim animata, si dolor eis inerit. Talis aũt est, & sanitatis definitio: siquidẽ cõmensuratio calidorũ, & frigidorũ est. Necesse est enim sana esse calida & frigida. Illis enim cuiusq; cõmensuratio inest, quorũ est cõmensuratio. Quare sanitas inerit utique ipsis. Itẽ id, quod fit in effectiuum, aut ecõuerso accidit ponere sic definientibus. Non enĩ est dolor separatio naturaliũ partiũ, sed effectiuum doloris. Nec sõnus impotentia sensus, sed effectiuum alterũ alterius. Aut enim propter impotẽtiã dormimus, aut propter sõnũ impotentes sumus. Simpliciter aũt & dubitationis uidebitur effectiuũ esse cõtrariũ ratiocinationũ æqualitas. Quãdo enim ad utraque ratiocinãtibus nobis uidẽtur omnia secũdũ utrũque fieri, dubitamus utrũ agamus? Adhæc secundũ tẽpora õnia cõsiderãdũ, si cubi dissonet. Vt si immortale

ani-

tal definiert nũc incorruptibile esse. Nam nunc incorruptibile animal, nunc immortale erit: an in hoc quidẽ non accidit. Anceps enim secundùm amphiboliã est nunc incorruptibile esse, aut enim quoniam non corrumpitur nunc, significat: aut quoniam nõ possibile corrumpi nunc, aut quoniam huiusmodi est nunc, vt nũquam possit corrumpi. Quando igitur dicimus, quoniam incorruptibile nunc est animal, non hoc dicimus: quoniam nunc tale est animal, sed vt nunquam possit corrumpi. Hoc autem immortali idem erat. Quare nõ accidit nunc idem immortale esse. Veruntamen sicubi accidit quod secundùm definitionem quidẽ assignatum est inesse nunc, vel prius. Quod vero secundùm nomen non inest, non erit idem. Vtẽdum ergo hoc loco, vt dictum est. Inspiciendum autem & si secundùm aliud quippiam magis dicitur, quod definitur, quàm secundùm assignatam orationem. Vt iustitia potestas æqui distributiua est. Iustus enim magis est, qui eligit æquum distribuere eo, qui potest. Quare non erit iustitia potestas æqui distributiua. Nã & iustus esset maximè, qui posset æquũ distribuere. Insuper si res quidẽ suscipit magis: quod autem secundùm orationem assignatur, non suscipit. Aut contra, quod secundùm orationem ei assignatur, suscipit, res autẽ non. Oportet enim aut vtraq; suscipere, aut neutrum, siquidem idem est rei, quod secundùm orationẽ assignatur. Adhæc si suscipiant vtraque quidem magis, non simul autem vtraque augmentum sumunt. Vt si amor concupiscentia coitus est. Nã magis amãs non magis concupiscit coitũ. Quare non simul vtraq; suscipiũt magis: at oporteret, si simul essent. Præterea si duobus quibusdam propositis, de quo res magis dicitur, id, quod est secũ-

dum

dum orationẽ, minus dicitur. Vt si ignis est corpus subtilissimũ. Ignis enim magis flamma, quàm lux, corpus autem subtilissimũ minus flamma quàm lux Oportet autem vtraq; magis inesse eidem, siquidẽ eadem sint. Rursum si hoc quidem similiter vtriq; inest propositis, aliud autem non similuer vtriq;, sed alteri magis. Ad hæc si ad duo definitionem assignant secundùm vtrũque, vt bonum, quod per visum, vel auditum delectabile. Et ens, quod possibile est pati, aut facere. Simul enim idem & bonum, & non bonũ est. Similiter autẽ & ens, & non ens. Quod enim per auditum delectabile est, idem bono erit. Quare quod nõ delectabile per auditum, idem nõ bono. Nam eisdem & opposita eadem erunt. Opponitur autem bono quidem nõ bonum: per auditum autem delectabili non delectabile per auditũ. Manifestũ igitur, quoniam idem non delectabile per auditum, non bono. Si igitur aliquid est per visum quidem delectabile, per auditum autem non, & bonum, & non bonum erit. Similiter autem ostẽdemus, & quoniã idem & ens, & nõ ens est. Deinde & generibus, & differẽtijs, & alijs omnibus, quæ in definitione sunt assignata, eis, qui orationes pro nominibus faciunt, considerandũ, si quicquam dissonet.

## De definitione loci alij. Cap. IIII.

SI autem sit ad aliquid, quod definitur: aut per se, aut secundùm genus, considerandum si non dictum est in diffinitione ad quod dicitur, aut secundùm ipsum, aut secundùm gegenus. Vt si scientiam definiuit opinionẽ indissuasibilẽ, aut etiam voluntatem appetitum sine tristitia. Omnis enim eius, quod

ad

ad aliquid, substantia ad alterum est, eo quôdidem sit vnicuique eorũ, quæ sunt ad aliquid esse, quod quidẽ est ipsum ad aliquid quodãmodo se habere. Oportebat igitur sciẽtiam dicere opinionem scibilis, & voluntatẽ appetitũ boni. Similiter autem & si Grãmaticem definiuit scientiam literarum, oportebat enim aut ad quod ipsum dicitur, aut ad quod forte genus dicitur, indefinitione assignari. Aut si cum quippiam ad aliquid dicetur, non assignauit ad finem. Est autem finis in vnoquoq; quod optimũ est, aut cuius gratia alia sunt. Dicendum igitur, aut optimum, aut vltimũ ut cõcupiscẽtiã nõ delectabilis: sed delectationis. Nã propter hanc, & delectabile eligimus. Considerandũ & si generatio vel actus est, ad quod assignauit, nihil enim talium finis. Nã magis quod est egisse, et generasse finis quã fieri et agere. An non in õnibus verũ huiusmodi. Fere enim plurimi dilectari magis volunt, quâm destitisse delectari. Quare agere magis finẽ quis statuet, quã egisse. Rursũ in quibusdã si nõ determinauit quãti, aut qualis, aut vbi, aut secundũ alias differẽtias, ut ambitiosus, & quanti, & qualis honoris appetens est. Omnes enim appetunt honorem, quare non sufficit ambitiosum dicere, qui appetit honorem. Sed addere oportet, dictas differentias. Similiter, autem & auarus, quantas appetit pecunias, aut intemperãs circa qualeis uoluptates. Non enim qui â qualibet voluptate tenetur, intemperans dicitur, sed qui ab aliqua, aut rursum qui desinit noctem, vmbram terræ, aut quassationem, motum terræ, aut nubem densitudinem aeris, aut uentum motum aeris. Addendum enim quanti, & qualis, & vbi, & â quo. Similiter autem & in cæteris huiusmodi. Omittens enim differentiam quãlibet,

libet, non dicit quid est esse. Oportet autem semper ad id, quo indiget, argumentari. Non enim quolibet modo terra mota, neque quantacunq; successio erit. Similiter autem neq; aere quolibet modo, neque quantocunque moto, ventus erit. Insuper in appetitibus si non apponitur, quod apparet, & in quot alijs congruit. Vt quoniam voluntas appetitus boni, concupiscentia aũt appetitus delectationis, sed non apparentis boni, aut delectationis. Plerũque enim latet appetentes, quoniam bonum, aut delectabile est. Quare non necessarium, bonũ vel delectabile esse, sed apparens solũ. Oportebat ergo sic, & assignationem facere. Si aũt & assignauit, quod dictum est, in ipsas species ducendũ eum qui ponit ideas esse. Non enim est idea vllius apparentis, nam ipsa species ad ipsã speciẽ videtur dici. Vt ipsa concupiscentia ipsius delectationis, & ipsa voluntas ipsius boni. Apparentis igitur boni nõ erit ipsa voluntas, neque apparentis delectationis ipsa concupiscentia. Absurdum enim est esse ipsum apparens bonum vel delectabile. Præterea si sit quidem habitus definitio, considerandum in habente, siquidem habẽtis, in habitu. Similiter autẽ & in cæteris talibus. Vt si delectatio est inuatio, & delectabile. Vniuersaliter autem dicendo fit huiusmodi definitionibus quodammodo vno plura accidit eum, qui definit, definire. Nam qui scientiam definit, quodãmodo & ignorantiã definiuit. Similiter autem & scũ, & insciũ: & scire, & ignorare. Primo enim dilucido facto, & reliqua quodãmodo dilucida fiũt. Inspiciendũ igitur in oĩbus talibus ne quicquã dissonet ei, qui elemẽtis vtatur, ex contrarijs, & coniugatis. Deinceps in ijs, quæ ad aliquid sunt, cõsiderandũ, si ad ꝙd genus assignatur, et species ad illud quoddã assignatur.

Vt

Vt ſi opinio ad opinabile, et quçdã opinio ad quoddã opinabile. Et ſi multiplex ad ſub multiplex, et quoddã multiplex ad quoddã ſubmultiplex. Si enim nõ ſic aſſignatur, manifeſtũ, quoniam peccatur. Videndũ aũt, & ſi oppoſiti, oppoſita eſt definitio: vt ſi dimidij ea ſit, quæ oppoſita eſt ei, quæ eſt duplicis: nã ſi duplex eſt, quod in æquali ſuperat dimidiũ: et dimidiũ: qꝺ in çquali ſuperatur. Et incõtrarijs ſimiliter: nã cõtraria cõtrarij oratio erit ſecundùm vnã quandã cõplexionẽ, contrariorũ. Vt ſi adiuuatiuũ quidẽ affectiuũ boni eſt, nociuũ effectiuũ mali, aut corruptiuũ boni, alterũ enim horũ neceſſariũ eſt cõtrariorum eſſe, ei qꝺ ex principio dictũ eſt. Si igitur neutrũ cõtrariũ eſt ei, qꝺ à principio dictũ eſt, manifeſtũ: quoniã neutra erit earũ (quç poſterius aſſignatæ ſunt) cõtraria oratio. Quare neq; quæ à principio aſſignata eſt definitio, rectè aſſignata eſt. Quoniã aũt quædam cõtrariorũ priuatiõe alterius dicũtur, vt inçqualitas priuatio æqualitatis videtur eſſe. (Inæqualia enim quæ nõ æqualia ſunt: dicuntur,) perſpicuũ, quoniã quod ſecundũ priuationẽ quidẽ dicitur cõtrariũ, neceſſariũ eſt definire per alterũ. Reliquũ vero non iã oportet per id, quod ſecundũ priuationẽ dicitur. Nõ enim accidit alterum cognoſci. Conſiderandũ igitur in contrarijs huiuſmodi peccatum, vt ſiquis definierit æqualitatẽ contrarium inæqualitati: nã per hoc, quod ſecundũ priuationẽ dicitur, definiuit. Inſuper ſic definientẽ neceſſe eſt eo, quod definitur, vti. Patet aũt hoc, ſi accipiatur pro nomine oratio: nã cum nihil referat dicere inæqualitatẽ priuationem æqualitatis, erit çqualias cõtrarium priuatione æqualitatis. Quare eodem erit vſus. Si autem neutrum contrariorum ſecundùm priuationẽ dicatur, aſſignetur

aũt

autem oratio similiter, vt bonũ cõtrarium malo: manifestũ, quoniã malo cõtrarium bono erit. Nã sic cõtrariorũ similiter oratio assignãda est. Quare rursum eo, quod definitur, accidit vti. Inest enim in mali oratiõe bonũ. Quocirca cũ bonum sit malo cõtrariũ, malum aũt nihil differat, uel quod est bono contrariũ, erit bonũ contrariũ cõtrario boni. Perspicuũ igitur, quoniã eodẽ vsus est. Insuper si quod secũdũ priuationẽ dicitur assignãs, nõ assignauit id, cuius est priuatio, vt habitum, aut cõtrarium, aut cuiuscũq; est priuatio. Et si nõ in quo aptum est fieri. Vt si ignorantiã dicẽs priuationem, non scientiæ priuationẽ dixerit, aut si nõ addiderit, in quo apta est fieri, aut si addiderit, non in quo primo assignauerit, vt quoniã non in rationali, sed in homine, vel in anima. Nam si quodlibet horum omiserit, peccauit. Similiter autem & si cæcitatem non visus priuationem in oculo dixerit. Oportet enim bene assignantem quid est, & cuius est priuatio assignare, & quidnam est, quod priuatum est. Videndum autem, & si non secundum priuationem dictum, priuatione definiuit, vt in ignorantia videbitur esse huiusmodi peccatum ijs, quæ secundum negationem ignorantiã dicunt. Nam quod nõ habet scientiam, non videbitur ignorare, sed magis quod deceptum est. Propter quod neq; inanimata, neque pueros dicimus ignorare. Quare non secundum negationem scientiæ ignorãtia dicitur. Insuper si similibus nominis casibus similis orationis casus aptantur. Vt si adiutiuum est effectiuum sanitatis, adiutiue est sanitatis effectiue, & aduuãs efficiens sanitatem. Considerandũ & in hac, si aptabitur dictus terminus. Nã in quibusdã nõ accidit, vt quẽadmodũ Plato definiuit, mortale addens

in animalium definitionibus. Idea enim non erit mortalis, vt ipse homo. Quare non aptabitur ad ideam definitio. Simpliciter autem in quibus apponitur effectiuum, aut passiuum, necesse est dissonare in idea terminum. Siquidem impassibiles, & immobiles videntur esse ideæ ijs, qui dicunt ideas esse. Aduersus hoc autem & tales orationes vtiles sunt.

## De definitione locali ij. Cap. V.

INsuper si eorum, quæ secundũ æquiuocationem dicuntur, vnã definitionem omnium communem assignauit. Vniuoca enim quorum una est secundùm nomen ratio. Quare nullius eorũ, quæ sub nomine sunt, assignatus est terminus, quoniam similiter ad omne æquiuocum adaptatur. Passus autem hoc est & Dionisij uitæ terminus, siquidem ea motus est generi nutrienti natu raliter inseruiens. Nihil enim hoc magis animalibus quàm plantis inest. Vita autem non secundùm unam speciem uidetur dici, sed altera quidem animalibus, altera plantis inest. Contingit igitur & secundũ electionem sic assignare terminum, ac si uniuoca, & secundùm unam speciem omnis uita diceretur. Nihil autem prohibet & eum, qui conspicit æquiuocationem, & qui alterius uult definitionem assignare, latere non propriam, sed communẽ utriusque orationem assignando. Secundum nihil minus, si utrouis modo fecerit, peccant. Quoniam uero æquiuocorum nonnulla latent, interroganti quidem, ut uniuocis utendum. Non enim aptabitur alterius terminus ad alterum. Quare uidebitur non distinguendum hoc pacto. Oportere etenim in oratione uniuocũ aptari. Eidem autem respondenti distinguendum est. Quoniam autem quidam respondentium vniuocum quidem dicunt æquiuocum, quoniam

niam non accommodatur ad ōne aſſignato ratio, æquiuocū autē vniuocū etiam ſi ad vtrūq; accōmodetur, præconfeſſione vtēdū pro talibus, aut præſyllogizandū, quoniā æquiuocū, aut vniuocū, aut vtrumq; fuerit, magis.n. cōcedunt, nō præuidētes quod futurum eſt accidere. Si autē nō facta confeſſione dixerit aliquis vniuocum æquiuocum eſſe, propter ea quia non accōmodatur & in hoc aſſignata oratio, conſiderandum ſi huius oratio accōmodetur & ad reliqua. Nam manifeſtum, quoniam vninocum erit reliquis. Si autem non, plures erunt definitiones reliquis, quoniā duæ ſecundūm nomen orationes accommodabuntur ad eadem, & quę prior aſſignata eſt, & quæ poſterior. Rurſum ſiquis definiens aliquid eorum, quæ multipliciter dicuntur, & oratio non accomodetur ad omnia. Quia æquiuocum eſſe non concedit, nomen ēt dicit non ad omnia accommodari. Quoniam nec oratio. Dicendum ad eiuſmodi, quoniam nominatione quidem optimum vti, quæ tradita eſt, & quæ ſeruata eſt, & non dimouere talia. Nonnulla tamen non dicendum ſimiliter, vt plures. Si autem alicuius complexorum aſſignetur terminus conſiderandum eſt ei, qui aufert alterius eorum, quę complectuntur orationem, ſi eſt & reliqua reliqui. Nam ſi non, perſpicuum, quoniam neq; tota totius, vt ſi quiſpiam definierit lineam finalem rectam, finem plani habentis fines, cuius medium ſuperadditur ſimbus. Si finalis lineę oratio eſt, finis plani habentis fines: rectæ optimum eſſe reliquum cuius medium ſuperaddtur finibus. Secūdum infinita, neque medium, neque fines habet: recta autem eſt. Quare nō eſt reliqua reliqui oratio. Inſuper ſi cum ſit cōpoſitum quod definitur, ęquimēbris oratio aſſignetur definitio: ęquimēbris aūt

dicitur oratio esse, quando quot fuerint composita, tot & in oratione nomina, & verba fuerint. Necesse enim in talibus ipsorũ nominũ cõmutationem fieri aut omnium, aut aliquorum. Quoniã nõ plura nunc, quàm prius nomina dicta sunt: oportet etiam eum, qui definit, orationẽ pro nominibus assignare: maximè quidem pro omnibus. Si aũt non, saltẽ pro pluribus. Sic enim & in simplicibus, qui nomen commutat, non definiturus est, ut pro tunica vestem. Adhuc aũt maius peccatũ erit: si & per ignotiora nomina cõmutationẽ fecerit. Vt pro homine albo: terrigenam candidũ. Neq; enim definiuit: cũ minus sit clarum quod sic dicitur. Considerandũ etiam in commutatione nominum, si non idem adhuc significent. Vt qui contemplatiuam scientiam, opinionem contẽplatiuam dixit. Nam opinio scientiæ non idẽ est. Optimum autem, si debet, & totum idem esse. Nam cõtemplatiuum quidem cõmune in vtrisq; orationibus est: reliquum vero differens. Insuper si alterius nominis cõmutationem faciens, non differentiæ: secundùm generis commutationẽ fecit: ut in eo, quod nuper dictum est: ignotius enim contẽplatiua quàm scientia. Nã hoc quidẽ genus: illud autẽ differẽtia. Omnibus aũt notius est genus, cõmunius enĩ est. Quare nõ generis, sed differẽtiæ oportebat cõmutationem fieri, quoniã ignotior est. An hæc quidem ridicula reprehensio est, nihil enim prohibet differentiã quidem notissimo nomine dici, genus autem non. Sic autem rebus se habentibus perspicuum, quoniam generis, & nõ differẽtiæ secundùm nomẽ cõmutatio facienda est. Si autem non nomẽ pro nomine, sed orationem pro nomine cõmutauerit, manifestũ, quoniam differentiæ magis quàm generis definitio assignanda

est.

est. Quoniam cognoscendi gratia definitio assignatur. Minus enim differentia, quàm genus nota est. Si autem differentiæ terminum assignauerit, considerandum, si & alicuius alterius communis est assignatus terminus. Vt cum imparem numerum, numerum medium habentem dixerit, determinandum quonam pacto medium habentem. Nam numerus quidem communis in vtrisq; orationibus est. Imparis autem transumptæ oratio. Habent autem & linea, & corpus medium, cum non sint imparia. Quare non erit vtiq; definitio hæc imparis. Si autem multipliciter dicitur medium habens, determinandum quomodo medium habẽs. Quare aut reprehensio erit, aut syllogismus, quoniam non definiuit. Insuper si id, cuius quidem orationẽ assignauit est entium. Quod autẽ sub oratione, non entium, ut si album quispiam definierit colorem igni permistum. Impossibile enim incorporeum corpori permisceri. Quare non erit color igni permistus, tamen album est. Insuper quicumq; non diuidunt in ijs, quæ sunt ad aliquid, ad quod dicitur, sed in pluribus comprehendentes dicunt, aut omnino, aut in aliquo falsum dicunt. Vt si aliquis Medicinam disciplinam entis dixerit. Nam si nullius entium Medicina est disciplina, manifestum, quoniam tota oratio mendax est. Si autem alicuius quidem, alicuius autem non, in aliquo falsa erit. Oportet enim de omni, siquidẽ per se, & nõ secundùm accidẽs entis esse dicitur: quẽadmodum in alijs se habent ea, quæ ad aliquid sunt. Nam omne disciplinatum ad disciplinam dicitur. Similiter autem & in alijs, quoniam conuertũtur quæcumq; sunt ad aliquid: omne enim disciplinatũ ad aliquid. Cæterum si is (qui non per se, sed secundùm accidens assigna-

tionẽ fecit) recte assignauit, nõ ad vnũ, sed ad plura unũ quodq; eorum, quæ ad aliquid dicuntur, assignauit. Nihil enim prohibet idẽ, & ens, & albũ, & bonum esse. Quare qui ad quodlibet horum assignauit, recte assignauit, siquidem is, qui secundùm accidens assignauit, recte assignauit. Præterea autem impossibile est huiusmodi orationem propriam assignati esse. Nã non solũ Medicina, sed plures aliarũ disciplinarũ ad ens dicũtur. Quare vnaquæq; entis disciplina erit. Manifestum igitur, quoniam talis nullius est disciplinę definitio. Propriã enĩ & nõ cõem oportet definitionẽ esse. Quãdoq; aũt definiũt non rẽ, sed rẽ bene se habẽtẽ, aut perfectã. Talis aũt & Rhetoris, & furis terminus est: si sit Rhetor quidẽ, qui potest quodin vnoquoq; est uerisimile cõsiderare, & nihil prętermittere. Fur aũt, qui clã sumit. Perspicuũ enim quoniã cũ talis vterq; bonus sit, ille quidem bonus Rhetor: hic aũt bonus fur erit. Non enim qui clã sumit, sed qui vult clam sumere, fur est. Rursum si quod propter se eligendum est, vt actiuum, vel effectiuum, uel quolibet modo propter aliud eligendum assignauit. Vt qui iustitiam legum cõseruatricem dixit, aut sapientiam effectiuam felicitatis. Nam conseruatiuũ, & effectiuũ eorũ sunt, quę propter aliud eligũtur. An nihil quidem prohibet & quod propter se eligendum est, & propter aliud esse eligendum. Attamen nihil minus peccauit, qui sic definiuit quod propter se est eligẽdum. Nam vnicuiq; optimũ in substantia maximè. Melius autẽ quod propter se eligendum quàm quod propter aliud. Quare id, & definitionem oportebit magis significare.

## De diffinitione loci alij. Cap. VI.

Const-

CONsiderandum autem est, & si is, qui alicuius definitionem assignauit, aut hæc, aut quod est ex his, aut hoc cum illo definiuit. Nam si hæc quidem, accidit vtrisq; & neutri inesse. Vt si iustitiam temperantiam, & fortitudinem definierit. Nam si duo sint, uterq; autem alterum habeat, vtriq; iusti erunt, & neuter, quoniam vtriq; quidem habent iustitiam, vterq; autem non habet. Si autem nondum, quod dictum est, admodũ absurdum videtur, quoniam & in alijs accidit huiusmodi (nihil enim prohibet vtrosque habere minimã, cũ neuter habeat.) At tamen contraria inesse eidem omnino absurdum videbitur esse. Accidit autem hoc, si hic quidem ipsorum temperantiam, & timiditatem habet. Ille autem fortitudinem, & prodigalitatem, nã vtrique & iustitiam & iniustitiam habent. Nam si iustitia, temperantia, & fortitudo est, & iniustitia, timiditas, prodigalitas erit. Et omnino quæcunque sunt ad argumentandum idonea, quoniam non idem sunt & partes, & totum. Omnia vtilia sunt ad id, quod nunc dictum est. Videtur enim, qui sic definit, partes toti eas dẽ dicere esse. Maxime aũt accõmodate fiunt orationes, in quibuscunq; manifesta partium est cõpositio. Quẽadmodum in domo, & in cæteris talibus. Verum manifestum, quoniã cum partes fuerint, nihil prohibet totum non esse, quare non idem erunt partes toti. Si autem non hæc, sed quod ex his est, dixit id esse, quod definitur. Primum considerandum, si nõ aptum est quippiam vnum fieri ex ijs, quæ dicta sunt. Quædam enim sic se habent ad inuicem, vt nihil ex eis vnum quippiam fiat, ut linea, & numerus. Insuper si definitum quidem in uno aliquo aptum est primo fieri, ea autem ex quibus dixit ipsum esse, non in vno pri-

mo apta sunt fieri, sed vtrunq; in vtroque. Manifestum enim quoniam non erit ex ijs illud, in quibus enim partes, & totum necesse est inesse. Quare non in vno totum primo esset: sed in pluribus. Si autem & partes, & totum in vno aliquo primo fuerint, considerandum, si non in eodem, sed in altero totum, & in altero partes sint, nam in quo totum in eo & partes esse videntur. Rursum, si cum toto corrumpuntur partes: econuerso enim oportet accidere partibus corruptis, totum corrumpi. Toto vero corrupto, non necesse est & partes corrumpi. Aue si totum quidem bonũ vel malum, partes autem neutræ, aut econuerso, partes quidem bonæ vel malæ, totum autem neutrum. Non enim ex neutris possibile est bonum quppiam, uel malum fieri, neq; ex bonis, uel malis neutrum. Aut si magis quidem alterum bonum, quàm alterum malum, quod autem ex his, non magis bonum quàm malum est. Vt si imprudentia ex fortitudine, & falsa opinione. Magis enim bonum fortitudo est, quàm malum falsa opinio. Oportet ergo & quod ex his est, sequi illud, quod magis est, & esse uel simpliciter bonum. uel magis bonum, quàm malum. Et hoc quidẽ non necessarium, nisi utrumque sit per se bonum uel malum. Multa enim effectiuorum per se quidem non sunt bona: mixta autem quibusdam, fiunt bona, aut ecõuerso utrumq; quidem bonum, mixta autem malum, uel neutrum. Maxime autem manifestum, qđ nunc dictum est in salubribus, & morbificis. Nam quçdam medicamentorum sic se habent, ut utrumque quidem sit bonum, Si autem utraque dentur mixta, malum. Rursum si quod ex meliore, & peiore est, non est totum peiore quidem melius, meliore autem peius. An neque hoc necessarium est. Nisi per se bona sint,

ex

ex quibus componitur. Nam in ijs, quæ nonper se sunt bona, nihil prohibet totum non fieri bonum, vt in ijs, quæ modo dicta sunt. Insuper si vniuocum est totum alteri. Non oportet enim quemadmodum neque in syllabis. Nulli enim elementorum ex quibus componitur, syllaba vniuoca est. Præterea, si non dixit modum compositionis. Non enim sufficiens est ad cognoscendũ dicere ex his. Nam non quod ex his, sed quod & si ex his, cuiusque cõpositorũ substantia est. Vt in domo. Non enim si quolibet modo componantur hæc, domus est. Si autem hoc cum illo assignauit, primum quidem dicendum, quoniam hoc cum illo dicitur, aut hoc & illud, aut quod ex, nã illis qui dicit mel cum aqua vel mel & aquam dicit, vel quod ex melle & aqua. Quare si cuilibet eorum, quæ dicta sunt, idem confitebitur hoc cum illo: eadẽ conueniet dicere, quę quidem dicta sunt prius ad vtrũq; eorum. Insuper diuidenti quoties dicitur alterum cum altero. Considerãdum, si nullo modo hoc cum illo, ut si dicitur alterum cum altero: aut in aliquo eodem susceptiuo: ut iustitia & fortitudo in anima aut ut in loco eodem, aut ut in tempore eodem. Quod si nullo, modo verum sit, quod dictum est in his, manifestum est, quoniam nullius erit assignata definitio: quoniam nullo modo hoc cum illo est. Si autem diuisio quoties dicitur alterum cum altero, uerum erit in eodem tempore utrumque essẽ, considerandum: si contingit non ad eundem finem utrumque dici. Vt si fortitudinem definiuit audaciam cum recta intelligentia. Contingit enim audaciam quidem habere spoliandi. Rectam autem intelligentiam circa salubria. Sed non fortis, qui in eodem tempore cum illo hoc habet. Insuper si & ad idem ambo dicuntur,

vt ad Medicinalia. Nihil enim prohibet & audaciam quandam & rectam intelligentiam habere ad Medicinalia: non tamen sic fortis erit, qui hoc cum illo habet. Neque enim ad alterum, eorum vtrumque oportet dici, neque ad idem quodcumque sit. Sed ad fortitudinem finem, vt ad præliorum pericula, aut si quid magis est illius finis. Quædam autem sic assignatorum nullo modo sub dictam cadunt diuisionem. Vt si ira tristitia est cum opinione paruipendendi. Nam cum propter huiusmodi opinionem tristitia fiat, hoc vult indicare hoc, cum hoc fieri aliquid. Hoc autem secundum nullum dictorum modorum idem est ei, quod est hoc cum illo esse. Rursum si horum compositionem dixit totum, vt animæ & corporis compositione, animal: primum quidem considerandum, si non dixit qualis compositio, vt si carnem definiens, aut os, ignis & aeris & terræ dixit compositionem. Non enim sufficit compositionem dicere. Sed & qualis quædam determinandum. Non enim quolibet modo compositis bis, caro fit, sed sic quidem compositis, caro: sic autem, os. Videtur autem neutrum eorum, quæ dicta sunt, omnino esse compositum idem. Nam compositioni omni dissolutio contraria est. Dictorum autem neutri vllo modo. Insuper, si similiter verisimile est omne compositum compositionem esse, vel nullum: animalium autem vnumquodque (cum sit compositum) non est compositio, nullum profecto aliorum compositorum compositio erit. Rursum si similiter in aliquo apta sunt esse contraria, definiuit autem per alterum manifestum, quoniam non definiuit. Si autem non est ita, plureis accidet eiusdem definitiones esse. Quid enim magis qui per hoc,

quam

quàm qui per alterum definiens dixit. Quoniã similiter vtraq; apta sunt fieri in eodem, talis aũt animæ est definitio. Siquidem est substantia disciplinæ susceptiua: nam similiter & ignorantiæ est susceptiua. Oportet autem, si non ad totam definitionem habeat aliquis argumẽtum, eo quòd non nota sit tota, ad aliquam partium argumentari, si sit nota, & non bene assignata appareat. Nam parte interempta, & tota definitio interimitur. Quæcumq; autem definitiones obscuræ sunt emendanti, & reformanti ad manifestandum aliquid, & habendum argumentum, sic considerandum. Necesse est enim respondenti aut suscipere, quod sumptum est ab interrogante, aut eidem declarare, quid temere est in definitione. Insuper quemadmodum in concionibus solent legem inducere, & si melior sit, quæ inducitur, interimunt anteriorem: sic & in definitionibus faciendum, & definitio alia ferenda. Nam si apparet melior, & magis, quod definitur, perspicuum: manifestum, quoniã interempta erit, quæ posita est. Quoniam non sunt eiusdem plures definitiones. Ad omnes autem definitiones non minimum elementum apud se est, solerter definire propositum, aut apte dictum terminum assumere. Necesse est enim veluti ad exemplar considerantem habere definitionem, & quod minus est ijs, quæ oportet, & quod appositum est superflue, inspicere: vt magis argumentis sit abundans. Quæ igitur circa definitiones sunt, intantum dictum sit.

# Topicorum Aristotelis.

## De eodem & diuerso loci. Caput. I.

VTrum aũt idem an diuersum secundùm proprijssimum eorum medorum qui de eodem dicti sunt, dicẽdũ. Dicebatur autẽ proprijssime idem, quod numero vnum est: Et considerandum ex casibus, & coniugatis & oppositis. Nã si iustitia idem est fortitudini, & iustus forti, & iuste fortiter. Similiter autem & in oppositis. Nam si hæc eadẽ, & opposita his eadem secundùm quamlibet dictarum oppositionũ. Nihil enim differt hoc, vel hoc modo oppositũ sumere, quoniam idem est. Rursum ex effectuis, & corruptuis, & generationibus, et corruptionibus, & õnino ex ijs quæ similiter se habet alterum ad alterum. Considerandum aũt & quorum alterum maximè dicitur quoduis esse, si alterum eorum ipsorum secundùm idem maximê dicitur. Quemadmodũ Xenocrates beatam vitam & studiosam assignauit eandem, quoniam omnium vitarum maximæ eligenda studiosa & beata. Vnum enim maxime eligendum & maxime. Similiter & in alijs huiusmodi. Oportet autem vtrumque vnum numero esse, quod dicitur maximum, maximeque eligendum. Si autem non, non erit ostensum, quoniam idem, non necessarium enim si fortissimi Græcorum sunt Peloponesij & Lacedæmonij, eosdem esse Peloponesios Lacedæmonijs. Quoniam non vnus numero Peloponesius, & Lacedæmonius. Sed contineri quidẽ alterum ab altero necessariũ, vel Lacedæmonij à Peloponesijs.

Si

Si autem non, accidet seipsis inuicem esse melioris, si non continẽtur alteri ab alteris. Necesse enim est Peloponesios meliores esse quam Lacedæmonios, si nõ cõtinẽtur alteri ab alteris. Nã omnibus reliquis sunt meliores. Similiter autem & Lacedæmonios necesse est meliores esse Peloponesiis, nam & isti cæteris omnibus sunt meliores. Quare se inuicem meliores fiunt. Manifestum ergo, quod vnum numero esse oportet, quod optimũ et maximum dicitur, si debeat, quoniã idem sunt, ostendi: propter quod Xenocrates non idem assignauit. Non enim vna numero studiosa & beata vita, quapropter non necessarium eandem esse, quoniam ambæ maxime eligendæ, sed altera sub altera. Rursum considerandum, si cui alterum idem, & alterum. Nam si nõ sũt ambo eidem eadem, manifestum, quoniam nec sibi inuicem. Insuper autem ex ijs, quę accidunt, & ex ijs quibus hæc accidunt, cõsiderandum. Nam quæcumq; alteri accidunt, & alteri oportet accidere: & quibus alterum eorum accidit, & alterũ eorũ oportet accidere. Si autem aliquid horum dissonet, dilucidum, quoniam non sunt eadem. Videndum autem & si non in vno genere prædicamenti vtraq; sed hoc quidem quale, illud autem quantum vel ad aliquid significet. Rursum si genus vtriusq; non idem, sed hoc quidem bonum, illud autem malum, aut hoc quidem virtus, illud autem scientia. Aut si genus quidem idem, differentiæ autem non eædem de vtroque prædicantur. Sed de hoc quidem quoniam contemplatiua scientia, de illo autem, quoniã actiua. Similiter aũt & in alijs. Insup aũt ex magis, si hoc quidẽ suscipit magis: illud aũt non. Aut si ãbo suscipiunt quidem, non simul aut̃ Vt qui magis amat, nõ magis concupiscit. venerẽ: quare non

idem

idem amor, & concupiscentia veneris. Insuper ex appositione: si eidem vtrũq; appositum, non facit idẽ. Aut si eodẽ ab vtroque sublato, quod relinquitur est alterũ. Vt si duplũ dimidij, & multiplum dimidij idem dixerit esse: sublato enim ab vtroq; dimidio, reliqua idem oporteret indicare. Non indicant autem: nã duplum multiplũ non eadẽ significant. Considerãdũ aũt non solũ si iam aliquid accidit impossibile per positionem: sed & si possibile sit ex suppositione existere, quemadmodũ ijs, qui vacuũ & plenũ aere idem dicunt esse. Nã manifestum, quoniã si exeat aer: vacuum quidem non minus, sed magis erit. Plenum aũt aere nõ erit ãplius. Quare suppositio aliquo, siue vero, siue falso: nihil enim refert, si alterum interimitur, alterum autẽ non: profecto non idem sunt. Vniuersaliter autẽ loquendo, ex ijs, quę quouis modo de vtroque prædicantur, & de quibus hæc ipsa prædicantur, considerãdũ si alicubi dissonent. Nã quæcũque de altero prædicãtur, et de altero prædicari oportet, & de quibus alterũ prædicatur, et alterũ prædicari oportet. Insuper cũ multifariã idẽ dicatur, considerandũ, si secundũ aliquẽ alium modũ eadem sunt. Nam specie vel genere eadẽ, nõ necesse est numero eadẽ esse. Cõsideremus itaq; vtrũ sic eaq̃, an non sic. Insuper si potest alterum sine altero esse, nõ enim erit idem. Qui igitur ad idem loci tot dicuntur.

## De eadem definitione loci alij. Cap. II.

PAlam aũt ex ijs, quę dicta sũt, quoniã õnes, qui ad idẽ sũt destructui loci, & ad terminũ vtiles sũt, vt prius dictũ est.

Nã si nõ idẽ indicẽt et nomen & oratio, manifestum quoniam non erit definitio, assignata oratio. Constructiuorum autem locorum nullus vtilis ad terminũ. Non enim sufficit cõsiderare

rare idẽ, qđ ſub oratiõe, & nomine eſt, & ad conſtruẽdũ, quoniã definitio. Sed & alia oportet õnia habere (quæ præcepta ſunt) definitionẽ: interimere igitur definitionẽ ſit, & p hçc ſẽper tentandũ. Si aũt cõſtruere volumus, primũ quidem ſcire oportet, quoniã nullus aut pruci diſputantũ, termino ſyllogiſmo colligũt: ſed omnes principiũ, quod tale eſt accipiunt, vt qui circa Geometria, & numeros, & alias huiuſmodi diſciplinas. Deinde quoniam exacte quidem alterius eſt negocij aſſignare, & quid eſt terminus, & quomodo definire oportet: nunc autem quantum ſufficit ad prçſentem vtilitatem, tantum ſolum dicendum, quoniam poſſibile eſt fieri definitionis, & eius quod eſt quod quid erat eſſe, ſyllogiſmũ. Nã ſi terminus eſt oratio, quç quod quid erat eſſe ſignificat, & oportet, ea quæ in termino prædicantur, in eo quod quid eſt de re ſola prædicari. Prædicantur aũt ſola in eo quod quid eſt, genera & differentiæ. Manifeſtũ, quoniã ſiquis ſumat ea, quæ ſolum de re in eo quod quid eſt prçdicari oportet, quod oratio hæc habens terminus ex neceſſitate erit. Non enim contingit aliud eſſe terminum. Quoniam nihil aliud in eo quod quid eſt de re prædicatur. Quòd igitur poſſibile ſit ex termino ſyllogiſmum fieri, manifeſtum. Ex quibus autem oportet cõſtruere, determinatum quidem eſt in alijs diligentius. Ad propoſitã autem doctrinam ijdem loci vtiles. Inſpiciendum enim in contrarijs & in alijs oppoſitis: & totas orationes, & ſecũndùm partẽ conſideranti. Nam ſi oppoſita, & eam (quç dicta eſt) propoſiti neceſſe eſt eſſe. Quoniam autem contrariorum plures complexiones ſunt, ſumenda eſt ex contrarijs qualiſcũq; maxime apparebit contraria definitio. Totas igitur definitiones (vt dictum

eſt

est) considerandum. Secundũ partem autem, hoc pacto: primum quidem quoniam assignatum genus recte assignatum est. Nã si contrariũ in cõtrario & propositũ non est in eodẽ, manifestũ quoniã in contrario erit: quoniã necesse est cõtraria in eodẽ gene re, vel in contrarijs generibus esse. Et differentias quidẽ contrarias de contrarijs arbitramur prædicari, vt de albo & nigro. Nã illud quidẽ disgregatiuum, hoc aũt congregatiuũ visus est. Quare si de contrario contrariæ prædicantur, de ꝓpposito, quę assignatæ sunt, prædicabũtur. Quapropter cũ & genus & differentiæ recte assignatę sunt manifestũ, quoniã definitio erit, quę assignata est. An non necessariũ est de cõtrarijs contrarias differẽtias prædicari, nisi in eodẽ genere sint cõtraria. Quorũ aũt genera sunt contraria, nihil prohibet eandẽ differentiã de vtrisꝙ dici, vt de iustitia, & iniustitia. Nã illa quidem virtus, hæc aũt vitium animæ est, quare id animæ differentia de vtrisque dicitur. Quoniam & corporis est virtus, & vitiũ. Id tamen verum est quod contrariorum aut contrariæ, aut eædem differentiæ sint. Quare si de contrario contraria prædicatur: de hoc autem non manifestum, quoniam quæ dicta est, de hoc prædicabitur. Vniuersaliter autem dicendo, si definitio est ex genere, & differẽtijs si sit cõtrarij definitio manifesta, & quæ propositi definitio, manifesta erit. Quoniã vero contrariũ vel in eodem genere, vel in cõtrario. Similiter aũt & differẽtiæ, aut contrariç de cõtrarijs, aut eçdẽ prçdicãtur, manifestũ, qꝙ de ꝓpposito, aut idẽ genus prçdicabitur quod & de cõtrario. Differentiæ autem cõtrariæ vel omnes, vel aliquæ, reliquæ autẽ eædẽ aut cõtra differentiæ quidẽ eçdẽ, genera aut cõtraria, aut ãbo cõtraria genera, et differẽtiæ.

Eadem

Eadem enim esse ambo nõ contingit. Si aũt secus, definitio eadẽ contrariorũ erit. Insuper ex casibus, et cõiugatis. Necesse est enĩ ad genera genera, et ad terminos terminos cõsequi. Vt est oblivio ẽ sciẽtiæ amissio, et obliuisci amittere scientiã erit, et oblitũ esse amisisse sciẽtiã. Vno igitur eorũ, quę dicta sũt, concesso, & reliqua cõcedere necesse est. Similiter aũt, & si corruptio dissolutio substantię est, & corrũpere dissoluere substãtię erit, & corruptiue dissolutiue: & si corruptiuũ dissolutiuũ substãtię et, corruptio dissolutio substantiæ erit, similiter aũt, & in alijs. Quare vno quouis sũpto & reliqua omnia cõcedantur oportet. Ex similiter se habentibus adinuicem, nã si salubre est effectiuum sanitatis: & habile effectiuũ bonæ habitudinis erit, & adiutiuum effectiuũ boni. Nã similiter vnũquodq; eorum, quæ dicta sunt: ad suum finẽ se habet. Quare si vnius eorum definitio est effectiuum esse finis, & reliquorũ cuiusq; sic erit definitio. Insuper ex eo, qđ est magis & ex eo, qđ est similiter, quoties cõtingit construere duas ad duo cõparãdo. Vt si magis illa illius, quã hæc huius definitio est: hæc aũt, quæ minus videtur, definitio est: & illa quæ magis. Et si similiter illa illius, et hęc huius, si altera alterius et reliqua reliquæ. Vna autẽ definitiõe ad duo cõparata, aut duabus definitiõibus ad vnũ, nequaquã vtilis est ea cõsideratio, quæ ex magis est Nã neque vnã duorũ, neq; duas eiusdẽ definitiones possibile est esse. Sunt autem opportunissimi locorum, & qui nunc dicti sunt, & qui ex casibus: coniugatisq; sunt. Quocirca et oportet maxime detinere, & prõptos habere hos. Vtilissimi enĩ ad plurima, et aliorũ eos, qui maxime sũt coĩes. Nã cæterorũ

illi

illi maxime efficaciſſimi, vt inſpicere in ſingularibus, & conſiderare in ſpeciebus, ſi conueniat definitio. Quoniam vniuoca ſpecies eſt. Eſt autem vtilis hic locus, ad eos, qui ponunt ideas eſſe, vt prius dictum eſt. Inſuper ſi per Metaphoram dixit nomen, aut idem de eodem prædicauit, vt diuerſum. Et ſiquis alius cõmunis, & efficax locorum eſt, illo vtendum.

## De conſtructione, & deſtructiõe prædicatorũ loci. Cap. III.

QVoniam autem difficilius eſt conſtruere, quàm deſtruere terminum, ex ijs, quæ poſtea dicentur, manifeſtum. Nam noſſe ipſum, & ſumere à reſpondentibus huiuſmodi propoſitiones non facile eſt: vt quoniam eorum, quę ſunt in aſſignata oratione, hoc quidem genus, illud autem differentia. Et quod in eo quod quid eſt genus, & differentiæ prędicantur. Sine his vero impoſſibile eſt definitioni, ſyllogiſmũ fieri. Nam ſi quædam etiam alia in eo quod quid eſt de re prædicantur, incertum eſt: neque dicta eſt, an alia eius definitio eſt. Quoniam definitio eſt oratio, quod quid erat eſſe ſignificans. Manifeſtum autẽ & ex his. Nam facilius vnum quàm multa concludere, vnum enim quodcũque ſit, deſtruẽtes, interẽpturi ſumus terminum. At cõſtruenti, omnia neceſſe eſt conſtruere, quoniam inſunt, quæ in termino inſunt. Inſuper conſtruenti quidem, vniuerſaliter ſtatuendũ ſyllogiſmum: nam oportet de omni, de quo nomen, prędicari & terminum. Et etiam ad hæc conuerti de quo oratio, & nomen, ſi debeat proprius eſſe aſſignatus terminus. Deſtruenti vero non neceſſe oſtendere vniuerſaliter. Sufficit enim oſtendere, quoniã de quodam eorum, quæ ſub nomine ſunt, oratio non verificatur. Et tametſi vniuerſale oporteat deſtruere, non tamen conuertì neceſſarium

ceſſarium & in deſtruendo. Nam ſufficit deſtruenti vniuerſale oſtendere quod de aliquo eorũ de quibus nomen prædicatur, oratio non prædicetur. At econuerſo non neceſſarium, vt oſtendatur, quod de quibus oratio non prędicatur, neque nomen prædicetur. Pręterea, etiam ſi omni ei ineſt, quod ſub nomine eſt, modo non ſoli, interempta eſt definitio. Similiter autem & circa proprium & genus ſe habet. In vtriſque enim deſtruere quàm conſtruere facilius eſt. De proprio quidem, manifeſtũ ex ijs, quæ dicta ſunt. Nam vt plurimum in cõplexione proprium aſſignatur, quare deſtruere quidem eſt vnũ interimenti. Conſtruẽti uero omnia ſyllogiſmo colligere neceſſe eſt. Inſuper & reliqua fere omnia, quæ ad definitionem: & ad proprium cõueniet dici. Nã & omni oportet, quod ſub nomine eſt conſtruenti mõſtrare, quoniã ineſt. Deſtruenti aũt ſufficit oſtẽdere vni nõ ineſſe. Præterea ſi omni ineſt, non aũt ſoli, etiam ſic deſtructũ fit, perinde ac in definitione dicebatur. De genere aũt, quoniã cõſtruere quidẽ neceſſe eſt vno modo, qui omni oſtendit ineſſe, deſtruenti aũt dupliciter. Nam ſiue nulli, ſiue alicui oſtenſum ſit non ineſſe, interemptũ eſt quod in principio. Præterea cõſtruenti quidem non ſufficit, quod ineſt, oſtẽdere. Sed & quod, vt genus ineſt, oſtendẽdum. Deſtruenti autem ſufficit oſtẽdere non ineſſe, uel alicui, uel nulli. Videtur inſuper, quẽadmodum in alijs corrumpere, quàm facere facilius ſic & in his deſtruere, quàm conſtruere. In accidente vero vniuerſale quidem facilius deſtruere, quàm conſtruere. Nam conſtruenti quidem oſtendendum, quoniam omni, deſtruenti autem ſufficit oſtendere vni non ineſſe. Particulare vero econuerſo: nam facilius conſtruere, quàm deſtrue-

re. Construenti enim satis est ostendere alicui inesse, destruenti autem, ostendendum, quoniam nulli inest. Manifestum autem, qua de causa omnium facillimum est terminũ destruere. Plurima enim sunt in ipso data multorum dictorum. Ex pluribus autẽ citius fit syllogismus. Nam verisimile in multis magis quàm in paucis peccatum fieri. Insuper ad terminum quidem contingit per alia argumentari. Siue enim non propria sit definitio, siue non genus, quod assignatur siue non inest, aliquod eorum, quæ sunt in definitione, interempta fit definitio. Ad alia autem neq; per ea, quæ ex terminis, neque per alia contingit omnia argumẽtari. Sola enim ea, quæ ad accidens, cõmunia sunt omnibus prædictis. Inesse enim oportet vnumquodq; eorum, quæ dicta sunt. Si autem non vt proprium inest genus, nondum interemptum est genus. Similiter autem & proprium non necessarium, vt genus, inesse. Neque accidens: ut genus, aut proprium: sed inesse tantũ. Quare non possibile ex aliis ad alia argumentari, nisi ad definitionem solum. Manifestum igitur, quoniam facillimum omniũ est terminum interimere. Construere autem difficillimum. Nã & illa omnia oportet syllogizare. Etenim quoniam insunt, quæ dicta sunt. Et quoniam genus est, quod assignatum est. Et quoniam propria est definitio, & adhuc præter hæc, quoniam significat, quod quid erat esse oratio. Et hoc probe oportet fecisse. Aliorum autem proprium maximè huiusmodi. Nam interimere quidem facilius. Quoniam ex pluribus plerunque est. Construere autẽ difficillimum. Quoniam multa oportet astruere, & adhuc quoniam soli inest, & quoniam conuersim prædicatur de re. Facillimum autem omnium construere accidens.

Nam

*Nam in alijs quidem non ſolum ineſſe, ſed & quoniam ſic ineſt, oſtendendum. In accidente vero, quoniam ineſt duntaxat ſufficit oſtendere. Deſtruere autem difficillimum eſt accidens, quia quampauciſſima in eo data ſunt. Non enim conſignificatur in accidente, quo modo ineſt. Quare in alijs quidem dupliciter interimere contingit: aut oſtendendo, quoniam non ineſt, aut quoniam non ſic ineſt. In accidente vero non contingit interimere, niſi oſtendendo, quoniam non ineſt. Loci igitur, per quos copioſi erimus argumentari ad ſingula problemata, fere ſufficienter enumerati ſunt.*

## OCTAVVS LIBER

### Topicorum Ariſtotelis.

### *Loci ad inſtruendum interrogantem.* Caput. I.

*DOſt hæc aũt de ordine & quonã modo oportet interrogare, dicendũ. Oportet aũt primum quidẽ eum, qui interrogare debet, locum inuenire, vnde ſit argumentandum: Secundũ aũt interrogare, & ordinare ſingula apud ſeipſum. Reliquum vero & tertium dicere iam eadem ad alterum. Quo quidem ad locum ipſum inueniendum, ſimiliter philoſophi, te Dialectici conſideratio eſt. Verum illa ordinare iam atq; interrogare proprium Dialecti ci eſt. Ad alterum enim omne tale eſt. Philoſopho aũt & quçrenti per ſe ipſũ nihil curæ eſt, ſi vera quidẽ ſint, & nota, p quæ eſt ſyllogiſmus, & nõ ponat ea, qui reſpõdet. Quoniã ꝓpĩqua ſũt illis, quç ſũt ex prĩcipio. Et prçuidet, qđ ſubſecuturũ eſt. Sed*

fortasse & studiose aget, quoniã maximè notæ, & propinquæ sunt dignitates. Ex illis enim scientifici syllogismi. Loca igitur, vnde oportet sumere, dictum est prius. De ordine autem, & interrogatione dicendũ, diudẽdo propositiones præter necessarias, quæcunque sumendæ sunt, siquidem necessariæ dicuntur, per quas syllogismus fit. Quæ autem præter has sumũtur, quatuor sunt: aut enim gratia inductionis, vt detur vniuersale, aut ad magnitudinem orationis, aut ad occultationem conclusionis, aut vt dilucidior sit oratio. Præter eas aũt nulla est assumenda propositio, sed per has augere, & interrogare tentandũ. Sunt aũt quæ ad occultationẽ, certaminis gratia, sed quia õne negotium, qđ huiusmodi est, ad alterũ est, necesse & illis vti. Necessarias igitur per quas fit syllogismus, non statim præordinandũ, sed abeundẽ ad suprema, vt non postulet quis contrariorũ eandẽ disciplinã, sed oppositorum. Posito enim hoc, & quod cõtrariorum eadem disciplina est, syllogizabit, quoniã ex oppositis contraria sunt. Si uero illam non ponat, per inductionem sumendũ proponenti in particularibus cõtrarijs. Nã aut per syllogismũ, aut per inductionem necessarias sumendum, aut has quidem inductione, illas autem syllogismo. Quæcunq; autem valde manifeste sunt, illas quoq; oportet protendere. Nam quod secuturũ est, in abscessu, & inductiõe immanifestius est. Pręterea simul ipsas vtiles protendere erit ei, & qui nõ potest illo modo prõpte sumere. Igitur, quæ præter has dictæ sunt, harum gratia quidem accipiendæ sunt. Siquidem vnaquaq; eo modo vtendũ inducenti quidẽ à singularibus ad vniuersalia, & à notis ad ignota. Sunt autẽ magis nota, quæ secundũ sensum, vel simpliciter, uel

multi-

multitudini. Celanti vero prosyllogizare, ea per quę syllogismus eius, quod ex principio est, debet fieri. Et hæc, vt plurimum. Erit etiam hoc, si quis non solum necessarias, sed & earum, quæ vtiles sunt ad illas, aliquam syllogizauerit. Insuper conclusiones non dicere, sed posterius simul omnes syllogizare. Sic enim longissime abscedet ab ea, quæ ex principio positione. Vt autem vniuersaliter dixerim, sic oportet eum interrogare, qui latenter interrogat, vt interrogata omni oratione, & eo dicente conclusionem, quæratur propter quid ẽ, id aut erit maxime p̃ante dictũ modũ. Nã sola vltima dicta conclusione, immanifestũ erit, quonã modo accidit. Quoniam non prænidit respondens ex quo accidit, non digestis per mẽbra prioribus syllogismis, minime, etiã per mẽbra digeritur syllogismus cõclusiõis, cum non eius sũptiones ponũtur. Sed cũ ea sumũtur, á quibus syllogismus fit, Vtile aũt & non cõtinua postulata sumere ex quibus syllogismi. Sed vicissim ad aliã & ad aliam conclusionem. Nam positis conuenientibus iuxta se inuicem, magis quod accidit ex ipsis, manifestum. Oportet autẽ & definitione sumere (in quibus possibile est) vniuersalem propositionem non in ipsis, sed in cõiugatis. Nam decipium falsa ratiocinatione se ipsos, quando in coniugato sumitur definitio, si nõ vniuersale concedunt. Vt si oportet sumere, quod qui irascitur, appetit pœnam, sumatur ira appetitus esse pœnæ propter apparẽtem paruipensionem. Et erit manifestum, quoniam hoc sumpto, habemus vniuersale, quod præelegimus. At eis, qui in ipsis proponunt, sæpe accidit, vt obsistat respondens, quoniam magis se habet in eare instantia: vt quoniam non omnis, qui irascitur, appetit pœnam. Nam parentibus irascimur quidem, non autem

poenam appetimus. Fortasse autem non vera instantia est, nã in quibusdam sufficiens pœna est tristari solum, & facere pœnitere. Verum tamen habet aliquid verisimilis: vt non videatur irrationabile negare propositum: at in iræ definitione non similiter facile est instantiam inuenire. Præterea proponere oportet eũ, qui proponit, non vt propter ipsum: sed alterius gratia. Nam deuitant ea, quæ ad positionem sunt vtilia. Vt autem simpliciter est dicere, priusquàm maxime dubium facere, vtrum quod proponitur, an oppositũ, sumere vult. Nam cum dubium fuerit quidnam ad positionem sit vtile, magis, quod ei videtur: ponunt. Insuper per similitudinem interrogare. Nam & persuasiuum est, & latet magis vniuersale. Vt quoniam quemadmodum scientia & ignorantia contrariorum eadem, sic & sensus contrariorũ idem. Aut contra, quoniam sensus idem: contrariorum est, & scientia. Hoc autem est simile inductioni: non tamen idem. Nam illic quidem à singularibus vniuersale sumitur. In similibus autem non est, quo d sumitur vniuersale, sub quo õnia similia sunt. Oportet autem, & ipsum sibimet quandoque instantiam ferre. Nam insuspecte se habent respondentes ad eos, qui videntur iuste argumentari. Vtile autem & dictum addere, quoniam consuetũ, & dicitur hoc tale. Nam pigre sciunt, quod solitum est dimouere, instantiam non habentes. Simul autem & quia vtuntur & ipsi talibus, cauent ea dimouere. Insuper non diligenter agere, etsi omnino vtile sit. Nam aduersus diligenter agentes, magis remittuntur. Et ipsum vt in similitudine proponere. Quod enim propter aliquid aliud proponitur, & non propter ipsum, vtile poneutibus magis est. Insuper non d proponere, quod oportet sumere,

mere, sed cui consequens id est ex necessitate. Nam & magis concedunt, quoniam non similiter ex his manifestum est, quod consecuturum est: & sumpto hoc, sumptum est & illud. Et id vltimo interrogare, quod maxime vult sumere. Nam maxime prima renuunt. Quoniam plurimi interrogantium prima interrogant, circa quæ vel maxime student. Ad quosdam autẽ prima, quæ huiusmodi sunt, proponere. Nam proterui maxime prima admittunt, nisi omnino manifestum sit, quod secuturũ est. In fine autem proteruiunt. Similiter autem & quicunque arbitrantur acuti esse in respondendo, ponentes enim prima in fine recantant, tanquam nihil acciderit ex ijs, quæ posita sunt. Ponũt enim prompte confidentes habitui, & arbitrantes se nihil esse passuros. Insuper prolongare & interponere, quæ nihil sunt vsui ad orationem: quemadmodum pseudographia vtentes. Nã cum sint plura, immanifestum, in quo falsum sit. Quare & occultant quandoq; interrogantes, in absconso proponentes ea, quæ proposita per se, non ponerentur. Ad occultationem igitur dictis est vtendum.

## Pro introductione respondentis loci alij. Cap. II.

AD ornatum vero inductione, & diuisione eorum, quæ affinia sunt. Inductio quidem quale quid est, manifestum. Diuidere autẽ huiusmodi, vt quoniã scientia est scientia melior, aut quia certior est, aut quia de melioribus. Et quoniã scientiarũ, aliæ quidem sunt contemplatiuæ, aliæ aũt actiuæ, aliæ vero effectiuæ. Vnũ quodq; enĩ talũ coornat qui lẽ orationẽ, nõ necessariũ aũt est, vt dicatur ad conclusionẽ. Ad dilucidatẽ autem, exempla & similitudines afferendum. Modo exempla accommoda-

ta fuerint, & ex quibus scimus. Qualia Homerus, non qualia Cherillus, sic enim dilucidius erit, quod proponitur. Vtendum autẽ in differendo, syllogismo quidẽ ad Dialecticos magis, quã ad multitudinem. Inductione verò contra, ad multitudinẽ magis. Dictum est autem de his, & prius. Est aũt in aliquibus quidẽ inducenti possibile interrogare vniuersale, in aliquibus vero non facile. Quoniam non positum est similitudinibus nomen omnibus commune. Nam quando oportet vniuersale sumere, & sic in omnibus talibus esse dicere, id determinare difficillimum est: qualia sunt ea, quæ proferuntur huiusmodi, & qualia non. Et propter hoc sæpenumero dissident in disputationibus, alij quidẽ dicentes similia esse, quæ non sunt similia. Alij vero dubitantes quæ sunt similia, nõ esse similia. Quare tentandũ in õnibus talibus ipsum nomen affingere, vt neq; respondenti liceat dubitare, quoniam non similiter dicitur, quod infertur, neq; interrogãti caliniari, vt similiter dicto, quoniam plura eorum: quæ nõ similiter dicuntur, similiter videtur dici. Quando autem inducenti in pluribus, non dederit vniuersale, tunc iustum est petere instantiam. Non dicente autem ipso in aliquibus non sic, non est iustum petere in quibus non sic? Oportet enim inducentem prius, sic instãtiam petere. Et digne petendum instantias (non in eo quod proponitur) ferre: nisi vnum tantum sit huiusmodi, vt dualitas pariũ numerorum solus primus. Oportet enim eo, qui instat, in altero instantiam ferre, aut dicere: quoniam hoc solum tale est. Ad eos autem, qui instant vniuersali, ferẽtes aũt instantiã non in eodem, sed in æquiuoco: vt quoniam habet aliquis non suum colorem, vel pedem, vel manum (habebit enim pictor non suum colorem,

lorẽ, & cocus pedem nõ ſuum.) Diuidẽdo profecto reuera in talibus interrogãdum eſt. Nã latente æquiuocatione bene viderentur inſtare propoſitioni. Si aũt nõ in æquiuoco, ſed in eodẽ inſtans prohibeat interrogationem, oportet auferentem id: in quo inſtantia eſt, proponere reliquum vniuerſale faciendo, donec ſumat, quod vtile eſt. Vt in obliuione, & oblitum eſſe. Nõ enim cõcedunt eum, qui amiſit diſciplinam, oblitum eſſe. Quoniã trãſeunte re, amiſit quidem diſciplinam, oblitus autem non eſt. Dicendum igitur auferenti id, in quo inſtantia eſt, reliquum. Vt ſi permanente re amiſit diſciplinam, idcirco oblitum eſſe. Similiter aũt & cõtra inſtantes, quoniã maiori bono, maius opponitur malum. Proferunt enim quoniam ſanitati, quæ minus bonum eſt bona habitudine, maius malũ opponitur. Nã ęgritudinẽ maius eſſe malũ mala habitudine. Auferendum igitur & in hoc, id in quo inſtantia eſt. Ablato enim magis ponet: vt quoniam maiori bono maius malũ opponitur, niſi alterũ inferat alterũ: quẽadmodũ bona habitudo ſanitatem. Non ſolum aũt eo inſtante, hoc faciendũ eſt, ſed etiã ſi ſine inſtantia negauerit, propterea quia præuidet aliquid talium. Nã ablato eo, in quo inſtantia eſt, cõpelletur ponere, quoniã non præuidet in reliquo, in aliquo non ſic eſſe. Si autem non ponat efflagitatus, inſtantiam nõ habebit aſſignare. Sunt autẽ huiuſmodi propoſitionum, quæ in aliquo falſæ ſunt, in aliquo autem veræ. In his enim par eſt auferre, reliquum autem verum relinquere. Si autem in multis proponenti non ferat inſtantiam, poſtulandum eſt ponere. Nam dialectica eſt propoſitio, ad quam ſic in pluribus ſe habentem non eſt inſtantia. Quoniam autem contingit idem & ſine impoſſibili, & per impoſſi-

bile

bile syllogizare, demonstranti quidem, & nõ differenti, nihil refert vel sic, vel illo modo syllogizare. Differenti autem non est vtẽdum per impossibile syllogismo. Nam si sine impossibili quidem syllogismo syllogizat, minime fiet, vt dubitent. At quando per impossibile syllogizant (nisi valde manifestũ sit falsum esse) nõ impossibile dicunt esse. Quare nõ fit interrogãtibus, qđ volunt. Oportet autem proponere, quæcunque in pluribus quidẽ sic se habent, modo instantia aut omnino non sit, aut nõ in superficie sit conspicere. Nã qui non possunt conspicere in quibus nõ sic, tanquam verum quidem sit, ponunt. Non oportet autem conclusionem interrogationem facere, alioquin eo remanente non videretur fieri syllogismus. Nam & sæpe cum non interrogat, sed, vt sequens infert, negant. Et hoc facientes non videntur per hæc redargui, qui non conspiciunt, quoniam accidit ex ijs, quæ posita sunt. Quando igitur non dicens quidem accidere, interrogabit, ille autem negabit, omnino non videtur fieri syllogismus. Non videtur autem omne vniuersale dialectica propositio esse, vt quid est homo? aut quot modis dicitur bonum? Est enim dialectica propositio, ad quam est respondere sic, vel non. Ad dictas autem non est. Quare non sunt dialecticæ huiusmodi interrogationes, nisi ipse determinãs vel diuidens dicat, vt putas ne bonum sic, vel non sic dicitur. Nam ad talia facilis responsio vel affirmando, vel negando. Quapropter tentandum sic proponere huiusmodi propositionum. Simul autem & instum fortasse est ab illo interrogare, quot modis dicitur bonum, quando hoc diuidente & proponente, nullo modo concesserit. Quisquis autem vnam orationem multo tempore inter-

interrogat, male interregat. Nam si respondeat quidem es interrogato, quod interrogatur, manifestum, quoniam multas interrogationes interrogat, aut frequenter easdem. Quare aut nugatur, aut nõ habet syllogismũ, ex paucis enim õnis syllogismus. Si uero nõ respõdeat, nõ increpat, aut discedit. Est aũt argumentari difficile & sustinere facile easdẽ suppositiones. Sũt aũt talia, & quæ natura sunt prima & quæ postrema. Nã prima quidẽ termino indigent. Postrema vero per multa terminãtur, volẽti cõtinuũ sumere à primis, aut sophisticæ vidẽtur argumentationes. Impossibile enim demonstrare quippiam est eum, qui non incipit à proprijs principijs, & cõnectit vsque ad vltima. Definire autem non dignum putant respondentes, neq; si interrogans definierit, aduertunt. Non facto autem manifesto, quidnam est ipsum propositum, non facile est argumentari. Maximè autem quod tale est, circa principia accidit. Nam alia quidem per hæc monstrantur, ipsa vero non per alia contingit, sed necesse est definitione taliũ vnumquodq; cognoscere. Sunt autem difficile argumentabilia, & quę valde propinqua sunt principijs. Nõ enim cõtingit plures ad hęc rationes inuenire, cum & horũ, & principiorũ, per quæ necesse est monstrare ea, quæ post illa sunt, pauca sint media. Terminorum autem difficile argumentabiles, ij omniũ maximè sunt, quicunq; vtũtur talibus nominibus, quæ primum quidem immanifesta sunt simpliciter ne, an multipliciter dicantur. Adhuc autem quæ neque nota, vtrum proprie, an secundùm trannslationem definito dicantur. Nam quia obscura sunt, non habent argumenta, quia vero ignoratur si absque translatione dicitur, quod ta-

le

le est, non habet increpationem. Omnino autem omne problema quando fuerit difficile argumentabile, uel termino indigere arbitrandum est, uel eorum, quę multipliciter, uel eorum, quæ secundũ translationem esse dicuntur, uel non lõge à principijs: aut quia nõ manifestum est primum nobis hoc idem, quonam etiam dictorum modorum est, quod dubitationem præstat. Nam cum manifestus esset modus, perspicuum esset, quoniam aut definire, aut diuidere, aut propositiones inuenire oportet, quippe cum per has ostendantur ultima. Et in multis positionibus (non bene assignata definitione) non facile est disputare atque argumentari: ut utrum vnum uni contrarium an plura? Definitis autem contrarijs aliquo modo, facile est ostendere, utrum contingit plura eidem esse contraria, an non? Eodem autem modo & in alijs definitiõe indigentibus. Videntur autem & in disciplinis, quędam ob definitionis defectum, non facile describi. Vt & quoniam, quæ ad latus secat planum linea, similiter diuidit & lineã & locum. Definitione autem dicta, statim manifestum est, quod dicitur. Nam eãdem diuisionem habent loca, & lineæ. Est autem definitio eius orationis hæc. Simpliciter autem prima elementa, positis quidem definitionibus (vt quid linea, & quid circulus) facillimũ est ostendere. Verum non multis advnumquodque eorum est argumentari, quoniam non sunt multa media. Si autem non ponantur principiorum definitiones: difficile. Fortasse autem omnino impossibile. Similiter autem his, & in illis, quæ sunt circa orationes, se habent, non igitur latere oportet, quando difficile est argumentabilis positio, quoniam passa est aliquid eorum, quæ dicta sunt. Quando autem erit ad dignitatem & propositionem

maior

maior labor disputare, quàm ad positionem: dubitare utiq; posset quispiam, utrum ponenda sint talia, an non? Nã si nõ ponat, sed poscat & ad illa disputare, maius præcipiet, quã quod in prĩcipio positum est. Si uero ponat, credet ex minus credibilibus. Si igitur oportet non difficilius problema facere, ponendum. Si autem per notiora syllogizare, non ponendum. An discenti quidẽ nõ ponendũ nisi notius sit. Exercitanti uero, ponendũ, si verum solum appareat. Quare manifestum, quoniam non similiter & & interroganti, & docenti existimandum est esse ponendum. Quo pacto igitur interrogare, & ordinare oportet, pene sufficiunt, quæ dicta sunt.

## Loci pro respondente. Cap. III.

DE responsione aũt primum quidem determinandum, quidnam sit opus bene respondentis, quemadmodum bene interrogantis, Est autem interrogantis quidem sic ducere orationẽ, vt faciat respondentem dicere, inopinabiliora, quàm ea, quæ propter positionem sunt necessaria. Respondentis uero, nõ propter se apparere accidere impossibile, aut quod præter opinionem est, sed propter positionem. Nam alterum fortasse peccatum ponere primum, quod non oportet, & alterum positum non seruare aliquo modo. Quia autem sunt indeterminata ijs, qui exercitationis, & experientiæ gratia orationes faciunt, (nam non eædem considerationes & discentibus & docentibus, & concertantibus, & ijs, qui semper se inuicem exercent inspectionis gratia. Nam discenti quidem ponenda sunt semper ea, quæ uidentur, Quippe cum nullus conetur falsum docere. Concertantium vero interrogantem quidem uideri aliquid facere oportet omninò.

Respon-

Respondentem autem, nihil videri pati. Et in Dialecticis congressionibus, quę non concertationis, sed experientię, & inspectionis gratia orationes faciunt, nondum enucleatum est, quo pacto oporteat coniectare respondentem, & qualia dare, & qualia non ad bene aut non seruandum positionem.) Quoniam igitur nihil habemus traditum ab alijs, ipsi aliquid dicere tentemus. Necesse est itaque respondentem sustinere orationem, ponẽdo, aut probabilem, aut improbabilem positionem, aut neutram, & aut simpliciter probabilem, aut improbabilem, aut indeterminate, huic alicui ut aut sibi, aut alij. Nihil autem refert quouis modo probabilis, aut improbabilis fuerit. Nam idẽ modus erit bene respondendi, uel dandi, uel non dandi, quod interrogatum est. Cũ igitur improbabilis fuerit positio, necesse est & cõclusionẽ ꝓbabilẽ fieri. Cũ uero probabilis, improbabilẽ: quippe cũ sẽper oppositũ positiõis interrogãs cõcludat. Atsi neq; probabile neque ĩꝓbabile fuerit, quod positũ est, & cõclusio erit talis. Quoniã aũt bene syllogizãs, ex probabilioribus, & notioribus propositũ demõstrat, manifestũ, quoniã cũ simpliciter ĩprobabile fuerit, quod ponitur, nihil dãdũ est à respondente, quod non uidetur simpliciter, nec quod uidetur quidẽ, minus tamẽ cõclusiõe uidetur. Nã cũ improbabilis est positio, probabilis est cõclusio. Quare oportet, quæ sumuntur probabilia esse oĩa, et quidẽ magis probabilia, quã quod proponitur, si debet ꝓ notiora, quod minus notũ est, cõcludi. Quare si neq; tale est quippiã eorũ, quæ interrogãtur, nõ ponẽdũ est à respõdẽte. Si aũt positio fuerit simpliciter probabilis, dilucidum est, quoniã conclusio erit simpliciter ĩprobabilis. Ponẽdũ igitur & quæ uidentur õnia, & eorũ, quæ non uidentur

uidentur, quæ cũ q̃ sunt minus improbabilia conclusione. Nã sufficienter sic uidebitur disceptatũ esse. Similiter aũt erit & si neque improbabilis, neq; probabilis est positio. Nã sic, & quæ uidentur õnia dandũ, & eorũ, quæ nõ uidentur, quæcumq; minus sunt improbabilia cõclusioe. Sic enim probabiliores accidit orationes fieri. Si igitur simpliciter quidẽ probabile uel improbabile, quod ponitur ad ea, quæ uidentur simpliciter cõparatio faciẽda. Si aũt nõ simpliciter probabile sit, quod ponitur, sed respondenti, ad se quod uidetur, & non uidetur, iudicando, ponendũ uel non ponendũ. Si uero alterius opinionem tuetur, respondẽs manifestũ, quoniã ad illius mentem aspiciendo ponere singula debet, & negare. Quare & qui tuentur extraneas opiniones, ut bonũ & malũ esse idem, (quẽadmodũ Heraclitus inquit) nõ dant non inesse simul contraria eidem: non quia uidetur eis hoc, sed quia secundùm Hieraclitum sic dicendum, Faciunt autẽ hoc & qui suscipiunt ab inuicem positiones. Coniectant enim ac si is dicat, qui ponit. Manifestum igitur quæ coniectandum respondenti, siue simpliciter probabile, siue alicui positum. Quoniam autẽ est necesse omne, quod interrogatur, aut probabile, aut improbabile esse: aut neutrum, & aut ad orationem, aut non ad orationẽ esse, quod interrogatur. Si sit quidẽ quod uidetur, & non ad orationẽ, dandũ est dicendo, quoniã uidetur. Non enim interimitur (posito eo) quod in principio. Si uero non uidetur, & nõ ad orationem, dandum quidem, sed annotandum (quoniam non uidetur ad deuitationem absurditatis. Si uero sit ad orationem, & uideatur, dicendum, quoniam uidetur quidem, sed ualde propinquum ei, quod in principio est, & interimitur, eo posito, quod pro-

positum

positũ est. Si autẽ ad orationẽ quidem, sed valde improbabile sit postulatum: fatendũ, quoniã accidit hoc posito: at valde absurdum esse quod proponitur. Si vero neque probabile, neq; improbabile, si nihil quidem ad orationẽ, dandum nihil determinandũ. Si autem ad orationem, annotandum, quoniam interimitur eo posito, quod in principio est. Nam sic & qui respondet, nihil videbitur propter hoc pati, si quidem præuidens singula posuerit. Et qui interrogat, assequetur syllogismum, positis ab eo omnibus probabilioribus conclusione. Quicunque vero non ex probabilioribus conclusione conantur syllogizare, perspicuũ, quoniam non bene syllogizant. Quare has interrogationes non ponẽdũ. Similiter autem & in ijs, quę obscure, & multipliciter dicũtur occurrendũ est. Nã quia permissum est respõdẽti nõ discẽti dicere non disco, & multipliciter dictũ, nõ ex necessitate cõfiteri, vel negare manifestũ, quoniã primum quidem, nisi planum sit quod dicitur, non pigrescendũ est dicere, non intelligo. Nã sæpe propterea, quia in interrogãtibus nõ clare dant, occurrit aliquid difficile. Si aũt notum quidẽ sit, multipliciter autẽ dictũ, si in omnibus quidẽ verum vel falsum sit, quod dicitur, dandum simpliciter, quod dicitur, vel negandum. Si autem in aliquo quidem sit uerum, in aliquo autem falsum, annotandum est, quoniã multipliciter dicitur: & quoniam hoc quidẽ falsum, illud autem verum est. Nam cum posterius distinguitur, immanifestum, si & in principio ambiguum animaduerterit. Si autem nõ præuiderit dubiũ, sed in alterum aspiciens posuerit: dicendum ad eum, qui in alterũ ducit, quoniam non ad id aspiciens dedi: sed ad alterum eorum. Nam pluribus existentibus, quę sub eodem nomine, uel eadem

oratione

oratiõe ſunt, facilis eſt ambiguitas. At ſi & dilucidũ, & ſimplex ſit, quod interrogatur, aut ſic, aut nõ reſpõdendũ. Quoniã autem omnis propoſitio ſyllogiſtica, aut earum aliqua eſt ex quibus eſt ſyllogiſmus, aut propter aliquam illarum: manifeſtũ, quoniam interdum alterius gratia ſumentur: cum plura ſimilia interrogant, nam aut per inductionem, aut per ſimilitudinem plerumque vniuerſale ſumunt. Singularia igitur omnia ponendum: ſi vera ſint, & probabilia. Ad vniuerſale autem tentandum inſtantiam ferre. Nam ſine inſtantia, vel quæ ſit, vel quæ videatur, prohibere orationem proteruire eſt. Quare ſi multis apparentibus: non dederit vniuerſale, qui non habet inſtantiam, manifeſtum eſt, quoniam proteruit. Inſuper ſi neque contra argumentari habeat, quoniam non verum, longe magis videbitur proteruire: quamuis nec hoc ſufficiat. Nam complures rationes opinionibus contrarias habemus, quas difficile eſt ſoluere. Velut Zenonis quoniam non contingit moueri, neque ſtadium pertranſire. Sed non propter id, quæ ſunt oppoſita his nõ ponendum. Si igitur quiſpiam neq; contra argumentari habet, neq; inſtare & non ponit, dilucidũ, quoniã proteruit. Eſt enim in diſputationibus proteruia, reſponſio præter dictos modos ſyllogiſmi deſtructiua. Suſtinere aũt & poſitionem, & definitionẽ ipſum ſibi ipſi oportet prçargumẽtãdo. Nã ijs, ex quibus interimũt interrogãtes, quod ponitur manifeſtũ, quoniã aduerſandũ, inopinabilem vero ſuppoſitionem cauendũ ſuſtinere. Erit autẽ inopinabilis multipliciter. Nam & ea, ex qua abſona contingit dicere: vt ſi omnia dicat aliquis moueri, aut nihil: & quæ cũq; peioris moris, eſſe eligẽda. Inſuper et quç ſunt cõtraria cõ-

silijs, ut quoniam voluptas bonum, & iniuriam facere melius, quàm iniuriam pati. Nam non (vt orationis gratia sustinentem, sed vt dicentem ea) quæ videntur, oderunt. Quæcunque vero orationũ falsum syllogizãt soluendũ interimẽdo id propter quod fit falsum. Nã non is, qui quodnis interimit, soluit, neq; si falsum est, quod interimitur. Habere enim põt plura falsa oratio. Vt si quis sumat sedentẽ scribere Socratẽ uerò sedere. Accidit enĩ ex his Socratẽ scribere. Interempto igitur Soeratem sedere nihil magis soluta est oratio: quamuis falsum sit postulatũ, sed nõ propter id oratio falsa. Nã si quis sit sedens, quidem, non scribens autẽ, non amplius in tali apte accõmodabitur eadẽ solutio. Quare nõ id interimendũ, sed sedentẽ scribere. Nõ enim õnis, qui sedet, scribit. Soluit igitur õmno, qui interimit id, ppter quod fit falsum. Nouit aũt solutionẽ, qui scit, quomã propter id falsa est oratio, quẽadmodum in ijs, quæ falso describuntur. Nõ enim sufficit instare, neq; si falsum sit, quod interimitur sed id, propter quod falsum, assignandum. Sic enim erit manifestum, utrum prospiciens aut non? facit instantiam.

## Loci communes pro interrogante & respondente.

### Caput. IIII.

EST autem prohibere concludi orationẽ, quadrupliciter. Nã aut interimendo id, propter quod fit falsum aut, ad interrogantem instantiam ducendo. Sæpe enim non soluit quidem, tamen qui interrogat, non potest longius procedere. Tertium autem ad interrogata. Accidit enim ex interrogatis quidẽ non fieri, quod volumus: quoniam non bene interrogata sunt. Adducto aũt aliquo fieri conclusionem. Si igitur nõ amplius potest produ-

producere interrogãs, ad interrogantẽ erit instantiã. Si autem potest, ad interrogata. Quartũ autẽ, & pessima instantiarum est, quę est ad tẽpus. Nã quidã talibus instãt, ad quæ disputare pluris est tẽporis, quã præsentis exercitationis. Instãtiæ igitur vt dictũ est prius, quatuor modis fiunt. Solutio autem est earũ, quæ dictæ sunt, prima tantũ. Reliquæ autem prohibitiões quædam, & impedimenta conclusionum. Inculpatio vero oratio, & secũdũ ipsam orationẽ, & quãdo interrogatur, nõ eadẽ. Plerũq; enĩ quod nõ bene disputetur oratio, is, qui interrogatur est causa. Quoniã nõ cõcedit ex quibus ad positionẽ bene erat disputare. Nõ enim est in altero solo bene absoluere cõmune opus. Necessarium igitur quandoq; ad dicentem & nõ ad positionẽ argumentari. Quando is, qui respondet, contraria interroganti prçsumit corroborare. Proteruiẽtes igitur altercatorias, & nõ Dialecticas faciũt exercitationes. Insuper autẽ, quia exercitationis, & experimenti gratia, & non doctrinæ huiusmodi sunt orationes, perspicuum, quoniam non solum vera syllogizandũ, sed etiã falsum. Nec p vera semper, sed quãdoq; etiã per falsa. Sæpe enim vero posito interimere necesse est disputãtẽ. Quare proponenda falsa: quandoque autem & falso posito, interimendum per falsa. Nihil enim prohibet alicui videri, quæ non sunt, magis quàm vera. Quapropter ex ijs, quæ illi videntur oratione facta, magis erit suasus, quàm adiutus. Oportet autem eum, qui bene transfert, dialectice, & non contentiose transferre. Vt Geometram, geometrice, siue falsum, siue verum sit, quod concludendum est. Quales autem Dialectici syllogismi, dictum est prius. Quoniã autẽ peruersus socius est,

opus, patet, quoniã etiã in orationibus. Nã cõmune quippiam, quod proponitur, & in illis est. Præterquam in cõcertantibus, in quibus quidẽ non est eũdem vtrisq; finem assequi. Nã plures vno impossibile est vincere. Differet autem nihil siue in respõdẽdo, siue in interrogãdo fiat. Nã et qui cõtentio se interrogat, praue disputat, & qui in respondẽdo nõ dat, quod videtur, neq; suscipit quicquam, quod vult interrogans. Manifestum igitur ex ijs, quæ dicta sunt, quoniam non similiter increpandum & secũdum seipsam orationẽ, & interrogantẽ. Nã nihil prohibet orationem quidẽ prauã esse, interrogantẽ vero, vt possibile est, optime contra respondentẽ disceptare. Nam contra proteruos nõ possibile est fortasse statim sumere quales quis vult, sed quales fieri possibile, faciẽdi syllogismi. Quoniam aũt est indeterminatum, quando contraria, & quando ea, quę sunt in principio, sumunt homines (. Nam plerũq; per seipsos dicẽtes cõtraria dicunt, & abnuẽtes prius, dant posterius, quoniã interrogãtes & contraria, & quæ in principio plerumq; subaudiunt) necesse est prauas fieri disputationes. Causa aũt est qui respõdet, hæc quidem non dans, illa aũt talia dans, manifestum igitur, quoniã nõ similiter inculpandum & interrogantes, & orationes. Orationis antẽ secundũ se, quinq; sunt inculpationes. Prima quidẽ, quando ex interrogatis neq; quod propositũ est, neq; omnino quicquam concluditur, cum vel falsa sint, vel inopinabilia, aut õma, aut plurima, in quibus consistere debet cõclusio, & neq; ablatis quibusdam, neq; additis, neq; his quidẽ ablatis, illis vero additis, fit cõclusio. Secunda aũt, si ad positionem non fiat syllogismus & ex talibus, eo modo, quo dictum est. Tertia vero, si additis quibusdam,

buſdam, fiat ſyllogiſmus. Hæc autẽ ſint deteriora iis, quæ interrogantur, & minus probabilia concluſione. Rurſum ſi ablatis quibuſdam, nam quandoq; ſumunt plura, quàm ſint neceſſaria. Quare non eo quòd hæc ſint, fit ſyllogiſmus. Inſuper ſi ex inopinabilioribus, & minus credibilibus cõcluſiõe, aut ſi ex veris, ſed matore opera indigentibus demonſtrari quã problema. Nõ oportet aũt omniũ problematũ ſyllogiſmos exiſtimare ſimiliter probabiles eſſe, & ſuaſibiles. Nam natura ſtatim ſunt alia quidem faciliora, alia vero difficiliora eorũ, quæ quærumtur. Quare ſi ex aliquibus, vt fieri poteſt, maximè probabilibus coniecturam fecerit, diſputatum bene eſt. Manifeſtum igitur, quoniam orationis nõ eadem inculpatio & ad problema, & ad ſe. Nã nihil ſecundum ſe quidẽ orationẽ prohibet eſſe vituperabilem, ad problema autem laudabilem. Et rurſum ediuerſo ſecundùm ſe quidẽ laudabilẽ, ad problema autem vituperabilẽ: quando ex pluribus probabilibus & veris facile eſt concludere. Erit quandoq; etiã oratio concludens, quàm non concludẽs deterior, quando illa quidem ex abſurdis concludit, cum non ſit tale problema. Hæc aũt indiget talibus, quæ ſunt probabilia & vera. Cũ nondum in aſſumptis ſit oratio. Eos autem, qui per falſa verum concludunt, non iuſtũ eſt inculpare, nam falſum quidẽ ſemper neceſſe eſt per falſa ſyllogizare, uerum autẽ quandoq; per falſa eſt ſyllogizare. Manifeſtũ autẽ id ex analyticis. Cũ autẽ demonſtratio ſit alicuius dicta oratio, ſi aliquid aliud eſt, quod ad concluſionem nullo modo ſe habet, nõ erit ex illo ſyllogiſmus. Sed ſi appareat, ſophiſma erit, non demonſtratio: & eſt philoſophema quidem ſyllogiſmus demonſtratiuus: & Epichirema

syllogismus dialecticus & sophisma syllogismus cõtẽtiosus, & aporema syllogismus dialecticus contradictionis. Si vero ex vtrisque, quæ videantur aliquid ostendatur nõ aũt similiter videantur, nihil ꝓhibet, quod ostenditur, magis altero videri. Sed si hoc quidẽ videatur, illud autẽ neutro mõ sit, aut si hoc quidem videatur, illud aũt similiter non videatur similiter vtique erit, & nõ itaq;. Si magis alterũ sequitur quod est magis. Est aũt quoddã & idẽ ad syllogismos peccatũ, quãdo ostẽditur per lõgiora qđ cõtingit per breuiora, & quę orationi insunt. Vtquoniã est opinio magis altera quã altera, si quis petat ipsum vnũquodq; maxime esse, & opinabile esse ipsum quod vere est. Quare quibusdã magis ipsum. Ad quod autẽ magis, magis dicitur esse, esse autẽ & ipsum opinari verum. An erit certior quibusdam. Petitum enim est & ipsam opinionẽ verã esse, & ipsum vnũquodque maximè esse. Quare eadem opinio, quæ maximè vera est, certior est. Sed quæ nequitia maior, quàm quæ facit, circa id, cuius est oratio, latere causam. Oratio autem est manifesta, vno quidẽ modo, & publicissimo, si sit cõcludẽs sic, vt nihil oporteat interrogare. Vno autem & qui maxime dicitur, cum sumpta quidem, sumpta ea, ex quibus necessarium est esse, sint tamen per conclusionem terminata. Insuper si defuerit aliquid, quod est valde probabile.

## Pro opponente & respondente loci communes.

### Caput. V.

FAlsa autem oratio vocatur quadrupliciter, vno quidem modo, quando apparet concludere, non concludens, quæ vocatur syllogismus litigiosus. Alio aũt modo, quando cõcludit

quidem

quidem, non tamen ad propositum, quod accidit maxime in ijs, quæ ad impossibile ducunt. Aut ad propositum quidem concludit, non tamen secundùm propriam disciplinam. Hoc autem est, si ea, quæ nõ est medicinalis, videatur esse medicinalis, aut Geometrica, quæ non est Geometrica, aut dialectica, quæ nõ est dialectica, siue verum, siue falsum sit, quod accidit. Alio aũt modo, si per falsa concludit. Huius autem erit quandoque quidem cõclusio falsa, quandoque autem vera. Nam falsum quidem semp per falsa concluditur. Verum autem possibile est, & non per uera, ut dictũ est prius. Esse vero falsam orationẽ, dicẽtis peccatũ potius quàm orationis est, & neq; dicẽtis semper, sed cũ latuerit ipsum, quod falsam orationẽ dixit aliquam. Nã secundũ se falsum pluribus veris suscipimus magis, si ex ijs, quæ maximè videntur, interimit aliquid verorum. Talis enim existẽs verorum, demonstratio est. Oportet enim positorum aliquid non esse omnino. Quare erit huius demonstratio. Si autem verum concludat per falsa, & ualde absurda, earum, que per falsum syllogizant, cõpluribus deterior erit: erit aũt talis, & quæ per falsum cõcludit. Quare manifestũ, qđ prima quidẽ cõsideratio orationis secundũ seipsã est, si cõcludit: secũda, utrũ verũ vel falsum, tertia vero ex qualibus quibusdã. Nã si ex falsis quidẽ, opinabilibus tamen, rationabilis. Si aũt ex existentibus quidẽ, sed in opinabilibus, praua. Si autẽ & falsa, & valde inopinabilia sint, dilucidum, quoniam praua & simpliciter & ad rem. Id autem quod in principio, & contraria quonam pacto peteret interrogans, secundùm veritatem quidem in analyticis dictum est, secundùm opinionem verò nunc dicendum. Petere itaq; videtur

d,quod est in principio,quinque modis. Manifestissimo quidē,et primo,siquis ipsum,quod monstrari oporteat,petat. Hoc autem in eo ipso quidem non facile latere potest. In multiuocis autem,& in quibuscūque nomen,& oratio idem significat,magis. Secundo autem,quando quod particulariter oportet demonstrare,vniuersaliter quis petierit,vt qui argumentatur,quoniam contrariorum una disciplina, omnium oppositorum postulauerit unam esse. Nam uidetur id,quod oportebat secundùm se ostendere,cum alijs petere pluribus. Tertio,siquis quod uniuersaliter est ostendere propositum,particulariter petat,vt si de omnibus contrarijs propositum est, de aliquibus postulet. Videtur enim hic,quod cum pluribus oportebat ostendere,secundū se extra petere. Rursus,siquis diuidens petat problema,ut si oportet ostendere Medicinam sani & ægri,utrūq; extra postulet. Aut si quis eorum,quæ sequuntur seinuicem ex necessitate, alterum petat,ut latus incommensurabile esse diametro, si oporteat ostendere,quoniam diameter lateri. Aequaliter autem & contraria petunt ei,quod ex principio est. Nam primo quidem,si quis opposita petat secundùm affirmationem,& negationem. Secundo autem contraria secundùm oppositionem,ut bonum & malū idē. Tertio uero siquis uniuersaliter postulans,particulariter petierit contradictionem,ut siquis sumens contrariorum unam disciplinā sani & ægri alteram esse petat. Aut si hoc petens,in uniuersali oppositionem tentet sumere. Rursus siquis petat contrarium ei,quod ex necessitate accidit per ea,quæ posita sunt. Etsi quis ea quidem non sumat,quæ opposita,sed alia petat duo, ex quibus erit opposita contradictio. Differt autem contraria sume

re

re ab eo,quod est in principio. Quoniam huius quidem est peccatum ad conclusionem( nam ad illam aspicientes,quod in principio,est dicimus petere )cõtraria autem sunt in propositionibus quo ipse aliquo modo se habeant admucem. Ad exercitium aũt, & exercitationem taliũ orationum:primum quidem conuertere assuescere oportet orationes. Sic enĩ & ad id,quod dicitur,facilius nos habebimus,& in paucis plures sciemus orationes. Nã conuertere est transumentem conclusionem cum reliquis interrogationibus interimere unum quippiam eorum,quæ dicta sunt. Necesse enim si conclusio non est,unam aliquam interimere propositionum,siquidem omnibus positis,necesse erat conclusionem esse. Et ad omnem positionem,& quoniã sic,& quoniam nõ sic, argumentum considerandum:& cum inueneris,solutionem statĩ & quçrendum. Si cenim simul accidet & ad interrogandum:& ad respondendum exerceri. Et si ad nullum alium habemus,ad nos ipsos mutuo comparare, eligentes quç ad positionem eandẽ argumenta sunt. Hoc enim & ad cognoscendum multam facilitatẽ præbet,& ad redarguendum magnũ habet adumentũ,quãdo quispiam promptus est argumentari,& quoniam sic,et quoniam non sic. Nam ad contraria accidit facere obseruationem, & ad cognitionem,& ad eam( quæ secundùm philosophiã est) peritiam posse conspicere,& conspexisse,quæ ab utraqs suppositione,non paruum instrumentum. Nam reliquum horum recte eligere alterum. Oportet autem ad id,quod tale est,esse ingeniosũ & hoc est secundũ ueritatem esse ingeniosũ, posse bene eligere uerum,& diffugere falsum. Quoniam qui bene nati sunt probe facere possunt. Quippe cum qui amant,& qui oderunt,

quod

quod profertur, facile discernunt, optimum. Et ad ea, quæ sæpissime incidunt problemata scire oportet orationes, & maxime quæ pro primis positionibus sunt. Nam in his sæpe contendũt, qui respondent. Insuper etiam terminorum copiosos esse oportet tum probabilium, tum etiam primorum atque se habere prõptos. Nam per hæc fiunt syllogismi. Tentandum autẽ & ea (in quæ sæpissime incidunt orationes aliæ) tenere. Nam quemadmodũ in Geometria ante opus est circa elementa exercitatum esse, & in numeris circa capitales prompte se habere: & multum refert ad hoc quod est & alium numerum cognoscere multiplicatũ, similiter & in orationibus promptum esse ad principia, & propositiones in ore scire. Nam quemadmodum in memoriæ sensorio solum loci positi, statim faciunt ipsas res memorare, ita hæ ad ratiocinandum promptiorem efficiunt, quippe cum ad determinatas illas secundùm numerum inspiciant. Et propositionem communem magis quàm orationem in memoria ponendum, nam principio, & suppositione mediocriter copiosum esse difficile est. Insuper orationem vnam plures facere assuescendũ, veluti ij, qui occultissime abscondunt. Tale autem erit, si quis quam plurimũ recesserit â cognitione eorum de quibus est oratio. Erunt autem potiores orationum vniuersales maxime, quæ id pati possunt. Vt quoniam non est vna plurium disciplina. Sic enim & in ijs, quæ sunt ad aliquid, & in contrarijs, & in coniugatis est. Oportet autem reminisci vniuersales facere orationes, tametsi fuerit disputans particulariter, sic enim & plures licebit vnam facere. Similiter autem & apud rhetores in enthymematibus. Eundem autẽ quam maxime fugere in vniuersale ferre syllogismos. Et semper opor-

oportet considerare orationes, si in plurimis communibus disputantur: nam omnes particulares in vniuersali disputatæ sunt. Et ineſt in particularibus eius, quod eſt vniuersale, demonſtratio. Cum non ſit ſyllogizare quicquam ſine vniuersali. Exercitatio autem facienda, inductiuarum quidem ad rudem. Syllogiſticarũ vero ad expertum. Omnino autem exercitationis gratia diſceptãtibus tentandum afferre aut ſyllogiſmum de aliquo, aut propoſitionem, aut ſolutionem, aut inſtantiã: ſiue recte quis dicat, ſiue per peram: vel ipſe vel alter, & ad quippiam vterque. Ex his enim facultas. Exercitatio autem facultatis gratia: & maxime circa propoſitiones & inſtantias. Eſt enim (vt ſimpliciter dicamus) Dialecticus propoſitiuus & inſtantiuus. Eſt autem proponere quidem vnum facere, quę ſunt plura. Inſtare autem, quod vnum eſt, facere plura. Nam aut diuidit, aut interimit, hoc quidem dãs, illud autem non dans eorum, quę propoſita ſunt. Non eſt autẽ cum omni diſputandum, neque contra quemlibet exercitandum. Eſſet enim neceſſe ad aliquos prauas fieri orationes. Sed ab eo, qui tentat apparere, omnino diffugiendum: & ſi iuſtum quidem ſit omnino tentare ratiocinari, non tamen pulchrum: cum nõ oporteat aduerſus quoſliobet facile conſiſtere. Eſſet enim neceſſe ĩde paruloquiũ emergere. Nam & qui excitati ſunt, non poſſunt abſtinere à diſputatiõe ſine altercatione. Oportet autem factas habere orationes ad huiuſmodi problemata, in quibus cum poncif ſimorum copia eas ad quam plurima vtiles habeamus. Illę vero ſunt vniuerſales, & ad quas in promptu quippiam ad inuenire difficile eſt.

LIBER

## Quid intendit, & aliquem syllogismum, sophisticum esse. Cap. I.



E sophisticis autẽ elenchis, de quibus qui elenchi quidem videntur, non autem sunt elenchi, sed paralogismi, dicamus incipientes secundũ naturam à primis. Quod igitur alij quidem sint syllogismi, alij autem (cum non sint,) videantur, manifestum est. Nam quemadmodum & in alijs id fit per quandam similitudinem, sic & in orationibus se habet. Et enim hi quidem habitum probe habent, illi uero uidentur ex tribu tumentes, & parentes seipsos. Et pulchri, hi quidem ob pulchritudinem, illi autem videntur, seipsos fucantes. Et in ipsis inanimatis quoque similiter. Nam & illorum hæc quidem argentum, ista vero aurum reuera sunt. Illa vero non sunt quidem, apparent autem secundùm sensum, ut lithargyrina, & stannea, argentea: & felle tincta, aurea. Eodem autem modo & syllogismus & elenchus, hic quidem est, ille uero non est: apparet autẽ propter imperitiam. Imperiti enim velut distantes á longe, speculãtur. Nã syllogismus quidẽ ex quibusdã est positis, vt ducamus aliquid aliud ex necessitate ab ijs, quę posita sunt, per ea quę posita sunt. Elenchus autem syllogismus, cum cõtradictione cõclusionis. Hi autem hoc non faciunt. Videntur autẽ ob multas causas, quarũ vnus locus aptissimus & publicissimus per nomina est. Nam cum non sit res ipsas secundùm seipsas ferentes disputare,

disputare. Sed nominibus pro rebus vtimur notis, quod accidit in nominibus, in rebus quoque arbitramur accidere, quẽadmodũ in ijs qui calculis supputant. Sed hoc non est simile. Nã nomina quidem finita sunt, & orationum multitudo: res vero numero sũt infinitæ. Necesse itaq; est plura eandem orationem & nomen vnum significare. Quemadmodum igitur & illi, qui non sunt idonei calculos sustinere, à scientibus decipiuntur, eodem quoque modo, & in orationibus, qui nominum virtutis sunt ignari per facile captionibus capiuntur, & ipsi disputantes, & alios audientes. Ob hanc igitur causam, & eas, quæ dicendæ sunt, est syllogismus, & elenchus, apparent non existens autem.

## De generibus disputationum.

### Caput. II.

QVoniam autem quibusdam magis operæprecium est videre esse sapientes, quàm esse, & non videri. (Est enim sophistica apparens sapientia, non existens autem: & sophista pecuniosus ab apparente sapientia, & non ab existente) manifestum, quoniam necessarium illis etiam est magis videri facere sapientis opus, quàm facere, & non videri. Est autem (vt vnum ad vnum sit dicere) sapientis opus in vnoquoque non mentiri quidem ipsum, de quibus nouit, mentientem autem manifestare posse. Hæc autem sunt, alterum quidem quatenus potest dare orationem, alterum vero quatenus potest sumere. Necesse est igitur illos, qui volunt sophistice agere, dictarum orationum genus quærere, operæprecium enim est. Nam huiusmodi potestas faciet videri sapientes, cuius sunt desiderium habentes.

Quod

Quod igitur tale orationum genus sit, & quod talem appetant potestatem illi, quos vocamus sophistas, manifestum est. Quot autem sunt species sophisticarum orationum, & ex quot numero potestas ea constat, & quot partes cõtingit esse negocij, & de alijs quæ suffragantur ad hanc artem, nunc dicamus. Sunt igitur ad disputandum orationum genera quatuor: doctrinales, dialecticæ, tentatiuæ, contentiosæ. Et doctrinales quidem sunt, quæ ex proprijs principijs cuiusque disciplinæ, & non ex his, quæ videntur respondenti, syllogizant. Nam oportet credere cum, qui discit. Dialecticæ autem, quæ ex probabilibus contradictionis sunt syllogisticæ. Tentatiuæ vero ex ijs, quæ videntur respondenti, & quæ necessarium est eum scire, qui simulat se habere scientiam, quomodo determinatum est in alijs. At contentiosæ, apparenter syllogistic̃ę sunt, ex ijs, quæ apparent probabilia. De demonstratiuis quidem in Analyticis dictum est, de Dialecticis vero & tentatiuis, in ijs, quæ prius: de altercatorijs autem, & contentiosis nunc dicendum.

*Finis sophisticæ, & loci sophistici in dictione.*

## Cap. III.

PRimum igitur sumendum est, quot coniectant qui in orationibus decertant, atque coaltercantur. Sunt autem hęc quinq; numero, redargutio, & falsum, & inopinabile, & solæcismus, & quintum quod est facere nugari eum, qui condisputat: hoc autem est frequenter cogere idem dicere. Aut non est vnũquodque horum, sed apparet esse. Maxime enim volunt videri redarguere. Secundo falsum aliquid monstrare. Tertio ad hoc quod est inopinabile ducere. Quarto solęcismo vti facere. Hoc autem

autem est facere secundùm locutionem barbarizare ex oratione respondentẽ. Vltimo frequenter idem dicere. Modi autem redarguendi sunt duo, nam alij quidem sunt in dictione, alij vero extra dictionem. Sunt autem ea quidem quę in dictione faciunt phantasiam, sex numero. Videlicet æquiuocatio, amphibolia, cõpositio, diuisio, accentus, et figura dictionis. Huius autem fides & per inductionem, & syllogismus, & si quis sumatur alius, & quoniam totidem modis, si eisdem nominibus, & eisdem orationibus non idem significamus. Sunt autem propter æquiuocationem huiusmodi orationes, vt quoniam discunt scientes. Nã ea, quę memoriter dicuntur, discunt grãmatici. Discere enim æquiuocũ est: & hoc est intelligere eum, qui vtitur scientia, & hoc est accipere scientiam. Et rursum, quoniam mala bona sunt, nam quæ expediunt bona sunt. Mala autem expediunt. Duplex enim expediens est & necessariũ, quod accidit plerunq; in malis. (Est enim quoddam malum necessarium,) & bona quoq; expedientia dicimus esse. Insuper autem eundem sedere & stare, & ægrotare, & sanum esse. Nam qui surgebat, stat, & qui sanabatur, sanus est. Surgebat autem sedens, & sanabatur ęgrotans. Aegrotantẽ enĩ quodlibet facere aut pati, non vnum significat. Sed quãdoque quidem, qui nunc ęgrotat, aut sedet, quãdoq; aũt, qui ægrotabat prius. Verũtamẽ sanabatur quidẽ ægrotans, & non ęgrotans: sanus est aũt non cũ ægrotans, sed ęgrotans non nunc, sed prius. Per amphiboliam aũt, sunt tales, velle capere me hostes. Et putas ne quod quis cognoscit, hoc cagnoscit. Etenim & cognoscentem & cognitum cõtingit quasi significare hac oratione. Et putas quod quis videt, id videt: videt aũt colũnam, quare columna

videt

videt. Et putas, quod tu dicis esse, hoc tu dicis esse? Saxum autẽ dicis esse: tu ergo dicis saxum esse. Et putas ne est silentem dicere? Duplex enim est & silentem dicere, & hunc dicere silentem, & quę dicuntur. Sunt autem tres modi secundũ æquiuocationem & amphiboliam. Vnus quidem, quando oratio vel nomen plura significat principaliter, vt aquila vel canis. Alius autem, quãdo soliti sumus, sic dicere. Tertius vero modus, quando compositũ plura significat, separatũ vero simpliciter, vt scire literas. Nam vtrumque fortasse vnum quidem significat, & scire, & literæ: ambo autem plura. Aut literas ipsas scientiam habere, aut literarum, alium. Amphibolia igitur & æquiuocatio propter hos modos sunt. Propter compositionem vero huiusmodi sunt, vt possibile est sedentem ambulare, & non scribentem scribere. Non enim idem significat, si diuidens quis dicat, & componens: quoniam possibile est sedentem ambulare, & non scribentẽ scribere. Et hoc idem (si quis componat) non scribentem scribere, significabit profecto, quoniam habet potestatem vt non scribens scribat. Siquis autem non componat, quoniam habet potestatem, quando non scribit, vt scribat. Et discit nunc literas, siquis didicit quas scit: Insuper quod vnum solum potest ferre, plura potest ferre. Propter uero diuisionẽ, quoniam quique sunt duo & tria, paria, & imparia. Et quod maius æquale: tãdem enim & adhuc amplius. Nam eadem oratio diuisa & composita non idem semper uidebitur significare. Vt ego te posui seruũ, existentem liberum, & hoc, quinquaginta uirorũ cẽtum dereliquit Achilles. Propter accentum aũt in ijs, quæ sunt sine scriptura, non facile est dialecticis facere orationẽ. In scripturis autem

autẽ,& poematibus magis,vt metuo longas pereunte noctes, lydia dormis:& heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi. Quæ igitur per accentũ fiunt: hæc sunt. Quæ aũt propter figurã dictionis sũt accidũt,quãdo nõ idẽ similiter interpretatur. Vt masculinũ,fœmininũ,vel fœmininũ masculinũ,vel quod inter hęc est, alterum horũ. Vel rursus quantum quale,vel quale quantum,vel faciens patiens, vel dispositum facere,& alia,vt diviſũ est prius. Nam est aliquid,quod non est eorum,quæ sunt facere,vt aliquid eorum,quæ sunt facere dictione significare,vt valere similiter figura dictionis dicitur ei,quod est secare vel ædificare. Et tamen illud quidem quale quid & affectum quodammodo significat:hoc verò facere aliquid. Eodem autem modo & in cæteris. Propter igitur dictionẽ redargutiões ex his existũt.

## De locis redargutionũ sophisticarũ extra dictionẽ. Cap. IIII.

EOrum verò, qui extra dictionem sunt, paralogismorum, Species sunt septem. Vna quidem propter accidẽs. Secunda autem propter id,quod simpliciter,vel non simpliciter, sed aliquo modo,aut vbi,aut quando,aut ad aliquid dicitur. Tertia propter Elenchi ignorantiam. Quarta propter consequẽs. Quinta propter id,quod est in principio sumere. Sexta propter id, quod non est causam ponere. Septima verò propter plureis interrogationes vnam facere. Propter igitur accidens paralogismi sunt, quando similiter quodcunque existimabitur rei,& accidenti inesse. Nam cum multa accidant eidem, non est necesse omnibus prædicatis,& ei de quo prædicantur illa omnia inesse. Sic enim omnia erunt eadem,vt sophistæ dicunt. Vt si coriscus est alter ab homine,ipse est alter à se. Est enim

hõ, aut si à Socrate alter: Socrates autem homo, ab homine alterum dicunt esse confessum. Nam accidit (à quo dixit alterũ esse) hunc esse hominem. Propter id autẽ quod est hoc quidẽ simpliciter: illud autem aliquo modo, atq; non principaliter, quando quidẽ quod in parte dicitur, vt simpliciter dictum sumitur. Vt si quod non est, opinabile est. Quoniã quod nõ est, est. Nõ enim idẽ est & esse quid, & esse simpliciter. Aut rursum, quoniam quod est, nõ est ens, si eorũ, quæ sunt quippiã, nõ est: vt si nõ est hõ. Nam non idẽ est non esse quid, & nõ esse simpliciter. Apparet aũt, quoniã per quã propinquũ est dictiõe, & parũ differt esse quid ab eo, quod est esse, & non esse quid, ab eo, quod est nõ esse. Similiter aũt & propter id, quod est aliquo modo, & simpliciter, vt si Indus (cum sit niger) albus est dẽtes. Albus igitur, & non albus est. Aut si ambo aliquo modo, quoniam simul contraria inerunt. Tale autem in quibusdam quidẽ cuilibet facile est considerare, ut si sumens Æthiopẽ nigrũ esse, dentes dicat quoniam albus. Si ergo ibi albus, quoniam niger, & non niger, putabit disputasse syllogistice, cum perfecerit interrogationẽ. In quibusdam verò latet frequenter, in quibuscunq;, cum aliquo modo dicatur, simpliciter videtur sequi. Et in quibuscunq; non facile est considerare vtrum eorum præcipuè sit assignandum. Fit autem tale in quibuscunq; similiter sunt opposita. Nã videntur aut ambo, aut neutrum dandum esse simpliciter prædicari: vt si dimidium quidem album, dimidium verò nigrum, vtrum album, aut nigrum? Qui autem sunt propterea quia non determinatur quid est syllogismus, vel quid est Elenchus, propter defectum orationis fiunt. Nam Elenchus est contradictio eiusdem, &

vnius

vnius,non nominis,sed rei,& nominis,non synonymi sed eiusdem:ex ijs,quæ data sunt ex necessitate, non connumerato eo, quod erat in principio. Et secundùm idem, & adidem,& similiter,& in eodem tempore. Et eodem autem modo fieri potest, vt quis de aliquo mentiatur. Nam qui omittũt aliquid eorũ,quæ dicta sunt,apparent redarguere. Vt quoniam idem duplum & non duplum. Nam duo vnius quidem duplum sunt: trium autem non duplum. Aut si ad idem duplum & non duplum idẽ est: non tamen secundùm idem est. Nam secundũ longitudinẽ duplum,secundùm latitudinem non duplũ est. Aut si ad ad idem & secundùm idem,& similiter:non tamen simul, quoniam apparet Elenchus. Trahet autem vtique quis hunc ad eos, qui sunt inductione. Qui autem propter id,quod in in principio erat sumũtur,fiunt quidem sic,& tot modis,quot modis cõtingit,quod in principio est,petere. Videtur autẽ redarguere, quoniam non potest quis inspicere idem,& diuersum. Quæ verò propter consequẽs est redargutio,id eo est, quoniã putant cõuerti consequentiã. Nam si cum hoc est ex necessitate,illud sit, & cũ illud est,putant & alterũ esse ex necessitate. Vnde & quæ ob opinionẽ ex sensu sunt,deceptiones fiunt. Nã sæpe esse mel fel suspicati sunt,quoniã flauus color mel sequitur. Et quia accidit terrã pluuia fieri madidã,etiã si madida sit,opinantur pluisse:id autem nõ necessariũ est. In rheroricis,vero quæ secũdùm signũ fiũt demonstrationes, ex consequẽtibus sunt. Nã volentes ostendere, quoniã adulter,quod consequens est,accepũt,vt quoniã comptus, aut quoniam videtur noctu errabundus? Pluribus autem hæc quidẽ insunt,prædicatũ tamen non inest. Similiter aũt & in syl-

logisticis, vt est Melissi oratio, quoniam infinitũ est vniuersum. Sumens quidem vniuersum in gentum, (nam ex nihil fieri,) quod aũt factum est, ex principio fieri: si igitur non factũ est, principiũ non habet vniuersum. Quare infinitũ, non necesse est hoc accidere. Non enim si õne, quod factũ est, principiũ habet, etiã quicquid principiũ habet, factũ est. Quẽadmodũ si febricitans, calidus, etiam calidum necesse est febricitare. Qui vero propter nõ causam, vt causam cum assumitur, quod non causa est, tanquam propter illud fiat redargutio. Accidit autem tale ad impossibile syllogismis. Necessariũ enĩ est in bis aliquid interimere ex ijs, quç posita sunt. Si ergo enumeretur in necessarijs interrogationibus propter quas accidit ĩpossibile, videbitur propter id sæpe fieri redargutio. Vt quoniã est anima, & vita idẽ. Nã si generatio corruptioni est contrariũ, & alicui corruptioni erit quædam generatio contrariũ. Mors aũt corruptio quædã, & cõtrarium vitæ: quare vita generatio, & viuere generari. Hoc aũt impossibile, nõ ergo idẽ anima, et vita. Sed nequaquã syllogizatũ est, nã accidit (& si quispiã non idẽ dixerit vitã & animã) impossibile. Sed solũ contrariũ uitã quidẽ morti, cũ sit corruptio. Corruptio uni autẽ generationem: a syllogisticæ igitur simpliciter non sunt huiusmodi orationes, sed ad propositum: a syllogisticç. Et latet pleruũq; non minus ipsos interrogantes, quod tale est. Propter igitur consequens, & propter non causam orationes huiusmodi sunt. Qui autem propter id, quod est duas interrogationes vnã facere, quando latet plures esse, & perinde ac vna sit, assignatur responsio vna. Est autem in aliquibus facile videre, quoniam plures, & quoniam non vna responsio danda est, vt vtrum terra

mare

mare est, an coelum? In aliquibus vero, minus, & quasi vna sit aut confitentur, quoniam non respondent ad interrogatum, aut redargui videntur. Vt putas hic et hic est hō? Quare cū aliquis percusserit hunc, & hunc, percutie hominem, & non homines. Aut rursum, quorum hæc quidem sunt bona, illa autem non bona, omnia hæc bona, aut non bona? Nam vtrumuis dixerit, est quidē ut aut redargutionē, aut apparens falsum uideatur facere. Dicere enim eorum quę nō bona sunt, aliquid esse bonū: aut eorū, quæ bona sunt, non bonū, falsum est. Quandoq; autem assumptis quibusdam, redargutio etiam fiet vera. Vt si quis cōcedat similiter, & vnum, & plura dici alba & nuda, & cæca. Nam si cæcum est, quod non habet visum, natum tamen habere, & cæca erunt, quæ non habent visum, nata autem habere. Quando igitur hoc quidem habet visum, illud autem non habet, ambo erunt vel videntia, vel cæca, quod est impossibile.

## Omnes sophisticas redargutiones in ignorantiam redargutionis reuocatum in. Caput. V.

AVt igitur sic diuidendum apparētes syllogismos, & Elēchos, aut oēs reducendum ad Elenchi ignorantiam ijs, qui hāc principium faciunt. Fieri enim potest, ut omnes dictos modos resoluamus ad Elenchi definitionem. Primum quidem si asyllogistici fuerint. Oportet enim ex ijs, quæ posita sunt accidere cōclusionē, & (ut ita dixerī) ex necessitate, sed nō apparere. Deinde & secundū partes definitionis. Nā eorū qui sunt in dictione, hi quidē sunt propter duplex, ut æquiuocatio, & oratio, & similis figura. Cōsuetū enim hoc ōnia, ut hoc aliquid significare. Cōpositio aūt, & diuisio, & accētus, quomā quod differēs

est,nõ est eadẽ oratio,aut nomen. Oportebat aũt & idem esse, quẽadmodũ & rẽ eandẽ,si debebat Elenchus & syllogismus esse: Vt si tunica,nõ uestis syllogizetur,sed tunica. Nã uerum est,& illud,sed nõ syllogizatum est: sed adhuc ei qui quærit propter quid,interrogatione opus est, quoniam idem significat. Qui uero secundũ accidens,definito syllogismo,manifesti fiunt. Nam eandem definitionem oportet syllogismi,& elenchi fieri, attamen & adiungere contradictionem. Siquidem elenchus syllogismus contradictionis est. Si igitur non est syllogismus accidentis,non fit elenchus. Non enim si cum hæc sint,necesse est illud esse,id autẽ est album,necesse est albũ esse ꝓpter syllogismũ. Neq; si triangulus duobus rectis tres angulos habet ęquales,& accidit ei figurã esse,uel primũ,uel principiũ,quonia figurã,uel primum uel principiũ tale est. Nam non quatenus figura,uel primũ,uel principiũ,sed quatenus triangulus demonstratio est. Similiter aũt & in alijs. Quare si elenchus est syllogismus qui dam,non utique erit elenchus,qui secundùm accidens. Verũ propter hoc & artifices,& omnino scientes ab inscijs redarguunt. Nã secundũ accidens syllogismos faciunt contra sapientes, qui si non possunt duidere,aut interrogati concedunt: aut non concedentes,putantur concessisse. Qui uero propter ipsum aliquo modo,& simpliciter,quoniam non de eodem negatio & affirmatio est. Nã aliquo modo albi,aliquo modo non albũ,& simpliciter albi,simpliciter non album negatio est. Si igitur cũ datur aliquo modo esse albũ,quis ut simpliciter dictum accipit,non facit elenchum. Apparet autẽ propter ignorantiã ipsius quid est elenchus. Manifestissimi aũt omniũ,qui prius dicti sũt,propter elẽchi

chi definitionẽ sũt. Et propterea sic nũcupati sunt. Nã propter orationis omissionem phantasia fit. Et diuisis hoc pacto cõmune in omnibus his ponendũ est orationis omissio. Qui vero propter id quod sumitur quod erat in principio, et non causa, vt causa ponitur, manifesti sunt propter definitionem. Nam oportet conclusionem accidere eo quod hæc sunt. Et rursum non cõnumerato eo, quod erat in principio, quod non habent ij, qui sunt propter petitionem eius, quod est in principio. Qui vero propter cõsequens, pars sunt accidentis: nam consequens accidit. Differt autẽ ab accidente, quoniam accidens quidem est in vno solo sumere: vt idem esse flauum & mel, & album & cygnum. Quod autẽ propter consequens, semper in pluribus. Nam quę vni, & eidẽ sunt eadem, & sibi inuicem postulamus esse eadẽ. Propter quod fit qui propter consequens elenchus. Est autem non omnino verũ vt si sit album secundũ accidens. Nam & nix, & cygnus albo idem. Aut rursum in Melissi oratione idẽ accipit factum esse, & principiũ habere. Aut ęqualia fieri, & eandem magnitudinẽ accipere. Quoniam enim principiũ habet quod factum est, et quod habet principium factum esse postulat, tanquam ambo ei, quod est principium habere, eadem sint videlicet, factum esse, & finitum. Similiter autem, & in ijs, quæ æqualia facta sunt. Si eandem magnitudinem & vnam sumentia, æqualia fiunt. Et quæ æqualia facta sunt, eandem & vnam magnitudinẽ sumũt. Quare consequens sumit. Quoniam igitur propter accidens elenchus in ignorantia elenchi est, manifestum, quoniã & qui propter cõsequens. Inspiciendum autem est id & aliter. Qui vero propter id, quod est plures interrogationes vnam facere, in eo sunt, quo-

niam nos nõ enucleamus, siue non diuidimus propositionis orationem. Nam propositio vnum de vno. Idẽ enim terminus vnius solius, & simpliciter rei est, vt hominis, et unius solius hominis, similiter autem & in alijs. Si igitur vna propositio est, quæ vnum de vno postulat, & simpliciter erit propositio talis interrogatio. Quoniam verò syllogismus ex propositionibus est, elẽchus autem syllogismus, & elẽchus erit ex propositionibus. Si igitur propositio unum de uno, manifestum: quoniam & hic in Elenchi ignorãtia est. Nam apparet esse propositio, quæ non est propositio. Si itaq; dedit responsionem, ut ad vnam interrogationem, erit Elenchus. Si autem non dederit, sed apparet, apparens Elenchus. Quare omnes modi cadunt in elenchi ignorantiam. Qui quidem propter dictionem dicti sunt, quia est apparens contradictio, quod erat proprium elenchi. Alij autem propter syllogismi terminum.

Causæ deceptionum, captionum sophisticarum.

## Caput. VI.

DEceptio aũt fit in ijs quidẽ, qui sunt propter æquiuocationem, & orationem, quoniã nõ potest quis diuidere id, quod multipliciter dicitur. Nã quædam nõ est promptum diuidere, ut vnũ & ens, & idẽ. In ijs aũt, qui sunt propter compositionẽ, & diuisionem. Quoniam nihil putatur differre composita, & diuisa oratio, ut in plurimis est. Similiter autem & in ijs, qui sunt propter accentum. Non enim aliud videtur significare itensa et remissa oratio in aliquo, aut non in pluribus. In ijs uero, quæ sunt propter figuram, ob similitudinem dictionis. Difficile est enim diuidere, quæ similiter, & quæ vt aliter dicuntur. Nam ferme,

ferme, qui hoc potest facere, in procinctu est, vt uideat uerum. Maxime autem sciet immuere, quoniam omne, quod prædicatur de aliquo, arbitramur hoc aliquid esse, & ut vnum intelligimus. Nam vnum & sustantiam maxime uidetur sequi ipsum hoc aliquid, & ens. Quare & in ijs, qui sunt propter dictionẽ hic modus ponendus. Primum quidem, quoniam magis deceptio fit in ijs, qui cum alijs considerant, quâm qui per seipsos. Ea autem quæ cum alio est consideratio, per orationem est. Quæ enim per seipsos, non minus per ipsam rem. Deinde & per seipsos decipi accidit, quando in oratione faciunt considerationem. Insuper deceptio ex similitudine. Similitudo autem ex dictione est. In ijs autem, qui sunt propter accidens, quoniam non potest dividere idem & diuersum, & vnum, & multa, neque quibus prædicationum omnia hęc & rei accidunt. Similiter & in ijs, qui propter consequens sunt. Pars enim accidentis est consequens. Insuper etiam in multis apparet, & postulatur hoc pacto, si hoc ab illo non separatur, neq; ab altero separatur alterum. In ijs vero, qui sunt propter omissionem orationis, & in ijs qui sunt propter ipsũ aliquo modo, et simpliciter, quoniã ppter parũ deceptio est. Nã quasi nihil consignificet quid, aut aliquo modo, & simpliciter, aut alicubi, & nunc, & vniuersaliter concedimus. Similiter & in ijs qui (quod in principio est) sumunt, & in non causis, & quicũq; plures interrogationes, vt vnam faciunt. In omnibus enim his est deceptio, ob id quod est propter parum. Non enim exacte decernimus, neque propositionis, neque syllogismi terminum propter prædictam causam.

## Ex quibus locis captiones falsi. Cap. VII.

Quoniam

QVoniã aũt habemus propter quãta fiunt apparẽtes ſyllogiſmi. Habemus etiã ꝓpter quanta fiunt ſophiſtici ſyllogiſmi, & elenchi. Dico autem ſophiſticum elẽchum, & ſyllogiſmum non ſolum eum, qui apparet ſyllogiſmus, vel elenchus, non eſt autem: ſed etiam eum, qui eſt quidem, apparet autẽ proprius rei. Sunt autem illi, qui non ſecundùm rem redarguunt, & qui monſtrant ignorantes, quod quidem erat proprium tentatiuæ. Eſt autem tentatiua pars Dialecticæ. Illã autem poteſt ſyllogizare falſum propter ignorantiam eius, qui dat orationem. Sophiſtici vero elenchi tametſi ſyllogizent contradictionem, nõ tamen faciunt manifeſtum, ſi ignorat. Nam & ſcientem impediunt huiuſmodi orationibus. Quod autem illos habeamus, hac via manifeſtũ eſt. Nã ꝓpter quanta apparet audientibus, vt interrogata ſyllogizare, ꝓpter hæc ei reſpondenti videbitur. Quare erũt ſyllogiſmi falſi ꝓpter hęc aut omnia, aut quædã quod enim non interrogatus putatur dediſſe, & interrogatus ponet. Verũ in quibuſdam ſimul accidit interrogare, quod deeſt, & apparere falſum: vt in ijs, qui ſunt ſecundũ dictionem, & ſolæciſmũ. Si ergo paralogiſmi contradictionis propter apparentẽ elenchum ſunt. Manifeſtum eſt, quoniã propter tot erunt & falſorũ ſyllogiſmi, propter quot & apparens elenchus. Apparens aũt propter particulas veri. Nã quodcũq; defuerit apparebit elenchus. Vt qui propter nõ accidens, qui ad impoſſibile eſt, ꝓpter oratiõnẽ. Et qui duas interrogationes, vt vnã facit, propter propoſitionẽ, & propter per ſe, qui ꝓpter accidens. Et propter huius particulã, qui propter cõſequens. Inſuper non ire, ſed in oratione eſt accidere. Deinde propter vniuerſale, cõtradictionẽ. Et ſecundũ

idem

idē & ad idem, & similiter. Et propter ipsum esse in aliquo, vel propter vnumquodq; horum peccat. Prçterea propter id, quod est non cōnumerato eo, quod est in principio, quod est in principio sumere. Quare habemus secundùm quanta fiunt paralogismi. Secundùm enim plura non erunt, secundùm aūt ea, quç dicta sunt, erunt ōnes. Est autem sophisticus elenchus, non simpliciter elenchus, sed ad aliquem, & syllogismus similiter. Nam si non sumat id quidem, quod est propter æquiuocum, vnū significare, & quod propter similitudinis figuram solpm hoc, & in alijs similiter: neq; syllogismi, neq; Elenchi erunt, neq; simpliciter, neq; ad eum, qui interrogatur. Si aūt sumant, ad eum, qui interrogatur, erunt, simpliciter aūt non erunt. Non enim vnū significatum sumpserunt, sed apparens, & apud illum quidem.

## De veris & falsis redargutionibus. Cap. IX.

PRopter quanta uero redarguunt, qui redargutionibus vtuntur, non oportet tentare sumere sine omnium entium scientia, id autem non est unius artis. Infinitæ enim sunt scientiæ, quoniam & demonstrationes. Elenchi autem sunt & veri. Nō quanta est demonstrare, est & redarguere eum, qui ponet contradictionem ueri. Vt si commensurabilem posuerit diametrū, redarguet utiq; quis, quoniam incommensurabilis. Quare omnium oportet esse scium, quippe cum alij quidem sequantur propter ea quç in Geometria sunt principia, & eorum cōclusiones: alij autem propter ea, quæ sunt in medicinali facultate: alij deniq; propter illa, quæ sunt aliarum scientiarum. Insuper & falsi Elenchi similiter infiniti erunt. Nam secundùm vnamquanq; artem est falsus syllogismus: vt secundum Geometricam Geome-

tricus,

tricus,& ſecundũ Medicinalẽ facultatem, medicinalis. Dico autẽ ſecũdùm artem, ſecundùm illius principia. Manifeſtum eſt igitur, quoniam non omnium Elenchorum, ſed eorum, qui ſunt ſecundùm dialecticam ſumendi ſunt loci. Nam ij cõmunes ſunt ad omnẽ artem & potentiam. Et eũ quidẽ qui eſt ſecundũ vnam quanq; ſcientiã elenchũ, ſciẽtis eſt conſiderare, ſiue cũ non eſt, apparet, ſiue cũ eſt, & quare eſt. Eũ aũt qui ex cõmunibus eſt, & ſub nulla arte cadens, dialectici. Nam ſi habemus ex quibus probabiles ſyllogiſmi in quolibet, habebimus ex quibus Elẽchi. Elenchus enim eſt ſyllogiſmus cõtradictionis. Quare aut unus aut duo ſyllogiſmi cõtradictionis Elenchus eſt. Habemus igitur propter quanta omnes huiuſmodi ſunt. Si autem hæc habemus, & ſolutiones habemus. Nam illorum inſtantiæ ſolutiones ſunt. Habemus etiam propter quot & apparentes fiunt: apparentes autẽ non cuilibet, ſed talibus. Infinita enim ſunt, ſiquis conſideraueritilla, ſecundùm quot apparent quibuſlibet. Quare manifeſtum eſt, quoniam Dialectici eſt poſſe ſumere per cõmunia quædam, propter quot fit, aut qui eſt Elenchus, aut apparens Elenchus, aut Dialecticus, aut apparens Dialecticus, aut tentatiuus.

Orationes ad nomẽ & ad intellectũ nõ bene deduci. Cap. IX.

NOn eſt autem differentia orationum, quam quidam dicũt eſſe, has quidem ad nomen, illas vero ad intellectũ. Abſurdum enim eſt opinari alias quidem eſſe ad nomen orationes, alias autem, & non eaſdem ad intellectum: Quid enim eſt non ad intellectum, niſi quando non utitur nomine (qui putat interrogare) eo, ad quod is, qui ĩterrogatus eſt, dedit?

Idem

Idem autem id est & ad nomen, & ad intellectum, quando ad quod dedit intelligens. Si autem aliquis (nomine ipso plura significante) vnum putet significare & interrogans, & interrogatus ut: forte ens, & unũ plura significant. Sed & respondens Zeno & interrogans unum putans esse, interrogauit, & est oratio quoniam vnum omnia, hæc ad nomen est, & ad intellectum interrogantis disputata. Si autem aliquis plura putauerit significare, manifestum, quoniam non ad intellectum. Primum itaq; circa huiusmodi orationes, quæ plura significant, est ad nomen & ad intellectum. Deinde circa quemlibet est. Non enim in oratiõe est ad intellectum esse, sed in eo quod respondens se habet aliquo modo ad ea, quę dantur. Deinde ad nomen cõtingit omnes eas esse. Nam esse ad nomen, hoc in loco est esse non ad intellectum. Si enim non omnes, erunt quædam aliç, quæ neque ad nomẽ, neq; ad intellectum. Illi uero dicunt omnes, & diuidunt, uel ad nomẽ, uel ad intellectum esse omnes, alias autem non. Attamen quicũq; syllogismi sunt propter id, quod est multipliciter, horum aliqui secundum nomen sunt. Nam absurde asseritur secundum nomen dici omnes, qui sunt propter dictionem. Sed sunt quidam paralogismi non in eo, quod respondens ad eos se habet aliquo modo, sed quia talem interrogationem oratio ipsa habeat, quæ plura sigmficet. Et omnino absurdum est de Elencho disserere, sed non prius de syllogismo. Nam Elenchus est. Quare oportet & de syllogismo prius, quàm de falso Elencho, quoniam hmõi Elenchus apparens syllogismus contradictionis est. Quare aut in syllogismo erit causa, aut in contradictione (præcedere enim oportet contradictionem) quandoq; autem in utroq; erit apparẽs

Elen-

Elenchus. Est autem de eo quod est silentia dicere, in contradictione, nõ in syllogismo. De eo aũt quod est (quod non habet aliquis dare) in vtrisq;. De eo vero, quod est, quoniam: Homeri poema est figura per circulum, in syllogismo. Quæ autem in neutro est, verus est syllogismus. Sed reuertamur iam, vnde venit sermo. Vtrum quę in disciplinis sunt orationes, ad intellectum sint, an non? Et si is, cui videtur plura significare triangulus, dederit etiam non quasi eam figuram, de qua concludebat, quoniã duorecti, vtrũ ad intellectũ illius disputauit hic, an nõ? Insuper si plura quidẽ significat nomen: ille autẽ nõ intelligit, neq; putat quõ is non ad intellectũ disputat. Aut quõ oportet interrogare præter assignationem diuisionis. Si & interrogauerit aliquis: si est assignata dicere, an nõ. Est autem vt sic. Si aũt aliquis dederit nullo modo, ille autẽ disputauerit. Non igitur ad intellectum disputat, neq; ad nomen, quamuis illa oratio videatur earum esse, quæ ad nomen sunt. Non ergo est genus aliquod orationum ad intellectum, sed illę quidem ad nomen sunt. Et huiusmodi non omnes, quoniam neque Elenchi, sed neque apparentes elenchi. Sunt enĩ & nõ ppter dictionẽ apparẽtes elenchi, vt qui ppter accidẽs & reliqui. Si autem aliquis postulat diuidere, quoniam dico quidẽ silentia dicere, hæc quidem sic, illa autem sic, postulatum hoc erit primum absurdum. Nam quandoq; non videtur interrogatiũ multipliciter se habere. Sed impossibile est diuidere, qui non putat, deinde docere quid aliud erit. Manifestum enim faciet quonam pacto se habet ei, qui neque considerat, neque scit neq; opinatur, quoniam aliud aliter dicitur. Et quoniam in non duplicibus quid prohibet & hoc facere: vt putas æquales sũt vnitates binarijs in quater-

quaternarijs? Sunt autem binarij hi quidem sic inexistentes, illi vero sic. Et putas contrariorum vna est disciplina, aut non? Sunt autem contraria, hæc quidem nota, illa vero ignota. Quare videtur ignorare, qui hoc postulat, quoniam aliud est docere, quam disputare. Et quoniam oportet quidem docentem non interrogare, sed eum manifesta facere, illum autem interrogare.

## De interrogatione tentatiua, & quid inter contentiosum, sophisticumq; intersit. Cap. X.

INsuper vt affirmet, vel neget, postulare, non monstrantis est sed experimentum sumentis. Nam tentatiua Dialectica quædã est, qua propter & de ōnibus inspicit, & speculatur nō scientem, sed ignorantem, atque simulantem. Qui igitur secundũ rem considerat communia, Dialecticus est. Qui vero id apparenter facit, sophisticus. Et syllogismus litigiosus, & sophisticus, vnus quidem est apparens syllogismus circa ea, de quibus dialectica tentatiua est, quamuis vera sit conclusio. Nã eius, quod est propter quid deceptorius est. Et quicunq; (cum non sit secũdũ cuiusq; disciplinam) paralogismi videntur esse secundũ artẽ. Pseudographemata enim non litigiosa sunt quippe cum sint secũdũ ea quę sunt sub arte paralogismi. Neq; si aliquod est pseudographema circa verum, vt Hippocratis quadratura per lunulas. Sed, vt Brisson quadrauit circulum. Nã & si quadretur circulus, qua tamen non secundũ rem, ideo sophisticus. Quare & qui ex his apparens syllogismus est, litigiosa oratio est & qui secũdũ rẽ apparens. Nã qui secũdũ rẽ apparens syllogismus est, quãuis sit syllogismus, litigiosa tamẽ oratio est. Apparẽs enĩ est

ſecundum rẽ, quare fallax, & iniuſtus. Quẽadmodum enim ea (quæ in certamine eſt iniuſtitia, quandã ſpeciem habet, & eſt quædam iniuſta pugna ſic in contradictione) iniuſta pugna cõtentioſa eſt. Nam & illic, qui õnino vincere volũt, omnia tentãt, & hic, qui contentioſi ſunt. Qui igitur victoriæ ipſius gratia tales ſunt, contentioſi homines, litiũq; amatores videntur eſſe. Qui aũt gloriæ gratia, quę in diuitijs eſt, ſophiſtici ſunt. Nã ſophiſtica eſt (vt diximus) pecuniarũ quædam aucupatiua ab apparẽte ſapientia. Quapropter demonſtrationẽ apparentẽ appetũt. Et in eiſdẽ orationibus quidẽ ſunt litiũ amatores, & ſophiſtæ, ſed nõ propter eadẽ. Et eadẽ oratio quidẽ erit ſophiſtica, & cõtentioſa, ſed non propter idem: ſed quatenus quidẽ eſt ob victoriam apparentẽ contentioſa, quatenus verò ob ſapientiã, ſophiſtica. Sophiſtica namq; eſt quędam apparens ſapientia, nõ autem exiſtens. Contentioſus verò eſt quodãmodo ſic ſe habẽs ad Dialecticum, vt pſeudographus ad Geometricum. Nam ex eiſdem dialectice paralogizat, vt Pſeudographus Geometrice. Sed hic quidem nõ eſt cõtentioſus, quia ex principijs & cõclusionibus, quæ ſub arte ſunt, pſeudographiam facit. Qui aũt ex ijs, quæ ſub Dialectica, circa alia, quod ſit cõtẽtioſus, manifeſtũ eſt. Vt quadratura quidem, quæ per lunulas, non contentioſa. Illa vero Bryſſonis, contentioſa. Et illam quidem non eſt trãſferre niſi ad Geometriam ſolum, quoniam ex proprijs eſt principijs. Hanc autem ad plures, quicunq; neſciunt quid eſt poſſibile in vnoquoq;, & quid impoſſibile. Nam accõmodabitur, quã vt Antiphon quadrauit: vel ſiquis nõ dicat melius eſſe poſt cæ-

nam deãbulare, per Zenonis rationẽ, nõ medicinalis Cõmunis

enim

enim est. Si ergo omnino similiter se habebat contentiosa ad Dialecticam, ut pseudographa ad Geometricam, non ex illis vtique erit contentiosa.

## Orationes Dialecticorum, tentatiuorumque nõ esse ad determinatum genus. Cap. XI.

NVnc autem non est Dialecticus circa genus aliquod determinatum, neque demonstratiuus vllius, neq; talis, qualis vniuersalis. Nam neque omnia sunt in vno aliquo genere, neque si sint, possibile est sub eisdem principijs esse ea, quæ sunt. Quare & nulla ars earum, quæ aliquam naturam monstrant, interrogatiua est. Non enim possibile est vtramuis partium dare. Sillygismus enim non fit ex vtrisque. Dialectica autẽ interrogatiua est. Si autem monstraret, quid illud, nisi omnia: veruntamen prima, propriaque principia non interrogat. Nam si non daret, non iam haberet ex quibus amplius disputaret ad instantiam. Est autem & hæc tentatiua. Nam tentatiua non talis est, qualis est Geometria, sed qualem vtiq; haberet & nescijs aliquis. Fieri enim potest, vt periculum sumat & is, qui nescit rem, de eo, qui nescit. Siquidem & dat non ex quibus scit, neq; ex proprijs, sed ex consequentibus, quæcunque talia sunt: quæ scientem quidem, nihil prohibet nescire artem, nescientem autem necesse est ignorare. Quare manifestum, quoniam nullius determinati tentatiua disciplina est. De omnibus enim est: siquidẽ artes omnes & quibusdam communibus vtuntur. Et ideo omnes illiterati quodammodo vtuntur Dialectica & tentatiua. Nam omnes vsque ad aliquid conãtur diiudicare eos, qui pronunciant. Hæc autem sunt communia. Nam illa nihil minus sciunt ipsi,

quamuis uideantur longe extra dicere, Redarguunt igitur omnes, nam sine arte quidem eo partcipant, cuius artificialiter est Dialectica, & arte syllogistica tentatiuus Dialecticus. Quoniam autem sunt multa quidem hæc, & in omnibus, non talia verò, vt natura quædam sint, & genus, alia autem non talia, sed propria sunt: ex illis de omnibus experimentum possibile est sumere, & artem esse quandam, & non talem esse, quales quæ demonstrant. Quandoquidem litigiosus non est omnino sic se habens, ut pseudographus. Paralogismus enim non erit ex determinati cuiusdam generis principijs. Sed erit circa omne genus, vt is qui est litigiosus. Loci igitur sophisticorum elenchorũ hi sunt. Et quòd Dialectici sit considerare de his, & hæc posse facere, non difficile est uidere. Nam quæ circa propositiones est disciplina, omnem habet hanc speculationem, & de elẽchis quidem apparentibus dictum est.

## Loci sophistici interrogantium ad falsum aut inopinabilia. Caput. XII.

DE eo, quod est falsum aliquid ostendere, & de eo, quod est orationem ad inopinabile inducere, hoc nimirum erat secundùm propositum sophisticæ intentionis. Primum quidem ex eo, quia interrogat quodammodo. E per panc interrogationem accidit maximè. Nam id, ad nullum determinatum proponem accidit maximè. Nam id, ad nullum determinatum propositum interrogare, venatiuum est illorum. Temere namque dicentes peccant magis: temere autem dicunt, quando nullum habent propositum: & id, interrogare multa, quamuis determinatum id sit, ad quod disputant. Et id ea quæ videntur dicere se postulare, facit quãdã idoneitatem, ut ad inopinabile ducat, aut falsum

sum. Et si interrogatus affirmet, aut neget illorum aliquid, ducere ad ea, ad quæ promptus est argumentari: potest tamen per hæc nunc minus nocere, quàm prius. Nam repetunt quid ad id, quod in principio. Elementum autẽ contingendi falsum aliquod, aut inopinabile, nullam statim interrogare positionem. Sed affirmare ob id se interrogare quod discere velit. Nam locum argumentationis consideratio hæc facit. Ad falsum aũt ostendẽdũ proprius locus sophisticus est ducere ad talia, ad quæ abundet orationibus. Verum hoc facere, quemadmodum prius dictum est, & bene est & non bene. Rursum ut ad inopinabilia ducat, considerare ex quo genere est, qui disputat. Deinde interrogare, quod pluribus illi dicũt inopinabile. Est enĩ singulis quibusq; aliquid tale. Elementum autem horum, sumere singulorum quocũque positiones in propõnibus. Solutio vero & horum competens fertur, ostenditur, quoniam non propter orationem accidit inopinabile, quod quidem, & semper vult, qui contendit. Insuper autem & ex voluntatibus, & manifestis opinionibus. Nam nõ & adem volunt, & dicunt. Sed dicunt quidem decoratissimas orationes. Volunt autem ea, quæ videntur prodesse: ut bene mori, magis quàm uoluptuose uiuere dicunt oportere, & agere iuste magis, quàm praue diuitijs affluere, volunt autem contraria. Eum igitur, qui dicit secundùm uoluntates, ad has manifestas opiniones ducendum, eum verò, qui dicit secundum has, ad absconsas. Vtrouis enim modo necessarium est inopinabilia dicere. Nam aut manifestas, aut ad immanifestas opiniones dicunt contraria. Plurimus autem est locus faciendi dicere inopinabilia, quemadmodum Callicles

in Gorgia scriptus est, dicẽs & veteres omnes arbitrati sunt accidere, propterea quia id quod est secundùm naturã, et id quod est secundùm legem sunt contraria (contraria enim esse naturam & legem dicunt) & iustitiam secundùm legem quidem esse bonum, secundùm autem naturam non bonum. Oportet igitur ad eum quidem, qui dicit secundùm naturam, secundùm legem obuiare. Ad eum vero, qui secundùm legem, ad naturam ducere. Nã vtroque modo contingit dicere inopinabilia. Erat autem quod secundùm naturam quidem ipsis verum: quod autem secundùm legẽ est, multitudini videtur. Quare manifestum, quoniam & illi, quẽadmodum & qui nunc aut redarguere, aut inopinabilia dicere respondentem, conabantur efficere. Quædam autem interrogationes id habent, quod secundùm responsionem vtrinq; inopinabile est. Vt vtrum sapientibus an patri oporteat obedire, & expedientia facere an iusta? & an iniuriam pati eligibilius quàm nocere? Oportet autem ducere ad ea, quæ multitudini, & sapientibus sunt contraria. Nam si dicat aliquis, vt ij, qui circa orationes, ad ea, quç multitudini. Si autem, vt multi, ad ea, quæ sapientibus. Dicunt enim hi quidem ex necessitate beatum iustũ esse, multitudini autem inopinabile est regẽ infelicem esse. Est autem sic adinopinabilia ducere idem ei, quod est ad eam, quç est secundũ naturam, & secundùm legem contrarietatem ducere. Nam lex opinio multitudinis. Sapientes autem secundũ naturã, & veritatẽ dicunt. Et inopinabilia quidem ex his oportet quærere locis.

De captionibus nugationis & solçcismi. Caput. XIII.

DE eo vero quod est facere nugari, quid quidem dicimus nugari, iam monstrauimus. Oẽs aũt tales orationes id volũt

efficere

volunt efficere, si nihil referat nomen & orationem dicere, duplum autem, & duplum dimidij idem est. Si igitur duplum est dimidij duplum, erit dimidij dimidij duplum. Et rursum, si pro duplo dimidij dimidij duplum ponatur, ter erit dictum dimidij dimidij duplum. Et putas est concupiscentia delectationis: hæc autẽ est appetitus delectationis. Est igitur concupiscentia appetitus delectationis delectationis. Sunt autem omnes huiusmodi orationes in ijs, quæ sunt ad aliquid, quę cumq; non solum genera, sed & ipsa ad aliquid dicuntur, & ad idem & vnum assignatur: vt appetitus alicuius appetitus, & concupiscentia alicuius concupiscẽtia, & duplum alicuius duplum, & duplum dimidij. Et in quibuscũq; quæ (cum substantia non sint) ad aliquid eorum omnino sunt, quorum habitus sunt, aut affectus, aut aliquid huiusmodi, in oratione ipsorum de illis prędicamentorum declaratur, vt impar numerus est medium habens. Est autem numerus impar. Est igitur numerus medium habens. Et si symum est cauitas nari: est autem & naris syma. Est ergo naris naris cauitas. Apparent autem facere non facientes quandoq; eo quod non interrogant, si significet aliquid per se dictum duplum, an non? & si aliquid significat, vtrum idem, an diuersum. Sed cõclusionẽ dicunt statim et apparet ppter nomen idem esse idẽ, & significare. Solæcismus aũt quale quid est dictũ est prius. Est aũt & hoc facere, & nõ facientẽ non videri, & facientẽ non videri. Quẽadmodũ Protagoras dixit, simenis & pellex masculinũ est. Nã qui dicit pniciosã, solęcizat secundũ illũ, nõ apparet aũt alijs. Qui autem pniciosum, videtur quidem, secundũ non solæcizat. Manifestũ igitur quoniã, & ars potest hoc facere. Propterea quia lpures orationes

nes,quæ nõ ſyllogizant,ſoloeciſmũ videntur ſyllogizare ,ut in elenchis.Sunt aũt oẽs pene apparentes ſoloeciſmi propter ipſum hoc,& quando caſus neq; maſculinũ, neq; fœmininũ, ſed neutrum ſignificat. Nã ipſum hoc quidem maſculinũ ſignificat, ipſum uerõ hæc,fœminium,& ipſum hoc medium quidem vult ſignificare,& ſæpe ſignificat illa utraque,ut quid hoc eſt, Calliope,lignum,Coriſcus.Maſculini igitur & fœminini differũt caſus omnes.Neutri uero hi quidẽ:illi autem non.Cũ datur igitur hoc ſæpe ſyllogizant,quaſi dictum ſit hunc. Similiter autẽ & alium caſum pro alio:Paralogiſmus itaque fit,quoniam cõmune eſt ipſum hoc pluribus caſibus. Nam ipſum hoc quandoq; quidem ſignificat ipſum hic,quandoq; autẽ hunc.Oportet autem vicißim ſignificare cum ipſo eſt quidem,hic,cum ipſo uerõ eße,hunc.Vt eſt Hipponicus eße.Hipponicum,& in fœmininis nominibus eodẽ modo,& in ijs,quæ ſuppellectilia nuncupãtur,habentia quidẽ fœminiuæ,aut maris uocationẽ.(Quęcunq; enim in o & in e deſinunt,hæc ſola ſuppellectilis habent uocationẽ,ut ξυλον xilon.i.lignum, σκιωτον ,ſcænion ideſt funis. Alia autem (non ſic maris aut fœminiuæ) quorum aliqua referimus ad ſuppellectilia,ut κλινος aſeos quidem ideſt uter maſculinũ nomen κλινα ,clina.Ideſt lectica autem fœmininũ)Quare & in talibus & ipſum eſt,& ipſum eße ſimiliter faciũt differentiã. Et quodammodo ſimilis eſt ſoloeciſmus ijs elenchis, qui propter non ſimilia,aut ijs,qui propter figuram ſimiliter dicũtur. Nam quẽadmodum illic in rebus,ita hic in nominibus accidit ſoloeciſmũ facere.Homo enim & album & res & nomen ſunt.Manifeſtum igitur,quoniam ſoloeciſmum tentandũ

ex dictis casibus syllogizare. Species igitur sunt hæc cõtentiosarum rationum, & partes specierum, & modi, qui dicti sunt.

## De occultatione sophistica, & contra molestè respondentes. Caput. XIIII.

DIffert autem non parum ad latẽdum, si ordinentur quodãmodo ea, quæ ad interrogationem sunt, quemadmodum in Dialecticis dictum est. Igitur post ea, quæ dicta sunt, hæc primum deinceps dicenda. Est autem ad redarguẽdum, vnum quidem prolixitas. Nam difficile simul multa conspicere. Ad prolixitatem vero elementis vtendum, quæ dicta sunt. Vnum verò festinatio. Nam tardiores minus præuident. Insuper ira & contentio. Nam conturbati minus omnia obseruare possunt. Elementa autem iræ, & manifestum eum facere, qui vult iniustè agere, & circa omnia impudentẽ esse. Insuper permutatim interrogationes ponere, siue ad idem plures aliquis habeat orationes, siue & quoniam sic, & quoniã non sic. Simul enim accidit, aut ad plura, aut ad cõtraria obseruationẽ facere. Et õnino quæcunq; ad occultandũ dicta sunt prius, utilia etiã sunt ad cõtentiosas oratiões. Nã occultatio latẽdi gratia est. Latere aũt deceptionis. Ad eos autẽ, qui renuũt quæcunq; opinãtur esse adorationẽ, ex negatiõe interrogãdũ, vt cõtrariũ velit, aut etiã ex æquo interrogationẽ faciẽdũ. Nã cum dubiũ fuerit, quid velit sumere, minus insolescunt. Et quãdo in partibus dederit quispiã singula inducenti, uniuersale sæpe non interrogandum est, sed vt dato vtendum. Nam quandoque putant: & ipsi dedisse, & audientibus quoque apparet propter inductionis memoriam, ueluti perinde atque non interrogauerit uane. Et in quibus non

nomine ſignificatur vniuerſale, ſimilitudine tamẽ vtendũ eſt ad id, quod expedit. Nã latet ſimilitudo plerũq; Et ad ſumẽdũ ꝓpoſitionẽ, cõtrariũ oportet cõparãdo interrogare: ut ſi debeat ſumere, quoniã oporteat per omnia patri obedire, vtrum per õnia oportet obedire parentibus, an per omnia non obedire? & ſæpe id vtrũ multa concedendũ, an pauca? magis enim (ſi neceſſe) videbitur eſſe multa. Appoſitis enim iuxta ſe cõtrarijs, et minora & magna apparẽt, & peiora & meliora hominibus. Valde aũt & ſæpe facit videri redarguit, maximè ſophiſtica calũnia interrogãtiũ, cum nihil ſolligizãtes, nõ interrogationẽ faciũt id, quod eſt vltimũ, ſed cõcludẽter dicũt veluti ſyllogizãtes, non igitur hoc, & hoc. Sophiſticũ autẽ eſt, & cũ ponitur inopinale, poſtulare quod videtur reſpõdere ꝓpoſito eo, quod apparet ex prĩcipio. Interrogatiõeq; taliũ ſic faciẽdo: utrũ tibi videtur? Nã neceſſe eſt utiq; ſi ĩterrogatio ſit ex quibus eſt ſyllogiſmus, aut redargutionẽ, aut inopinabile fieri: cũ dat quidẽ, redargutionẽ, cum verò non dat neq; dare videtur, inopinabile: cum aũt nõ dat, videri autẽ fatetur, redargutionis ſimile. Inſuper quẽamodũ in Rhethoricis & in redarguibilibus ſimiliter cõtrarietates conſiderãdum, aut ad eas, quæ ab eodẽ ſunt dictæ, aut ad eos quos cõfitentur benedicere, aut agere. Adhuc ad eos qui vidẽtur tales: aut ad ſimiles, vel ad plurimos, vel ad õnes. Etiã quemadmodũ reſpondentes ſæpe cum redarguũtur, faciunt duplex: Si debet accidere redargutio etiã interrogãtibus viendũ quãdoq; illo cõtra inſtans, ſi ſic quidẽ accidit, ſic aũt non, quoniã ſic ſumpſerit, vt fecit eã Cleophõ in Mandrobulo. Oportet etiã deſiſtẽtes ab oratione, reliqua conamina reſcindere, & reſpondenti (ſi præſenſerit)

serit) prius instare & prædicere. Conandũ autẽ quãdoq; & ad aliud ab eo, quod dictũ est, illud extra sumentibus, si non ad id, quod ꝓpositũ est, habeat aliquis argumẽta, quod Lycophrõ fecit dum ꝓpositũ esset, ex arte lyram cõmendare. Ad eos aũt, qui exigunt ad aliquid argumentari, postquam videtur assignare causam, dictis aũt quibusdã, obseruabilius (quod vniuersaliter accidit in redargutionibus) est, vt dicãt contradictionẽ, ut quod affirmauit, negare, & quod negauit affirmare. Non autem, quoniam contrariorum est eadẽ, vel non est eadem disciplina. Non oportet autẽ conclusionem propositiue interrogare. Quædam autem neq; interrogandũ est, sed ut concessis utendum. Ex quibus igitur interrogatiões & quonãmodo interrogandum in cõtrarijs exercitationibus dictum est.

## SECVNDVS LIBER ELENchorum sophisticorum Aristotelis.

### De utilitate cognoscendi sophisticas orationes & apparatu ad eas diluendas. Caput. I.



DE responsione autẽ, & quonam modo oporteat soluere, & quid, & ad quã utilitatem orationes hmõi prosunt, post hæc dicẽdum. Vtiles ergo sunt ad philosophiã ꝓpter duo, primum quidẽ, qui hæ quæ vt plurimum propter dictionẽ fiunt, melius se habere faciunt ad id, quod est quotupliciter unũquodq; dicitur, & ea, quæ similiter, & quæ aliter in rebus accidunt, & in nominibus. Secundum autẽ ad eas, quæ per seipsum sũt qõnes. Nam qui ab alio facile captiose capitur, & id non sentit, ipse quoq; à se id patietur persæpe. Tertiũ uerò & reliquũ

reliquum adhuc ad gloriam, quoniam in õnibus exercitatus esse uidebitur, & in nullo inexpertẽ se habere. Nam qui in orationibus cõicat & orationes uituperat, cum nihil habeat quod determinet de uitiositate earum, dat suspitionem, ut censeatur grauis, non quia uerum sit, sed ꝓpter imperitiam. Respondentibus aũt quo nam mõ obsistendũ sit aduersus hmõi orationes. Manifestum siquidẽ recte diximus prius ex quibus sunt paralogismi, et si (quæ inquirendæ sunt) superabũdãtias sufficiẽter diuisimus. Nõ est aũt idẽ sumẽtẽ orationẽ uidere, & soluere uitiositatẽ, et interrogãti posse ocurrere celeriter. Nã qđ scimus sçpe trãspositũ ignoramus. Insuper quẽadmodũ in alijs id, quod citius & tardius, ex exercitatione fit magis, sic & ĩ orationibus se habet. Quare si manifestũ quidẽ sit nobis, ĩmeditati aũt simus, priuamur opportunitatibus frequenter. Accidit autem quandoq; sicut in linearum descriptionibus. Nam & illic resoluentes quandoq; componere rursum non possumus, sic & in redargutionibus. Nam scientes propter quid orationem accidit cõnectere, soluere tamen orationem impotentes sumus.

## De apparenti solutione respondentis. Cap. II.

PRimum igitur, quẽadmodũ syllogyzare dicimus opinabiliter quãdoq; magis, quã uere eligere oportere: sic & soluẽdũ quãdoq;, magis opinabiliter, quã ad ueritatẽ. Nã õnino aduersus cõtẽtiosos est reluctãdũ, nõ ut eos, qui redarguũt, sed qui redarguere apparẽt. Nõ enim dicimus eos syllogizare, quare ut nõ uideãtur emendãdũ. Nã si redargutio est cõtradictio exquibusdã nõ æquiuoca, nihil opus est diuidere ad ãphibola, et æquiuocationem, non enim facit syllogismũ. Sed nullius alterius gratia

tia diuidendũ est, nisi quia conclusio est redargutioni similis. Nõ ergo redargui, sed uideri cauendum est. Nã interrogare ãphibola, & quæ propter æquiuocationẽ sunt, & quascunq; alias huiusmodi cauillationes, & veram redargutionem adumbrat, & redarguentem, & non redarguentem incertum reddit. Nam reuera in fine cum cõclusum fuerit dicere põt se non ad ipsum, qđ affirmauit, negare, sed æquiuoce aut amphibolice, & si in idem ferat, quod maxime contingit, incertum erit, si redargutus est. Incertum enĩ si vera nunc dicit. Si vero diuidens interrogasset çquiuocum, aut amphibolũ, nõ incerta esset redargutio. Et quod quærũt, nunc quidem minus, prius aũt magis contentiosi, si vel nõ respondere interrogatum esset vtiq;, nunc autẽ, quia non bene interrogant inquirentes, necesse est, vt respondeat aliquid ís, qui ĩterrogatus est, corrigens vitiũ interrogationis, quia diuisio sufficienter, vel sic, vel non necesse est dicere respondentem. Si autem aliquis putet eam, quæ est secundũ çquiuocationem, redargutionem esse, quodam modo non erit respondentem effugere, quin redarguatur. Nam in ijs, quæ oculis subiecta sunt, necessariũ erit nomen, quod affirmauit, negare, & quod negauit affirmare. Enim vero (vt diluunt quidam) nihil prodest. Nam non Coriscum aiunt esse Musicum, & non Musicũ, sed hunc Coriscum Musicũ, et hũc Coriscũ nõ musicũ. Eadẽ enim erit oratio Coriscũ, ei, quæ est hũc Coriscũ Musicũ esse, vel nõ Musicũ esse, vel nõ Musicũ, quod idem sit id, de quo simul affirmãt & negãt. Sed fortasse non idem significat, quoniam nec illic nomen, quare in aliquo differt. Si autem huic quidem simpliciter dicẽdo Coriscum assignent. Illi autem addant aliquem, aut hunc, absurdum

est

est. Nihil enim magis quàm alterum: vtrolibet enim nihil differt. Non sic igitur, sed quia incertus quidem est, qui non determinauit ambiguitatem, vtrum redargutus est, aut non redargutus, datum profecto est in orationibus diuidere. Quare manifestum, quoniam non determinãdo dare interrogationem, sed simpliciter, peccatum est, quoniam & si non ipse, tamẽ oratio redargute similis est. Accidit tamen sæpe videntes amphiboliam torpescere diuidere, & propter frequentiam eorum, qui hæc proponunt, & ne ad omne videantur molesti esse. Deinde non putantibus ꝓpter id fieri orationem, sæpe profecto occurrit inopinabile. Quapropter, quia datũ est diuidere, non est cunctandum, quemadmodum dictum est prius. Si autem duas interrogationes non vnã interrogationem fecerit quispiam, neq; vtiq; propter æquiuocationem, vel amphiboliam fieret paralogismus, sed elenchus, vel non. Quid enim differt interrogare, si Callias & Temistocles Musici sint, quàm si ambobus vnum nomen esset existentibus diuersis. Nam si plura significat quàm vnum, plura interrogauit. Si igitur non rectum est ad duas interrogationes vnam responsionem censere sumere simpliciter, manifestum, quoniam nulli eorũ, quæ æquiuoca sunt, conuenit respondere simpliciter. Nec si de omnibus quidẽ verum sit, veluti censent quidam. Nihil enĩ differt hoc, quàm si interrogasset Coriscus, et Callias vtrum domi sint, an non sint domi? Siue enim absint ambo, siue non absint, vtroq; modo plures sunt proponens. Non enim si verũ est dicere, interrogatio propter id vna est. Possibile enim est ad decies millenas interrogatas qõnes, omnes sic vel nõ, verũ esse dicere. Attamẽ non est respondendum vna responsione. Interimitur enim disputatio

tatio:id autem simile ac si idẽ nomen imponatur diuersis. Si igitur non oportet ad duas interrogationes vnam responsionẽ dare,manifestum,quoniam nec in æquiuoco sic,vel non dicendum. Nec enim qui dixit ,respondet, tamet si dixit. Id vero id eo admittunt quodammodo in disputabilibus,quoniã latet ipsum accidens. Quoniam igitur (vt diximus) redargutiones quædã videntur esse,quæ non sunt,eodem quoq; modo & solutiones quædã uidentur esse,quæ non sunt,quas dicimus quãdoq; opere præciũ magis afferre,quàm veras in contentiosis orationibus,& in ea (quæ ad duplex est) occursione. Itaq; respõdendũ in ijs,quæ uidentur,esto dicendo. Nam & sic minime fiet redargutio. Si uero aliquid,quod inopinabile sit,cogatur dicere,hic maximè addẽdum uideri. Si enim neq; redargutio, neque inopinabile videbitur fieri. Quia uero quo pacto petitur,qđ est in principio. Manifestũ est,si sint propinqua,interimẽdũ,neq; aliqua esse,est cõcedendũ,perinde ac si quod in principio est,petat. Et quãdo aliquid tale postulauerit quispiã,quòd necessariũ quidẽ est accidere expositione. Sit aũt falsum,vel inopinabile idẽ dicendũ. Nã quę ex necessitate accidunt,eiusdẽ videntur esse positionis. Insuper quãdo vniuersale nõ nomine,sed similitudine sumitur, dicendum quoniã non sic datũ est,neq; (ut ꝓposuit) sumit,nã & ꝓpter id fit sæpe redargutio. Cũ autẽ ꝓhibetur his, ad id, quod nõ bene ostẽsum est,redeundũ,obsistendũq; secundũ dictã determinationẽ. In ijs igitur quę ꝓprie dicuntur noĩbus,necesse est respõdere,uel simpliciter,vel diuidẽdo. Quæ aũt subintelligẽtes ꝓponimus,ut quæcunq; nõ plane,sed truncatim interrogãtur,ꝓpter id accidit redargutio. Vt putas ne quicquid est Athenienſiũ,est

possessio

possessio Athenienſiũ? ſic. Similiter aũt & in alijs? Atqui hõ est animaliũ? ſic. Possessio igitur animaliũ hõ. Nã hõem animaliũ esse dicimus, quia animal est: veluti Lysandrum Lacedæmoniorũ, quia lacedęmonius est. Manifestũ igitur, quoniã in quibus obscurum est, quod proponitur, non simpliciter est concedendũ. Quando vero duobus existentibus, cum hoc quidem est, altetũ ex necessitate esse videtur, cum uero alterum est, hoc non ea necessitate, interrogato utroq; oportet quod minus est, dare. Nã difficilius est syllogizare ex pluribus. Si autem argumentetur quoniam huic quidẽ est contrariũ, illi aũt nõ est, si oratio uera sit, cõtrariũ esse est dicendũ. At nomen alterius positũ nõ esse. Quoniam aũt nonnulla eorum, quę dicuntur, plures eum, qui non concedit, falsũ dicere aiunt. Aliqua uero non: ut quęcũq; ãbigũt (utrũ enim corruptibilis, uel immortalis sit anima animaliũ, non explo ratum est multis) inquibus igitur incertum est, quod proponitur utrum ut sentẽtię. Vocant enim sententias, & ueras opiniones & totas negationes, vt diameter incommensurabilis est. Insuper de quo verum dubitatur, transferens quispiam nomina, maxime latebit in illis. Nam quia incertum est vtro modo se habeat verum, nõ videbitur sophistice agere. Propterea autem quia est dubium, nõ videbitur falsum dicere. Nam translatio faciet orationem sine redargutione videri. Præterea quascunq; interrogationes præsenserit aliquis, præinstandum est, & prædicendum. Nam sic maxime interrogantem prohibebit.

## De recta solutione loci. Cap. III.

QVoniam autem recta solutio est manifestatio falsi syllogismi, ob quancunq; interrogationem accidat falsum.

Falsus

falsus autem syllogismus dicitur dupliciter: nam aut sylligizatũ est falsũ, aut si cum non est syllogismus, videtur esse syllogismus: erit & quę nunc dicta est solutio, & apparentis syllogismi, ob quam uidetur esse interrogationum correctio. Quare contingit orationes syllogizãtes quidẽ interimere. Apparentes autẽ diuidẽtẽ soluere. Rursũ quoniã syllogizãtiũ orationũ hę quidẽ uerã, illę autẽ falsã habẽt cõclusionẽ: eas quidẽ quę secũdũ cõclusionẽ sũt falsę duobus modis contingit soluere, tũ quia interimitur aliquid eorũ, quę interrogata sũt, tũ etiã, quia ostenditur cõclusio nõ sic se habere. Eas autem, quæ secundùm propositiones, quoniam interimitur quiddam solum: nam conclusio vera est. Quare videntibus soluere orationem, primum quidem inspiciendum, si syllogizat, aut non syllogizat. Deinde vtrum uera sit conclusio, aut non vera quatenus uel diuidentes uel interimentes soluamus. Et iterum interimentis, hoc uel illo modo, quemadmodum dictum est prius. Differt autem plurimum & interrogatam, & nõ soluere orationem. Nam præuidere difficile est. Per ocium autem uidere facile. Earum igitur, quę propter æquiuocationem, & amphiboliam redargutionũ, sunt, aliq quidã habent aliquam interrogationẽ plura significantem, aliæ aũt conclusionẽ multipliciter dictã ut in ea quidem, quæ est silentem dicere, conclusio est duplex. In ea uero, quæ est non conscire scientem tot in hoc, sciens dicere, uel agere, & illud conscit, quod dicit, uel agit. Hic autem scit dicere iambica. Igitur conscit & iambica, una interrogationum ãphibola est. Et duplex quidem quandoq; autem non est ens, & quandoque autem non est ens, & quandoque significat duplex,

hoc

hoc quidē ens, illud uero non ens. Quibuscunq; igitur in fine est multiplex, nisi prius sumpserit contradictionem, non fiet redargutio: ut in eo, quod est cæcum uidere. Nā sine cōtradictione nō fiet redargutio. Quibuscunque uerò interrogationibus, non necesse est prænegare, quod duplex est, nam nō ad hoc, sed propter hoc fit oratio. In principio autem ad duplex & nomen & orationem, sic respondendum, quoniam est quidem ut sic, est autem, ut non. Ut de eo, quod est silentem dicere, quoniam est, ut sic, est autem ut non. Et quæ expediunt, agendum, est quidē quę sic, est autem, quæ non. Nam expedientia dicūtur multipliciter. Si autem lateat, in fine addendo interrogationi, corrigendū est. Est ne silentē dicere? non, sed hunc silentē. Et in ijs, quæ ipsum multipliciter habent in propositionibus, similiter non putas consciunt: quoniam sciunt? sic. Sed non sic scientes. Non enim est idem, quoniam nō est conscire, & quoniam sic scientes, non est. Et ōnino obluctandū est, tametsi simpliciter syllogizetur quod non rem, quam dixit, negauerit, sed nomen, quare, id non est redargutio. Manifestum autem & eas, quæ sunt propter diuisionem, & cōpositionē, quomodo soluendū. Nam si diuisa & cōposita oratio aliud significat, cum concluditur, contrarium dicē dū. Sunt autē omnes hmōdi oratiōes secundùm cōpositionē & diuisionē, putas ne quo uidisti tu hunc percussum, illo percussus est hic? Et quo percussus est, illi tu uidisti? Habent igitur nō nihil & āphibolicarū interrogationū. Sed sunt secundùm cōpositionē. Nā nō est duplex ob id, quod est secundū diuisionē. Nō enim eadē oratio fit diuisa. Siquidē nō & orus & horus accētu sic prolata, alterum significāt. Sed in scriptis quidē idem nomē,

cum

cum ex eisdem elementis scriptum sit, & similiter. Et illicia signa faciunt, prolata non eadem. Quare non duplex, quod ꝓpter diuisionem est. Manifestū etiam, quonia nō ones redargutiones sunt propter duplex, velut quidā dicunt. Diuidendū igitur ei, qui respondet, non enim idem est dicere videre oculis, percussum: & dicere oculis percussum, videre. Et Euthydemi oratio, putas ne vidisti tu nunc existentes in Pyreo naues, in Sicilia existens. Et rursum putas ne bonum existentē sutorem malum esse. Si autem vtiq; quis bonus existens sutor, malus, quare sutor malus. Putas ne quorum disciplinæ sunt bonæ, bonas esse disciplinas. Mali autem bona disciplina, bona ergo disciplina malum. Sed cum et malum, & disciplina sit malum, fit, vt mala disciplina sit malum, sed malorum disciplina bona. Putas ne verum dicere nunc, quoniam tu factus es? Factus es ergo nunc, an aliud significat diuisum. Verum enim est dicere nunc, quoniam tu factus es. Sed nō nunc tu factus es. Putas ne, vt potes, & quæ potes, sic & ipsa facies, non citharizans autem habes potestatem citharizandi, citharizabis igitur non citharizans. An non habet potestatē huius, vt non citharizans citharizet, sed non cum facit hoc, vt faciat: soluunt autem quidam id, & aliter: nam si dedit, vt potest facere, non dicūt accidere non citharizantem citharizare. Non enī omnino, vt potest facere datum est facere. Nō idem aūt esse est, vt potest, & omnino, vt potest facere. Sed manifestum, quoniam non bene soluunt. Nā orationū ōniū quæ propter idem, eadem solutio. At eadē non accommodabitur ad ones, nec omnino ad interrogata, sed est ad interrogantē, & nō ad orationē. Propter accentū autem orationes non sunt, neq; in ijs, quę scribuntur, neq;

in ijs,quę dicuntur,præterquam si quæ paucę fiunt:vt hæc oratio,putas ne est,quòd habites domũ,sic igitur ipsum quòd ne habites,negatio eius est,quod habites, dicebas autem esse quod ne habites domum,negas igitur te habitare domum. Quo modo aũt soluendũ est,palã. Non enim idem significat grauiter,& acute prolatum. Manifestum autem & in ijs, quæ fiunt propter id quod similiter dicuntur,cum non sint eadem, quomodo obsistendum,vt quoniam habemus prædicamentorum genera. Nã hic quidẽ dedit interrogatus nõ esse aliquid eorũ,quæcũq; quid est, significãt. Ille uero ostẽdit esse aliquid eorũ,quæ sunt ad aliquid, aut quãta,quæ quidẽ vidẽtur quid est significare ꝓpter dictionẽ. Vt in hac oratione,putas ne contingit idẽ simul & facere & fecisse?nõ. Sed & uidere simul & uidisse idẽ,& secũdũ idẽ cõtingit. Putas ne est aliquid eorũ,quæ sunt pati,facere aliquid? non: non ne igitur secatur,vritur, operatur similiter dicũtur,& hæc pati aliquid significãt. Quid aũt rursus dicere,currere,uidere similiter inuicẽ dicũtur. Sed videre est sentire aliquid:quare est & pati aliquid,simul aũt & facere. Si aũt aliquis illic dans nõ cõtingere simul idẽ facere & fecisse,uidere et uidisse,dicat fieri posse,nõ dũ redargutus est. Si nõ dixerit uidere facere aliquid, sed pati. Indiget enim hac interrogatione. Sed ab audiẽte creditur datũ esse cum & secare facere aliquid,& sicari fieri aliquid dedit:& quæcunq; alia similiter dicũtur:nam reliquũ ipse addit, qui audit velut similiter dictũ:uerũ illud dicitur quidẽ nõ similiter,uidetur aũt propter dictionem. Idem autem accidit hic,quod in æquiuocationibus. Putat enim in æquiuocis inscius orationũ, qui dixit,negare rẽ,nõ nomen. Ideoq; adhuc indiget interrogatione,

tione, si ad vnum aspiciens dicat æquiuocum. Sic enim dante, erit redargutio. Similes autem & hæ orationes illis, si quod quis habens, postea non habet, amisit. Nam vnum solum amittens calculum, non habebit decem calculos. An quod nõ habet quidem prius habens amisit. Quantum autem vel quot non habet, non necesse est tot amittere. Interrogans igitur quot habet, colligit in quot. Nã decẽ aliquot. Si igitur dixisset â principio: si quot quis non habet, prius habens, putas ne amisit tot, nullus vtiq; dedisset: sed aut tot, aut horũ aliquid. Et quoniã dabit aliquis quod nõ habet. Nõ enĩ habet vnũ solũ calculum, An non dedit, quod nõ habuit, sed vt non habuit, vnum. Nam solũ non quid significat, neq; quale, neque quantum, sed vt se habet ad aliquid, vt quoniam nõ cũ alio. Quemadmodum si dicat, putas ne quod non aliquis habet, dabit: non annuente autem, interroget: si dabit quis aliquid cito, quod non habet cito. Astruente autem, syllogizet, quoniam dabit quis quod non habet. Et manifestum, quoniam non syllogizauit, nam cito non est quid dare, sed hoc modo dare. Quo autem modo non habet, dabit aliquis, vt quod delectabiliter habet, mœste dabit. Similes autem, & hç omnes: putas ne quam non habet, manu percutiet quis aut quem non habet, oculo videbit? Nõ enim habet vnum solum oculum. Soluunt autem nonnulli dicentes, quod etiã habeat vnum solum & oculum, & aliud quodlibet, qui plura habet. Quidam autem & vt quod habet, accepit. Dedit enim vnum solum hic calculum, & hic habet (dicunt) vnum solum ab hoc calculum. Accepit enim ab hoc: ergo vnum solũ habet hic calculum. Alij autem statim interrogationem interimentes, quia contingit quod non accepit, habere: vt vinum accipientem

ſuaue, ſi corrumpatur in acceptione, habere acre. Sed quod dictũ eſt, & prius, hi omnes non ad orationem, ſed ad hominẽ ſoluũt. Nã ſi eſſet hæc ſolutio, dantem oppoſitũ non poſſibile eſſet ſolue re, quẽadmodum & in alijs. Vt ſi eſt quidem quod, eſt aũt quod nõ ſolutionem vtiq; ſimpliciter dici, det, concludit. Si aũt nõ cõludit, nõ erit ſolutio. Et in prędictis õnibus datis nõ dicimus fieri ſyllogiſmum. Inſuper autem & hæ ſunt ex huiuſmodi orationibus. Putas ne quod ſcriptum eſt, ſcripſit quis? Scriptũ eſt autẽ quoniã nũc tu ſedes, falſa iã oratio, erat autem vera, cum ſcribeba tur, igitur ſimul ſcribebatur falſa, & vera. Nam falſam aut veram orationem, vel opinionem eſſe, non hoc ſed quale ſignificat. Eadem enim oratio, & in opinione. Et putas ne quod diſcit diſcens, hoc eſt, quod diſcit? Diſcit autem aliquis quod eſt tarde celeriter. Non igitur quod diſcit, ſed vt diſcit, dixit. Et putas ne qđ ambulat aliquis peſſundat. Ambulat autem totam diẽ. An non quod ambulat, ſed quando ambulat, dixit. Nec cũ cyphum quis bibat, quod bibit, ſed ex quo. Et putas ne quod quis ſciuit, hoc inue niens vel diſcens ſciuit? Quorum autem hoc quidem inuenit, illud autem didicit, ambo hæc neutrum. An quod quidem omne, hæc autẽ non omnia. Et quoniã eſt quis tertius homo à ſe, & ab vnoquoq;. Nam homo, & omne commune, non hoc aliquid, ſed quale quid, vel ad aliquid, vel aliquo modo, vel huiuſmodi aliquid ſignificat. Similiter autem & in hoc: Coriſcus & Coriſcus Muſicus, vtrum idem alterum. Nam illud quidẽ hoc aliquid, hoc aũt quale quid ſignificat. Quare nõ eſt idẽ exponere, exponere autẽ non facit tertium hoĩem, ſed idipſum quid eſſe concedere. Mõ enĩ erit hoc aliquid eſſe, quod Callias, & quod hõ eſt. Neq; ſi quis

expo-

expositum non idem quod hoc aliquid esse dicat, sed id, quod quale quicquam refert. Erit enim præter plures vnum quid, vt homo. Manifestum ergo, quoniam non dandum hoc aliquid esse, quod communiter prædicatur de omnibus, sed aut quantum, aut quale aut ad aliquid, aut aliquid talium significare. Omnino igitur in ijs, quę propter dictionem sunt orationibus, semper per oppositũ erit solutio, quâm propter quod est oratio. Vt si propter cõpositionem oratio, est solutio diuidendo. Si autem propter diuisionem, componendo. Rursum si propter accentum acutum, grauis erit solutio. Si vero propter grauem, acutus. Si autẽ ꝓpter æquiuocationem est, oportet oppositum nomen dicendo soluere, vt si animatum accidit dicere, negando non esse, manifestum, quoniã est inanimatũ. Si aũt inanimatum dixit, hic animatũ syllogizet, dicendum, quoniã est inanimatũ. Similiter aũt, & in ãphiboliã. Si aũt secundũ similitudinẽ dictionis, oppositũ erit solutio. Vt putas ne quod non habet: dabit aliquis. An non quod non habet, sed vt nõ habet, vt unum solũ calculum. Putas ne quod scit aliquis discens, vel inueniens scit? Attamen non quę scit, & si quod ambulat, pessundat, non tamen quando. Similiter autem & in alijs.

## De diluendis argutijs accidentis. Cap. IIII.

AD illas vero, quę propter accidens, vna quidem in ipsis solutio est ad omnes. Cum enim indeterminatum sit, quando dicendum de re, cum aliquid accidenti inest: & in quibusdã quidem uidetur, & dicunt, in aliquibus autem non dicunt necessarium esse, dicendum ergo conformantes similiter ad omnes, quoniam non est necessarium verum habere oportet, & proferre. Sunt autem omnes huiusmodi orationes propter accidens vt pu-

tas ne scis, quod debeo te interrogare? Age cognoscis ne veniẽtem, aut cooperatum? Putas ne statua tuũ opus est? An tuus canis pater. Sunt ne paucis pauca, pauca. Manifestũ enĩ in omnibus his, quoniã nõ necesse est, quod de accidente dicitur, & de re verum esse. Solum enim ijs, quæ secundùm substantiam sunt indifferentia, & quæ vnum sunt omnia videntur eandem inesse? Bono autem, nõ idem est bonum esse, & uenturum esse interrogare. Neque venienti, aut cooperto, & venientẽ esse et Coriscũ. Quare non si cognosco Coriscum, ignoro autem uenientẽ, eundem cognosco & ignoro. Neque si hoc est meum, est autem opus, meum est opus, sed possessio, vel res, uel aliud quippiam, eodem autem modo & in alijs. Solunt autem quidam interimẽtes interrogationem. Dicunt enim cõtingere eandem rẽ cognoscere, & ignorare, sed non secundùm idem. Venientem igitur non noscentes, Coriscum autem noscentes, eundem quidem cognoscere & ignorare dicunt, sed non secundùm idem. Attamen primum quidem (quemadmodum iam diximus) oportet earum orationum, quæ propter idem sunt, eandem esse solutionem: Id autem non erit, si quis non incognoscere, sed in eo quod est esse, aut aliquo modo se habere: idipsum, quod approbant: sumat (vt si hic est pater, est autem tuus) nam tametsi in quibusdã id uerum est, & contingit idem cognoscere, & ignorare, tamen hic nihil commune habet quod dictum est. Nihil autẽ prohibet eandem orationem plures uitiositates habere. Sed nõ omnis peccati manifestatio solutio est. Nam possibile est ostẽdere quempiã, quòd falsum quidem syllogizauerit, propter quid autem nõ ostẽdere. Vt Zenonis orationem, quoniam non est moueri, qua-

re

re & ſiquis conetur colligere, ut ad impoſſibile peccat, & ſimiles ſyllogizet: non enim eſt hæc ſolutio. Nam erat ſolutio manifeſtatio ſyllogiſmi falſi propter quid falſus. Si igitur non ſyllogizauit, quamuis aut verum aut falſum conetur colligere, illius manifeſtatio eſt ſolutio. Fortaſſe autem & in quibuſdam nihil prohibet accidere. Verum in his, nec hoc uidebitur. Nam & Coriſcum quoniam Coriſcus, & venientem, quoniam ueniens, cognoſcit. Contingere aũt videtur idẽ cognoſcere, & non, vt quoniam album quidem cognoſcere, quoniã autem Muſicũ, non cognoſcere. Sic enim idẽ cognoſcit, & nõ cognoſcit, ſed nõ ſecũdùm idẽ. Venientẽ aũt & Coriſcũ, & quoniã veniẽs, & quoniã Coriſcus cognoſcit. Similiter aũt peccãt, & qui ſoluũt, quoniã omnis numerus et multus & paucus eſt, ut ij, quos diximus. Nã cũ non cõcluſum ſit, id omittẽtes, verũ cõcluſum eſſe dicũt. Oĩa enĩ eſſe & multũ & paucũ dicẽtes, peccãt. Quidã aũt et duplici ſoluũt ſyllogiſmos, ut quoniã tuus eſt pater, aut filius, aut ſeruus. Attamen manifeſtũ, quoniã ſi eo, quod multipliciter dicitur, appareret redargutio, oporteret nomen, uel orationẽ ꝓprie eſſe plurium. Hunc autem eſſe huius filium, nemo dicet proprie, ſi dominus eſt filij. Sed propter accidẽs cõpoſitio eſt, putas ne eſt hoc tuũ? ſic. Eſt aũt hoc filius, tuus igitur filius, quia accidit & tuum eſſe, & filium, ſed non tuum filium. Et eſſe aliquid malorũ bonum. Nã prudentia eſt diſciplina malorũ, uerum hoc eſſe horũ, non dicitur multipliciter, ſed poſſeſſio. Quòd ſi fortaſſe multipliciter: nã & hominẽ animalium dicimus eſſe, ſed nõ poſſeſſionẽ aliquam, & ſi quid ad mala dicitur, ut aliquorum, ꝓpter id malorũ eſt. Sed non hoc malorũ, propter id igitur, quod ali-

quo modo, etiã ſimpliciter apparet. Et quãquã contingit fortaſſe bonum eſſe aliquid malorum dupliciter, non tamen in oratione hac, ſed magis ſi aliquod mancipium fuerit bonum mali. Verũ fortaſſe, neque ſic. Nõ enim ſi bonum eſt, & huius, bonũ huius ſimul. Inſuper neque hominẽ dicere animalium eſſe, dicitur multipliciter. Non enim ſi interdum aliquid ſignificamus auferẽtes, id dicitur multipliciter: nam & dimidium dicentes uerſus da mihi, iliada ſignificamus, ut iram pande dea.

## De ſolutione ſex ultimorum locorum extradictionis. Caput V.

Eas verò, quæ adipſum principaliter (hæ autem, uel qua, uel ubi, uel aliquo modo, uel ad aliquid dicuntur, & non ſimpliciter,) ſoluendum eſt cõſiderãdo cõcluſionẽ ad cõtradictionem. Si cõtingit horũ aliquid paſſas eſſe. Nã contraria, & oppoſita, & affirmationem, & negationem ſimpliciter quidem impoſſibile eſt ineſſe eidem. Qua aũt utrumq; uel ad aliquid, uel aliquo modo: aut hoc quidem qua illud autẽ ſimpliciter, nihil prohibet. Quare ſi hoc quidem ſimpliciter, illud autem qua, nondum eſt redargutio. Hoc autem in concluſione conſiderandum ad contradictionem. Sunt autem huiuſmodi orationes omnes id habentes, ut putas ne contingit quod non eſt eſſe? Sed eſt ne aliquid id quod non eſt? Similiter autem & quòd eſt, non erit. Nam non erit aliquid eorum, quæ ſunt. Numquid contingit eundẽ ſimul bene iurare, & peierare? Numquid poſſibile eſt ſimul eidẽ ſuadere & diſſuadere. An neque eſſe quid, & eſſe idem. Quod enim non eſt, nõ ſi eſt quid, eſt & ſimpliciter. Etſi bene iurat, id quidẽ, & qua neceſſe eſt bene iurare. Nam & qui iurat

ſe

se peieraturum esse peierando bene iurat hoc solum. At nõ bene iurat. Neq; qui dissuadet, suadet, sed secũdũ quid suadet. Similis autẽ oratio est, & de eo quod est mentiri eundem, simul & uerum dicere. Verum quia non est facile inspicere, utrum quis assignet simpliciter uerum dicere, uel mẽtiri, difficile apparet. Prohibet autẽ nihil eundẽ simpliciter quidem mentiri, qua autem verũ dicere. Aut aliquẽ secundũ quid verum dicere, uerum autem nõ. Similiter autem & in ad aliquid, & ubi, & quando. Omnes enĩ huiusmodi orationes propter id accidunt. Putas ne sanitas uel diuitiæ bonum? Attamen insipienti, & non recte utenti non bonum: igitur bonum & non bonum. Est ne sanum esse, uel in ciuitate potestatem habere, bonum? Veruntamen est quandoque non bonum: idem igitur eidem bonum, & non bonum.

An nihil prohibet, quod simpliciter est bonum, huic non esse bonum? Aut huic quidem bonum, non tamen nunc, uel non hoc in loco bonum. Putas ne quod non uult sapiens, malum? Amittere autem non uult bonum. Malum igitur bonum. Non enim idem est dicere malum est bonum, & amittere bonum. Similiter autem & furis oratio. Non enim si malum est fur, etiã accipere est malum. Ergo nõ uult malum, sed potius bonum. Nã accipere bonum est. Et ægritudo malum est: sed non amittere ægritudinem malum. Putas ne iustum iniusto, & quod iuste eo, quod iniuste magis eligendũ est? Sed mori iniusti magis est eligendum. Putas ne iustũ est sua habere quẽquã? Quæ aũt aliquis iudicabit secundũ opinionẽ suã (& si sit falsa) sua sunt ex lege. Idẽ igitur iustũ, & iniustũ. Et utrũ oportet iudicare eũ qui iusta dicit, an qui iniusta. At uero & eũ qui iniuriam passus est, iustum est abũde

dicere

dicere,quæ passus est. Ea autem erant iniusta. Non enim si pati aliquid iniuste eligendum,id quod est iniuste,eligibilius,quã quod iniuste,sed simpliciter quidem quod iuste. Secundùm hoc autẽ nihil prohibet iniuste quàm iuste. Et habere sua quenque iustum,aliena aũt non iustum. Iudicium vero hoc iustum esse,nihil prohibet,vt quod sit secundũ opinionem iudicantis. Non enim si iustũ est hoc modo,vel huic,et simpliciter iustum est. Similiter autem & quæ iniusta sunt,nihil prohibet dicere ea,iustum esse. Non enim si dicere iustum est,necesse est iusta esse: sicut nec si est vtile dicere,vtilia. Similiter autẽ & in iniustus: quare non si quæ dicuntur sunt iniusta,qui dicit iniusta,conuincitur. Dicit enim quæ dicere est iustum. Simpliciter autem & pati iniustum. Iís autem quæ propter definitionem fiunt redargutiones (quemadmodum dictum est prius) obsistendum considerantibus conclusionem ad contradictionem vt sit ad idem,& secundũ idem,& ad idem,& similiter,& in eodem tempore. Sed si in principio interroget,nõ conficiendum (quoniam impossibile est idem esse duplum & non duplum) sed dicendum non sic,vt forte sit redarguere confitentem. Sunt autem omnes hæ orationes propter hoc,putas ne qui nouit vnumquodq;,quoniam vnumquodque cognouit rem,& qui ignorat similiter? Cognoscens autem quis Coriscum,quoniam Coriscus? ignorabit vtique, quoniam Musicus, quare idem scit, & ignorat. Prçterea etiã putas ne quadricubitum tricubito maius? Fieri enim potest ex tricubito quadricubitum secundùm longitudinem. Maius autem minore maius,idem igitur eodem secundũ idem maius,& minus. Illas autem,quæ sunt propter ea quia sumunt,atque petunt,quod in principio est,si interrogato quidem sit mani-

manifestum, non dandum, neque si probabile sit dicentem verum dicere. Si aũt lateat, ignorantiam ob vitiositatem talium orationum, ad interrogantem retorquendum, tanquã non redarguemẽ. Nam redargutio sine eo est, quod est in principio. Deinde, quoniam datũ est, non vt eo vteretur, sed vt ad illud syllogizaret contrariũ, vt in semotis redargutionibus. Et propter consequen acci dentes in ipsa oratione monstrandum est. Quoniã duplex est sequentiũ consequentia, aut enim vt particulare sequitur vniuersale, vt hominẽ animal (postulant enim si hoc cum illo, & illud esse cũ hoc) aut secundũ oppositiones. Nã si huic est illud consequens, et opposito oppositũ. Propter quod & Melissi oratio est. N.ã si quod genitũ est, habet principium, quod nõ genitũ est, postulat nõ habere principiũ. Quare si non genitum est cœlum, & infinitũ. Id autẽ non est: econuerso enim cõsequentia est. Et quæcunq; syllogizant ex eo, quia aliquid additur, considerando (si eo sublato) accidit nihil minus impossibile: Deinde manifestum, & dicẽdum, quoniã dedit, nõ quod videretur, sed vt esset ad orationem. Quo vero vsus est, nihil ad orationem. Ad eas autẽ, quæ plures interrogationes vnam faciunt, statim in principio determinãdum est. Nam interrogatio vna est, ad quã vna responsio est. Quare neque plura de vno, neque vnum de pluribus, sed vnum de uno affirmandũ uel negãdũ: Sicut aũt in æquiuocis. quãdoq; quidẽ ã bobus, quãdoq; neutri inest (quare cũ nõ simplex est interrogatio. simpliciter respõdẽtiẽus nihil accidit pati) similuer et in his. Quãdo igitur plura uni, uel unum pluribus inest, uel nõ inest, simpliciter danti & hoc pacto delinquenti nihil cõtrarium accidit. Quãdo autem hoc quidem fuerit, illud autem non, aut plura de pluri-

bus

bus. Et est, vtvtraque insint ambobus, est autem, ut non insint rursus, fit ut sit cauẽdũ. Vt in his orationibus, si hoc quidẽ est bonũ illud autẽ malum, quoniã uerum est dicere hæc bonũ & malum esse, & rursum neq; bonũ, neq; malũ. Nõ enim inest vtrũque vtriq;, alioquin idem bonum, & malum, & neque bonum, neque malũ. Et si vnũquodque ipsũ sibi idem est, & alijs duersũ. Quoniam non alijs eadem, sed sibi, & duersa alijs, ipsa sibimet duersa, & eadem erunt. Insuper si bonum quidem malum fit, malũ autẽ bonum, duo fient vtiq;. Et duorum & inæqualium vtrumq; ipsum sibi esse æquale. Quare æqualia, & inequalia ipsa sibi. Incidunt aũt hæ orationes, & in alias solutiones. Nam & ambo, & õnia plura significant: nõ igitur idẽ præter nomẽ accidit affirmare, & negare, id aũt non erat redargutio. Sed manifestum, quoniã si non vna interrogatio plures fiant: sed vnũ affirmet aut neget, id non erit impossibile.

## Dilutiones nugationis & soloecismi. Cap. VI.

IN illis autem, quæ deducunt ad dicendũ idem frequẽter, manifestum, quoniam non dandum prædicamenta eorum, quæ ad aliquid dicuntur, ipsa per se separatim dicta aliquid significare, ut duplum sine ipso dimidio, quoniam inapparet. Nã & decem in deficientibus vno à decem, & facere in non facere, & õnino in negatiõe affirmatio. Nõ tamen si quis dixerit hoc nõ esse albũ, dicet idẽ album esse. Duplum autem neq; significat nihil fortasse, quẽadmodum neq; quod in dimidio. Quòd si forte significat, non tamen idem diuisim, & coniunctim. Neq; scientia inspecie, ut si est Medicina scientia ipsum quod commune. Illud autem erat scientia scibilis. In ijs autem (quæ per se ostẽduntur)

duntur) prædicatis, id dicendū quod non idē sit seorsum, & in oratione, quod ostenditur. Nam cauū cōmuniter quidem idem significat in symo & in curuo. Additū autem nihil prohibet: sed illud quidē naso: hoc autē cruri significare. Etenim nihil differt dicere nasus symus, & nasus cauus. Insuper non danda est dictio secundū rectum. Falsum enim est: nā non est symū nasus cauus, sed nasi hoc vt passio. Quare nihil est absonum, si nasus symus nasus est habēs cauitatē nasi. De soloecismis aūt propter quid apparēt accidere, diximus prius: quomodo aūt soluendū, in ipsis orationibus erit manifestū. Nā oēs huiusmodi hoc volunt construere: Putas ne quod dicis vere esse, erit & hoc vere? Dicis autem lapidē vere esse. Est igitur lapidem hoc uere. An dicere lapidem non est dicere quod, sed quē, non hoc, sed hunc. Si igitur dicat aliquis, putas ne quem uere dicis, est istū? non uidetur congrue loqui, quēadmodum si dicat, putas ne quam dicis esse, est iste. Lignū autem dicere sic, vel quæcunq; neq; masculinū, neq; fœmininū significat, nihil refert. Quare etiā nō fit soloecismus, si quod dicis esse, est istud, lignum autem dicis esse. Est igitur lignum, istud. Lapis autem & iste masculinam habent declinationē. Quòd si quis dicat: putas ne iste, illa est? Deinde rursum, quid autem, nōne iste est Coriscus? ita dicat: est igitur Coriscus illa, non syllogizauit soloecismū, & sic Coriscus non significauerit idem quod illa, & respondens non dederit. Oportebat enī hoc præinterrogare. Si ita q; neq; est, neq; dat, neq; in eo quod est esse aliquid, neq; ad eum, qui interrogatus est, syllogizauit. Similiter igitur oportet, & illic lapidem significare iste. Si autē neq; est neq; datur nō dicēda cōclusio. Apparet aūt eoquòd dissimi

lis casus nominis similis apareat. Putas ne uerũ est dicere, quoniã ista est id, quod esse ais eã: esse autem ais aspidem. Est igitur ista aspidem. An non necesse est, quia ista non aspidẽ, sed aspis significat. Aspidem autem istã. Neq; si quẽ dicis esse iustũ, est iste. Dicis aũt istũ esse Cleonẽ. Est igitur iste Cleonẽ. Nõ enim est iste Cleonẽ. Dictũ est enim quoniã quẽ dico istũ esse, est iste, nõ istũ. Neq; enim cõgrue dicetur, hoc pacto interrogatio dicta: putas ne istud scis? Istud aũt est lapis, igitur lapis scis. At nõ idem significat istud in eo quod est: putas ne istud scis, & in hoc, istud aũt lapis. Sed in primo quidẽ istum, in posteriore autem iste. Putas ne illud, cuius scientiã habes, scis. Sciẽtiã aũt habes lapidis. Lapidis igitur scis. An huius quidẽ lapidis dicis, hunc autem lapidẽ, datum est aũt cuius scientiã habes, illud scis, non illius, sed illud. Quare nõ lapidis, sed lapidẽ. Quod igitur huiusmodi orationes nõ syllogizent soloecismũ, sed apparẽt, & propter quid apparent, & quomodo est obsistendum illis ex ijs, quæ ista sunt, manifestum est.

## De oratione facili, difficili & acuta. Cap. VII.

OPortet autem intelligere, quoniam omnium orationũ aliæ quidẽ sunt faciles cõspici, aliæ autẽ difficiliores per quid, & in quo decipiant audientẽ: frequenter eædẽ illis existẽtes. Nã eandem orationẽ oporteret uocare, quæ propter idem dicitur: eadem aũt oratio alijs quidem propter dictionẽ, alijs aũt propter accidẽs, alijs uero propter aliud uidebitur esse, quia unũquodq; quod trãsfertur nõ similiter est manifestũ. Quẽadmodum igitur in ijs, quæ sunt ꝑpter æquiuocationẽ (qui modus inter

para-

paralogismos videtur esse ineptissimus) hęc quidē & quibuslibet sunt manifesta, & orationes pene ridiculosæ sunt omnes, quæ sunt propter nomen: vt vir ferebatur per scalam diphron. Et quo venit, apud Cæreā. Et Boreas purus ne? nō arte. Perdit enim pauperem, & ementem. Et vtra boum ante pariet? neutra, sed retro ābç. Putas ne est Euarchus? nō certe sed Appollonides, & aliarū fere quāplurimæ. Hęc aūt & pitissimos videntur latere. Signū autem huius, quoniā cōtendunt sæpe de nominibus, vt vtrum idem significent de ōnibus ens & vnum, an aliud? Alijs enim videtur idem significare ens et vnū. Alij autem Zenonis orationem & Parmenidis soluunt, quòd multipliciter putent vnum dici & ens. Similiter autem & propter accidens, & aliorum vnumquodq;, aliæ quidem orationes erunt faciles videri, aliæ autem difficiliores, sumere & in quo genere, & vtrum redargutio an non redargutio? non facile, similiter in omnibus est. Est aūt acuta oratio, quæ dubitare facit maxime. Mordet enim hæc maxime. Dubitatio autem est duplex, hæc quidem in syllogizantibus, quam eligat quis interrogationū. Illa autem incōtentiose sustinentibus, quomodo dicat propositū. Quapropter in ijs, quæ syllogizant, acutiores orationes quærere magis facit. Est aūt ea, quæ syllogizat quidem, oratio acutissima si ex quàm maxime apparentibus quā maxime probabile quis interimit. nam cum vna oratio sit (transposita contradictiōe) omnes similiter habebit syllogismos. Semper enim ex probabilibus similiter probabile interimet, aut constituet. Quapropter dubitare necessariū est. Maxime igitur talis acuta, quę ex æquo cōclusionē facit interrogatiōibus. Secūda aūt, quę ex ōnibus similibus.

Hæc

Hæc enim similiter faciet dubutare, quæ nam interrogationũ interimenda est, id autem difficile est: nam interimendũ quidem, quid autem interimendum, dubium. Contentiosarum autem acutissima quidem, quæ primum statim dubia est vtrũ syllogizat, aut non? & utrum propter falsum, an propter diuisionem solutio? Secunda autem aliarum, quę manifesta quidem, quoniã propter diuisionem, uel interemptionem est. Non tamen exploratũ per cuius interrogationum interemptionem, vel diuisionem soluẽda est. Sed utrum propter conclusionem, an propter aliquam interrogationum id est. Quandoq; igitur non syllogizans oratio facilis est, si sint valde inopinabilia, vel falsa, quę sumũtur. Quãdoq; autẽ non digna despici. Nã quando deest aliqua talium interrogationum, de qua oratio, & propter quam est: & qui nõ sumit illam, & syllogizat, inepta est ratiocinatio. Quando aũt eorum, quæ extrinsecus, nõ despicienda. Sed oratio quidẽ insta, interrogans autem non probe interrogauit. Et est sane soluendũ quandoq; quidẽ ad orationem, quandoq; autẽ ad interrogantem & interrogationem, quandoq; verò ad neutrum horum. Similiter & interrogandum, & syllogizãdum est, & ad positionem, & ad respondentẽ, & ad tempus, quãdo fuerit pluris tẽporis egẽs solutio, quã sit præsens tẽpus (quo disputatur) ad solutionẽ

## Epilogus octo præcedentium, & duorum præsentium librorum. Caput. VIII.

EX quot igitur, & ex quibus paralogismi fiunt ijs, qui disputant, & quomodo ostendemus falsum, & inopinabilia dicere faciemus. Insuper autem ex quibus accidit syllogismus, & quomodo interrogandum, & quis ordo interrogationum.

tionum. Præterea etiam ad quid sunt vtiles huiusmodi orationes omnes & de responsione simpliciter õni, & quomodo soluẽdum est orationes & syllogismos, dicta sint de omnibus á nobis hçc. Reliquum autem est de eo, quod á principio erat propositum ad memoriam reuocantes, non nihil de ea re sub breuitate dicere, & finẽ imponere dictis. Præmisimus igitur inuenire facultatem quandam syllogizandi de proposito ex ijs, quæ sunt quâm probabilissima, id enim opus est dialecticæ secundùm se, & tentatiuæ. Quia autem præinstruitur quis ab ea, propter sophisticæ vicinitatem, vt non solum experimentum sumere possit Dialectico more, sed etiã quasi scientifico, propter id nõ solum dictum negocij officium posuimus orationem posse sumere: sed etiam, ut orationem sustinentes, tueamur positionem per quàm probabilissima similimodo. Causam autẽ diximis huius, & quoniã propter id Socrates interrogabat, non autem respondebat. Confitebatur enim se nõ scire. Manifestum est autem in prioribus ex quot & ex qualibus, & ad quot id erit, & unde horum idonei erimus. Adhuc autem quomodo interroganda, vel ordinanda quæstio omnis, & de responsionibus, & solutionibus, quæ sunt ad syllogismos. Patefactum est autem & de alijs quæcumq; huius disciplinæ sunt orationes. Præter hæc autem & de paralogismis pertractauimus, quẽadmodum diximus iam prius. Quod igitur nacta sunt finem sufficienter ea, quæ proposuimus, manifestum.

## Peroratio. Caput. IX.

OPeræprecium autem est nos non latere, quidnam accidit circa hoc negotium. Nam eorum omnium quæ inueniũtur quæ quidẽ ab alijs sumpta sunt prius, elaborata pau-

latim incrementum ſumunt ab illis, qui poſtmodum accipiunt. Quæ autem ab initio comperiuntur, paruum in primis ſumere ſolent incrementum: multo tamen vtilius eo incremento, quod poſtea ab allijs fit. Maximum enim fortaſſe principium omnium ut dicitur. Quare & difficilimum. Quanto enim uirtute ualidiſſimum, tanto mole minimum, difficilimum eſt uideri: eo autem cõperto, facile eſt addicere, coaptare q; reliquum. Quod circa rethoricas orationes accidit. Pene autem & circa alias artes omnes. Nam qui principia inuenere, omnino ad exiguum quid perduxerunt: qui autem nunc celebriores habentur, uendicantes à multis, uelut ex ſucceſſione particulatim colligentes, ſic auxerunt. Tixias quidem poſt priores. Thraſimacus uerò poſt Tiſiam, Theodorus poſt hunc, & multi multas coadunauere partes. Quapropter nihil mirum, ſi in amplum quidem creuerit ars. Huius autem negocij, non hoc quidem erat exploratum, illud autem non erat: uerum nihil ipſius, prorſus erat: nam eorum, qui circa litigioſas orationes erãt, mercenarij erant, ſyllogiſmis quidem doctrinæ Gorgiæ negotio. Orationes enim hi quidẽ Rhetoricas, illi autem interrogatiuas dicebant docere, in quas ſæpius incidere ſolebant alternatim vtrorumque adinuicem orationes. Quapropter uelox quidem, ut pote quæ ſine arte, erat doctrina diſcentibus ab illis. Non enim artem, ſed quæ ab arte ſunt dantes, arbitrati ſunt loqui erudite. Perinde ac ſiquis diſciplinã dicat ſe tradere, ut non doleant pedes. Deinde ſutoriam quidem non doceat, neque unde poſſint comparari talia, det autem quãm plurima genera omnimodorum calceorum, hic profecto profuit ad uſum, artem verò nõ tradidit. Et de Rethoricis quidem erãt

multa

*multa & antiqua dicta, de syllogismis autem omnino nihil habuimus prius aliud quicquam, quod diceremus, quàm mora per quirentes, multo tempore insuadremus. Si itaque videtur ex cõsiderationibus nostris (vt ex ijs, quæ sunt ex principio) hæc habere disciplina sufficienter supra alia negocia, quæ ex traditione inducta sunt, reliquum erit omnium uestrum, vel eorum, qui audierint hoc opus, omissa quidem artis venia dignari, inuenta autem multa prosequi gratia.*

UNIVERSIDADE LIVRARIA DA

Soli Deo gloria.

FINIS HVIC OPERI
feliciter impositus, Conimbriæ in ædibus
Antonij de Mariz, Calend.
Ianuar. Anno Virgi-
nei Partus.
M. D. LXI.

*Venundantur nũmis ducentis, absq; colligatione.*

Soli Deo gloria.

FINIS HVIC OPERI

Antonij de Matis, Calend.

Ianuar. Anno Virg-

M. D. L X I.

LOGICA
ARISTOT
STAGIR

Sala R
Gab.
Est.
Tab. A3
N.° X3